Vol — 57
No — 91

67/91

D. NICOLAI BEL loni, patricij Casalensis, clarissimi acutissimique Iurisconsulti, Consiliorum uolumen, quo diuersæ materię tum in scholis, tum in iudicijs utilissimæ, discutiuntur & cumulantur.

Cum Indice omnium quæ toto opere continentur locupletissimo.



Basileae, Apud. Mich. Isingrinius

[illegible]
[illegible]
M. D. XLIIII.

ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. DN. D. NICOLAO PERRENOTO A GRANDIVELLA, utriusq; consilij apud Cæsarem uiro primario, sigillorumq; custodi, Nicolaus Bellonus S. P. D.

QVVM *tuis auspicijs, uir amplissime, Burgundiacæ Academiæ literarum & literatorum nomine celeberrima prouincia nobis data esset, etsi iam trienniũ eo munere sic functi sumus saltem ea diligentia ut sibi satisfactum putare omnes intelligam, hoc tamen mihi satisfacere nõ potui, nisi laborandum ducerem, & pro uiribus enitendum, ut opinioni tuæ & expectationi quam de me in Italia conceperas, quantum in me esset omni ex parte responderetur. Vix enim credibile est, quẽ uir in alijs rebus alioquin solertissimus, tanta cum cura propria & diligentia disquisiuerit, tum senatus Mediolanensis & aliorum eruditissimorum uirorum sententia delegerit, de eo non plurima eum sibi promisisse, qui exornandæ patriæ tum amore & studio incredibili duceretur. Nec mihi aliter uisum est, quàm exercendas esse uires omnes, & toto ut dicitur pectore in hoc incumbendum, ut si tuæ omnino de me expectationi non possem satisfacere, saltem in docendo eam diligentiam & sedulitatem exhiberem, propositumq; negocium sic prosequerer, ut uel conatum meum tibi probarem, uel mihi ipsi nullatenus uiderer defuisse: hæc enim uoluntas non modò non reprehenditur, uerumetiam apud Iurisconsultos nostros (ut nosti) perinde habetur ac si rem ipsam penitus confecerit. Quòd si in hac re quicquam profeci, aliorum sit iudicium, & malo id ex nostratibus intelligas, qui quotidie in aulam Cæsaris abundè confluunt, quàm ex me. Sed ecce admonitus eodem sydere ad opus aliud etiam me comparaui: animum adieci ad nonnullarum lucubrationum nostrarum editionem, quarum aliquæ iam euulgatæ multorum manibus circunferuntur: alias uerò apud me diutius pressissem, nisi priores illas abs te, & à doctissimo pariter & sapientissimo filio tuo reuerendiss. Episcopo Atrebatensi, probari cognouissem. Video enim non id moris esse nostræ professionis hominibus, quibus hoc solenne est, responsorũ editionem (quale hoc nostrum opus est) ut uel in extremam senectutem reijciant, uel hæredibus imponant, qui quàm id agant sedulò, ipsi uiderint. certè ijs quæ iam priori ætate consuluimus, nihil unquam postea solemus adijcere, ut prodeãt propterea uel pleniora uel emendatiora: quare minus multò cõmittendum negociũ hoc est posteris. Nam quòd aliqui pluribus ex causis uolunt ex eisdem cõmentarijs respondere, & ex una atq; eadem fidelia duos parietes dealbare, alienum puto nõ solum à Iurisperiti integritate, sed ab omni omnino humanitatis & officij ratione. Communis igitur quàm proprij commodi aut gloriæ studio magis (sic enim credas uelim) Consiliorum nostrorum primum uolumen edere in lucem constitui, tuoq; nomini dicare. Quod conuenire ideo arbitratus sum, quòd tu is sis, qui præsentissimo isto tuo consilio, uno ueluti oculorum con*

tectu & obtutu, dijudicare omnia cõsueueris, & facilimè sapientißimeq; regere, & gubernare, quaq; patent terræ, quaq; patent maria, ut ad Catullianum illud, paroden sæpißimè & libentißimè accinam,

Consultißime Galliæ nepotum,
Quot sunt quotq; fuere Granuellane,
Quotq; pòst alijs erunt in annis. *Possem in hanc sententiam plurima conscribere quæ ad dignitatis & splendoris tui claritatem pertinerent, sed uolo per me liceat nostræ tempestatis historicis in clarißimorum gestorum tuorum encomijs stylum exercere: tantus siquidem est laudum tuarum campus, tamq; patens, ut subinde in eas excurrere & spaciari non sine magna eloquentiæ suæ commendatione, & prudentiæ tuæ gloria cõcedatur. Quinetiam epistola modum habeat oportet, ne amplior ipso uolumine fiat, & nostrum opus in caput excreuisse uideatur. Tantum hoc petat abs te, uir illustrißime, ut librum & libri autorem, ut hactenus fecisti, habeas cõmendatos. Bene uale, & reipub. Christianæ uiuas diu. Dolæ, calend. Augusti, anno à*

CHRISTO *nato* M. D. XLIIII.

D. Nicolai Belloni Consiliorum liber.

1 Dominus potest cogere subditos ad custodiam castri tempore belli.
2 Consuetudo est optima legum interpres.
3 Consuetudo interpretatiua non requirit ea quæ consuetudo inductiua.
4 Verba ubi locum non habent, nõ habet locum dispositio.
5 Præscriptio tanti temporis cuius non extat memoria in contrarium, habet uim priuilegij uel tituli.
6 Priuilegium seu titulus probatur per allegationem tanti temporis cuius non extat memoria in contrarium.
7 Castrum destructum an perdat iura sua.
8 Vniuersitate destructa, ciues amittunt sua priuilegia.
9 Castrum destructum si reædificetur, homines qui tenebantur ad custodiam dicti castri, adhuc tenentur.
10 Libertas aliquid faciendi, quomodo præscribatur.
11 Priuilegium non amittitur tempore, quando non euenit occasio utendi.
12 Priuilegio non utens, quia aliter potest sibi satisfacere, illud non amittit.
13 Præscriptio aliqua non currit contra impeditum uti priuilegio.
14 Præscriptio non procedit sine possessione.
15 Præscriptio non procedit in iuribus negatiuis, nisi interueniat contradictio.
16 Vasallus nũquam præscribit seruitia quæ domino debet, nisi interpellatus negauerit ea præstare.
17 Præscriptio collectarum non procedit nisi aliquis requisitus recusauerit soluere.

Consiliũ primũ.

DEO opt. max. autore. Visis scripturis mihi exhibitis in causa uertente inter illustrissimum D. de Grantuella, & D. de la Chaux, requisitus de celerrima expeditione, & propter temporis breuitatẽ & onus lectionis quod quotidie sustineo, breuib. agam rem perstringendo, omittẽdoq; rationes sigillatim quæ hinc inde deduci potuissent. Et in primis fundabo intentionẽ prædicti D. de Grantuella, deinde tollam de medio quædã quæ in contrariũ adducunt per D. de la Chaux.

Ad primũ deueniẽdo, præmitto extare ordinationẽ illustriss. & excellẽtiss. quondam bonę memoriæ ducis Ioãnis his uerbis conceptã: Que tous subgects habitãs desdictz pays retrairõt eulx, leurs uiures, & aultres biens es forteresses esquelles ilz ont accoustume de retraire de anciennete. Et en icelles feront guet & garde &c. Quæ consuetudo, ut ex uerbis eius apparet, est derogatoria iuris cõmunis, de quo dñs potest cogere subditos ad custodiam 1 castri sui tempore suspicionis belli, uel alrius periculi. c. peruenit. extra de immu. eccles. & ibi Dd. notant: & latius Guido Papę quęst. pen. in quinto dubio. Iacobi. de S. Georgio in tract. de homag. in fin. nam per cõsuetudinem nunc nõ possunt cogi à domino, sed tenẽt ire ad custodiã castrorũ ad quę antiquitus ire soliti sunt, id est, nõ habita consideratione an castrũ sit domini uel alterius extranei, & ad castra proximiora, ut statim dicam. Ex hoc cessat fundamentũ eorum qui dicebant, esse intelligendam hanc constitutionem secundum ius cõmune. Secundo præmitto, hanc constitutionẽ ex diuturna cõsuetudine accepisse hãc interpretationẽ, ut intelligatẽ quòd subditi teneantẽ ire ad castra proximiora: & talis interpretatio est omnino attendenda, quia quoties de interpretatione legis quæritẽ, optima est 2 legum interpres consuetudo. l. si de interpretatione. ff. de ll. Et quoties non apparet quid actum sit, in dubio attendi debet quod in regione in qua id agitur frequentatur. l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. Et hoc est generale, quòd quælibet dispositio recipiat declarationẽ à cõsuetudine, ut latissimè per Feli. in c. cum M. Ferrari. col. iij. & iiij. extra de cõstit. Alex. cõsil. xxvij. in causa & lite. uol. ij. & plura cõgerit Dec. in d. l. semper. Et habet hoc ista consuetudo interpretatiua, quòd non re- 3 quiritẽ quòd sit præscripta: id est, licet non transierit tantum tempus ut requiritur in ualidanda consuetudine inductiua, quæ habet uim legis, iuxta notata in l. de quib. ff. de ll. & in §. ex non scripto. per glos. & Aret. Instit. de iure natur. gent. & ciui. satis est cõmunem obseruantiam uigere, ut uoluit Nicol. de Matharel. in d. l. de qui-

bus, quem refert & sequitur Ant. de Butrio in c. fin. extra de cõsuet. & Aret. consil. xi. procedendum. col. pen. & fi. Alex. consil. cvij. pro inuestigatione. col. penul. uol. ij. Hæc autem interpretatio à consuetudine, optima ratione facta est, propter utilitatẽ scilicet ipsorũ subditorũ, qui nõ facilè transferre possent se & bona sua in castra distantia, maximè tempore belli. Quinimò etiã si cessaret talis cõsuetudo, istud fuit de expressa mente ipsius principis, ut ad loca proximiora se transportarent subditi, ut in dicta ordinatione habetur ibi: Et ou cas que aulcungs se cõplaindroient que seriont trop loingtains les bayllis y pouruoyront selon ledict aduis, quę prouisio aliter non potest esse, quàm ut eos remittant ad loca proximiora. Præterea ordinatio nostra pendet & est annexa cum præcedenti ordinatione, ut apparet ex uerbis ultimis dictæ præcedentis ordinationis, ibi, En la maniere que sensuyt. Sed in præcedenti ordinatione incipiente, Iehan duc de Bourgoingne, liquidò constat, in materia illa principem habuisse respectum ad propinquitatẽ, ibi, & le plus prouchains noz conseilliers. Ergo & in nostra ordinatiõe. His sic præmissis facio solidissimũ fundamentũ pro D. de Grantuella, quòd ex quo homines de Donnay & Veneres, sunt proximiores castro de Chantonay, debent eò, & nõ aliò ire ad custodiam. Cum enim in eis uerificentur uerba ordinationis interpreta-
4 tæ ut suprà, debet quoq; habere locum dispositio. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infe. cum similib. Secundo facit, quia probatum est quòd antiquitus ante destructionem dicti castri de Chantonay, incolæ prædictorum locorũ erãt soliti se recipere ad dictũ castrũ de Chantonay. Vnde habent locũ illa uerba ordinationis: Ilz ont accoustume de se retraire dancienete. Præterea cũ nõ extet hominũ memoria in contrariũ, quòd ante destructionem castri de Chantonay dicti homines solerent aliò ire q̃ ad
5 ipsum castrum, tale tempus de quo non extat memoria in contrarium, habet uim priuilegij & tituli. l. i. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æstiua. c. super quibusdam. §. præterea. extra de uerb. sig. Bonus tex. in c. i. in fi. de præscript. in vi. Et talis cursus temporis habetur pro ueritate, ut per gl. in l. i. C. de seruit. notat Bald. in c. cum causam. col. iij. de probat. Vnde sufficit allegare priuilegiũ uel titulũ, etiã quòd de eo non fiat fides, secundum Ang. in d. §. ductus. Posset itaq; dñs de Grantuella dicere, se, uel eos à quibus causam habet, habere priuilegiũ uel cõuentionem cum dictis hominibus, & eorũ dño, ut teneantur ire ad castrũ de Chantonay: & ad hoc probandũ, deducere tantũ tẽpus de quo non extet memoria in contrariũ: nam tunc ni- 6
hilo alio edocto, censebit̃ probatũ priuilegium uel titulus, ut per Alberi. in rub. ff. de mune. & honor. uers. sed pone. per gl. in l. cum de in rem uerso. ff. de usuris. Sequit̃ latius Dec. cõsi. lxxxv. pro resolutione. col. ij. Soci. consil. ccxcvij. uiso priuilegio. col. ij. uers. tertio ista. & Iacobi. de S. Georg. in tract. de homag. col. pen. uers. aut nunq̃. Et hoc ultimũ seruiret etiã circunscripta ordinatiõe. Nũc ad euacuandam intentionẽ prędicti dñi de Grantuella, duo potissimũ adducũtur per D. de la Chaux, dicentẽ, quòd etsi aliquod ius alias cõpetijsset dño de Chantonay trahendi incolas de Dõnay & Veneres ad dictũ castrũ, tamẽ nunc illud ius amisisse, quoniã castrũ de Chantonay fuit iandudũ destructum, & per multos annos ita remansit, unde castrum destructum perdidit iura sua: pro quo faciunt notata per Inno- 7
centium, Panor. & alios in c. ex iniuncto. extra de no. oper. nunc. ubi dicunt, quòd ecclesia destructa, Canonici desinunt esse & habere nomẽ Canonici, & amittũt prębendas. Similiter ciuitate destructa, desinunt esse ciues illius ciuitatis. Et demum censentur sublata omnia iura & priuilegia ecclesiæ & ciuitatis. Et ita in castro destructo, ut amittat sua priuilegia, consuluit Alex. consil. xliij. incip. de celerrima. uol. i. & illud consiliũ Alex. sequitur Curtius senior consil. xxvi. incipiente, quidã. uolu. ij. Idem consuluit Stephanus Bertrand. consil. cxcij. incip. multa. quòd uniuersitate destructa & abolita amittun- 8
tur eius priuilegia, nec recuperantur etiã si restituatur. Ad hoc quod uidebat̃ multum urgere, respondetur in hac quæstione, an castrũ destructũ retineat uel amittat iura sua, solere dari unam distinctionẽ

ab om

ab omnibus approbatā: Aut castrum, uel
ecclesia, uel ciuitas destruitur facto supe-
rioris sine spe reædificationis, & tūc in to
tum dissoluit̃ & amittit iura sua, nec si reæ
dificet̃ illa recuperat: & in his terminis lo
quunt̃ Dd. proximè per me allegati, pro
quib. est tex. in l. si usus fruct. ff. quib. mo.
usus fruct. amit. & l. pater. §. Tusculanus.
ff. de legat. iij. Sed hic nō est casus noster.
Aut destruit̃ à tyranno, uel ab hostibus,
ut in casu nostro, in quo castrū de Chan-
tonay fuit destructū tempore bellorū ab
inimicis, & tunc non amittit iura sua, sed
ea retinet, & eidem reædificato cōpetūt.
ita uolunt Doct. in locis suprà allegat. &
Bar. in l. sicut. §. in decurionibus. ff. quod
cuiusq; uniuersit. ubi Bald. dicit hanc esse
ipsam ueritatē. & idem Bal. in tit. de pace
Constant. §. nos Romanorum. col. ij. Pa-
nor. & alij in c. abbate. extra de uerb. sig.
Summa Ang. in uerb. ciuitas. Alex. con-
sil. cxciij. incip. ex themate. col. ij. Quin-
9 imò quod magis est, si castrum destructū
non reædificetur, sed aliud loco illius ædi
ficet̃, in istud censent̃ iura alterius transla
ta, propter illam uulgatā regulam, quòd
subrogatū sapit naturam eius in cuius lo-
cum subrogatur. §. fuerat. Instit. de actio.
ita ut in subrogatū transeant omnes eius
qualitates, ut ibi notant Dd. maximè Ias.
& per Bart. in l. si eum. §. qui iniuriarum.
ff. si quis cautio. Et ideo dicit Alberi. in d.
l. si usus fructus. quòd si aliqui homines
tenebantur ad custodiam unius castri, &
propter guerram illud castrū fuerit etiā
penitus dirutum, & eius loco aliud ca-
strum constructum, quòd ijdem homi-
nes tenent̃ ad custodiam dicti castri reæ-
dificati. Sequitur Iacobi. de S. Georg. in
tract. de rhoydis. col. penul. uers. ultimo
quæro. Ex quibus habetur præcisa deci-
sio quæstionis nostræ. Secundo addu
citur contra Dn. de Grantuella, quòd in
colæ & homines loci de Donnay & Ve-
neres, non modò per decem, uiginti, aut
triginta annos, sed quinquaginta & sexa-
ginta, nō præstiterunt custodiam in d. ca
stro de Chantonay, quo fit ut præscripse-
10 rint libertatem nō custodiendi, cum iuri-
bus incorporalib. regulariter spacio tri-
ginta annorū pręscribat̃. l. sicut. l. cum no
tissimi. C. de præscript. xxx. uel xl. annor.
Ad istud etiam multifariā respondet̃, di-
ctos homines nō potuisse pręscribere hu
iusmodi libertatē. Primo, quia per tēpus
allegatū per eos nō euenit occasio utendi
seruitio suo ad custodiā castri, unde succe
dit cōmunis cōclusio Doct. quòd priuile
gium & ius nō perdit̃ nō utendo, quādo 11
nō euenit occasio utendi, etiam si quis sta
ret per mille annos. Et ideo dicebat Bart.
in l. in filijs. C. de decur. lib. 10. quòd si ci-
uitas debet aliquod seruitiū dn̄o tempore
belli, & contingat quòd per centū annos
eo nō utat̃, quia nō indigeat, non propte
rea dn̄s amittit ius suū. & idem uoluit Io.
And. in addit. Speculi, in tit. de feudis, su
per rub. & Panor. in c. ad audientiā. col. fi.
de præscrip. ubi Imol. & in d. c. abbate. de
uerb. sig. prope finē. Et hoc est generale,
quòd per non usum quis non amittit ius
suū, quādo nō cōtingit occasio utendi, ut
pluribus medijs & decisionib. cōprobat
Ias. in l. fi. col. antepen. ff. de cōstit. princi.
post Feli. in c. cū accessissent. col. ix. & x.
cum seq. extra de cōstit. sequit̃ Franc. Bal
bus in tract. præscriptionū, in quarta par
te quintæ partis principal. iiij. q. Fortius,
& si euenisset casus utendi illo iure & pri 12
uilegio, puta custodia, si dn̄s ea non utat̃,
quia habet alias personas quæ ad hoc suf-
ficiāt, adhuc nō amittit̃ priuilegiū, ut per
Bart. in l. cū scimus. C. de agric. & censit.
lib. 11. sequunt̃ Dd. in locis s̄ alleg. & idem
Balbus latius in vi. q. quartæ partis prin-
cip. col. xliij. Secūdo respondet̃, quòd li
cet euenisset casus utendi, ex quo dn̄s de
Chantonay impeditus fuit uti propter
destructionē castri, contra eum nulla po-
tuit currere pręscriptio: nā impedito legi
timo impedimēto nō currit præscriptio, 13
quia sibi aliqua negligentia imputari nō
potest. arg. l. i. in fi. C. de annal. except. &
ita uoluit Panor. in d. c. abbate. prope fin.
quòd impedito uti priuilegio non currit
pręscriptio, ex quo non potest dici esse in
mora uel in culpa, ut per Dd. ubi s̄. Et hęc
est naturalis regula, quę non modò impe
dit præscriptionē inchoandam, sed facit
cessare inchoatam, secundū eundem Bal
bum in d. tractatu in sexta parte, casu xxi.
Tertio respondetur, nullo modo præ-
fatos homines potuisse præscribere liber
tatem nō custodiendi castrū de Chanto- 14

nay, quoniã sine possessione præscriptio nõ procedit. c.sine possessione. de regul. iur.in vi.& l.sine.ff.eod.tit. Sed ipsi nunquam fuerunt in possessione libertatis. Nam opus fuisset ut interpellati ad custodiam,id facere recusassent,&tunc cœpissent esse in possessione. Vnde concludũt
15 cõmuniter omnes, quòd in præscribendis iuribus negatiuis,est necessaria cõtradictio, quia tempus solùm nõ est modus tollendæ obligationis. Propterea dicebat Aluar.in tit.si de feudo fuer.controuer.§.
16 i.col.i.ij.notab.quòd uasallus nunꝙ præscribit seruitia quæ domino debet,nisi interpellatus negauerit ea pręstare. Et in terminis, de hominib.qui negabant se teneri ad guetum seu custodiam castri, ut nõ præscribant nisi interpellati contradixerint,decidit Guido Pap. quæst. penul.in quinto dubio. Ad quod faciũt quę solent tradi de eo qui dicit se non teneri ad collectas uirtute præscriptionis:siquidem uo-
17 lunt Doct. ad hoc ut potuerit præscribere talem immunitatẽ collectarum, quòd fuerit aliquando requisitus soluere & recusauerit,ut per Alex.cõsil.cxxxvi.in causa & lite.col.pen.& fin.uol.ij. Balbum in d.tract.in secũda parte quintę partis principalis,vij.q.Iacobi.in d.tract.de homag. col.penul. Ex his luce clarius apparet,ius domini de Grantuella in tuto esse, plura tamen scripturus si opus fuerit. Bellonus. Dolæ.

1 *Imperatori & Pontifici potestas limitatè tributa.*
2 *Imperator non potest etiam de plenitudine potestatis alicui præiudicare in iure sibi quæsito de iure gentium.*
3 *Legitimari non potest aliquis in præiudicium hæredis qui adiuit hæreditatem, & apprehendit bonorum possessionem.*
4 *Testamentum non potest rescindi rescripto principis.*
5 *Princeps non potest tollere ius quæsitum ex cõtractibus iuris gentium.*
6 *Princeps potest alteri præiudicare ex causa publicæ utilitatis.*
7 *Imperatoris potestas maxima & incomparabilis est.*
8 *Princeps potest disponere circa ea quæ sunt iuris positiui*
9 *Princeps potest alteri rem suam auferre soluto precio.*
10 *Causa iusta præsumitur in principe.*
11 *Princeps potest ius quæsitum tertio auferre,& dare benemerito de republica.*
12 *Princeps potest aliquem lædere modica læsione.*
13 *Læsio modica quomodo consideretur in iure.*
14 *Hypotheca bonorum trahitur ad futura bona.*
15 *Præiudicium reputatur modicum, quando precium rei condignum soluitur.*
16 *Priuilegium alicui concessum,per quod restituitur ad ius quod sibi aliàs competebat,non censetur alteri adferre præiudicium.*
17 *Imperatoris dispositio ualet,faciendo de incapace capacem,etiam sine causa.*
18 *Princeps,maximè Imperator & Papa, possunt infringere contractum à subdito celebratum.*

Consilium II.

DEo opt.max.autore. Proponitur in facto, sicut superioribus annis Dn. de Chastelrullaut, uir nobilissimæ familiæ, & Cæsaris Romaniꝙ Imperij fideliss. uasallus, qui multa gessit in rem & honorẽ Cæsareæ Maiest. uendidit Thesaurario Vernerot quosdã reditus seu census precio inter eos cõuento, adiecto pacto, ut liceret intra uiginti annos redimere dictos reditus. Pendente hoc tempore redemptionis, cum Cæsar esset in Vngaria in expeditione contra Turcam, perseuerans dictus dñs in sua fide & bono animo ergo prædictam Cæsaream Maiestatẽ, desiderabat filiũ unum ex suis mittere in prædictã expeditionẽ, sumptibus proprijs:&cum tunc pecunia non superesset, coactus fuit precio quingentorum scutatorum uendere illud ius redimendi reditus uenditos quod habebat ad uiginti annos. Nunc ex quo illi reditus sunt & fuerũt iam de antiquo in familia dominorũ de Chastelrullaut,uellet nõ obstante illa uenditione seu renunciatione iuris redimendi, dñs de Chastelrullaut redimere dictos reditus,cum nondũ sint elapsi uiginti anni appositi in prima uenditione; sed quia ex se nõ posset,cum contractus à principio sint uoluntatis,& ex post facto necessitatis,l.sicut.C.de act. & oblig.fa.l.id quod nostrũ.ff.de reg.iur. recurrit ad Cæsaream Maiest. rogauitꝙ ut attentis causis prædictis dignaretur,non obstante dicta uenditione seu renunciatione iuris redimẽdi, ipsum restituere ad terminos primi cõtractus uenditionis,ex quo adhuc est intra tempora redimendi: quæ Maiestas Cæsarea non denegauit id facere,modò sibi iure permittatur. Ideo quæri-

quærit, nunquid de iure possit Cæsar re=
stituere dictum dñm de Chastelrullaut,
ad terminos primæ uẽditionis, nõ obstan
te prædicta renunciatione intermedia iu=
ris redimendi. In qua quæstione tractan-
da uenit materia potestatis Imperatoriæ,
sæpius in diuersis locis per Doct. nostros
diffusissimè agitata. Nec uideať mirum
quòd eius potestas in dubiũ trahať, quia
1 multa sunt in quibus Imperatori & Pon
tifici potestas limitatè tributa est, ut exor=
ditur Alex. exẽpla deducens cons. ccxvi.
nec arguendi. in prin. uol. ij. Et breuitati
studendo, reducendoq; rem ad capita ca=
sum nostrum tangentia, uidetur dicen=
dum Imperatorẽ nullo modo posse resti=
tuere dñm de Chastelrullaut. Nam con=
siderandum est, ius esse quæsitũ Thesau=
rario Vernerot ex consensu partiũ, & ex
uenditione iuris redimendi, & ita de iure
gentium. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur.
tradit Deci. cõsil. cxcviij. & pro tenui. col.
fin. Tunc succedit cõmunis cõclusio Dd.
tam Legistarũ quàm Canonistarũ, Impe
2 ratorem nõ posse, etiã de plenitudine po=
testatis, alicui præiudicare in iure sibi quę
sito de iure gentium, ut per Bar. & Doct.
in l. fin. C. si cõtra ius uel util. pub. & eun
dem Bart. in procœmio Digestorũ, & Pa=
nor. aliosq; in c. quę in ecclesiarum. extra
de constitut. ubi Felin. col. ix. uers. tertia
conclusio. & col. xiij. uers. secundũ mem=
brum. & ibi Decius col. x. qui propterea
inferunt, non posse rem uni auferre & al=
teri dare nec directò nec per indirectum,
etiam de bonis infideliũ: quamuis enim
sit dñs in uniuerso, respectu iurisdictio=
nis & protectionis, l. deprecatio. ff. ad l.
Rhod. de iactu. non est tamen dominus
rerum particularium, ut est cõmunis sen
tentia Doct. cum Bart. in d. procœmio Di
gestorũ: & si aliter faceret, eius dispositio
non esset seruanda, nec in foro ciuili nec
in foro animæ, secũdum Innoc. in c. quia
pleriq;. col. fin. extra de immun. eccles. &
Card. consil. cxliij. dñs noster Papa. in fi.
& plura in proposito isto cõgerit Barbat.
cons. lv. & quidem uiso. col. xi. uol. iiij. &
prędictam cõmunẽ opinionẽ sequuntur
Doct. non modò legendo, sed etiam con=
sulendo. Petr. de Anch. consil. ccclij. pro
intelligẽtia. col. fi. Alex. consil. lxxxix. ex=
cellentiss. col. iij. v. uol. & d. consil. ccxvi.
col. iiij. uol. ij. Soci. consil. cclxxiij. in præ=
senti. col. vi. Dec. consil. dclxxxix. & pluri
bus alijs in locis, quos cumulãt moder. in
d. c. quæ in ecclesiarũ. Inde est, quòd q̃uis
Imperator possit legitimare filiũ naturalẽ
in præiudiciũ agnatorũ quibus est delata
hæreditas, ante aditionẽ hæreditatis, uel
secundũ aliquos, etiã post aditionem, ta=
men si sit apprehensa possessio bonorum 3
per eum qui adiuit, ex quo hæres factus
est dñs non solum per aditionem de iure
ciuili, sed etiam per apprehensionẽ de iu=
re gentium, l. i. cum ibi not. ff. de acquir.
poss. nõ poterit tunc legitimare, quia nõ
potest prẹiudicare in quęsitis de iure gen
tium, ut per Paul. Aret. Alex. Socin. Ias.
& modernos in l. Gallus. §. & quid si tan=
tum. ff. de liber. & posthum. & hunc ca=
sum dicit *Alex. ibi indubitatum*, & com=
munem esse opinionem attestatur Iason:
sequitur Aret. in l. ij. ff. de testamen. Pau
lus, Alex. & cæteri in l. cum hæredes. ff.
de acquir. poss. Alex. consil. ij. uisis codi=
cillis. col. vi. i. uol. Simile uidemus in testa
mento, quod licet sit de iure ciuili quoad
solennitatem, l. iij. ff. de testam. tamen in=
uentione est de iure gentium: eo enim ip=
so quòd gentes cœperunt esse, dispone=
bant de bonis suis, ut declarat Bart. in l.
interdum. ff. de cõdict. indeb. col. iij. Pau
lus in l. testandi. C. de testament. Ideo re=
scripto rescindi non potest. l. si testamen= 4
tum. C. de testamen. ubi Doct. omnes, &
Fulgosius ibi dicit se consuluisse in ciuita
te Tridentina, quòd Imperator non po=
test testamento derogare, quia est de iure
gentiũ. Sequitur Alex. d. consil. ij. uol. ij.
col. iij. & latius Deci. consil. ccclvij. in ca=
su. col. pen. & consil. ccccij. q̃uis. col. iij.
Idem est etiã in iure quæsito ex contracti= 5
bus, qui sunt de iure gentiũ, d. l. ex hoc iu
re. ff. de iustit. & iur. cui Imperator etiam
de plenitudine potestatis præiudicare nõ
potest. Bald. in c. i. §. ad hæc. col. v. uers.
item nota. & glos. de pace iuram. firman=
da. Paulus in l. digna uox. C. de legibus.
cum quibus transit Decius consil. ccccx.
in causa mota. col. iiij. & Curt. iunior con
sil. primo, col. penult. Et quòd Impera=
tor nõ possit infringere pacta & conuen=
tiones, quia sunt de iure gentium, tradit

Socin. d. consil. cclxxiij. col. pen. Ideo donatio ritè facta, rescripto principis rescindi nõ potest. l. si donatione. C. de reuo. donat. Similiter nec uenditio. l. de cõtractu. C. de rescin. uend. l. inciuile. C. de rei uendic. ubi Imp. dicit inciuile & inusitatum esse, quòd quis post traditionẽ rei uenditæ, petat eam sibi aßignari per rescriptũ principis. Quinimò rescripta super huiusmodi casibus emanata non tenent. gl. in d. l. si donationẽ. & ibi Bal. & gl. in d. l. inciuile. ubi Doct. Nec obstat si quis dixerit, s̃ dicta procedere quãdo princeps procedit sine causa; sed cum causa bene potest alteri præiudicare, ut habetur per omnes in locis s̃ alleg. Sed in casu nostro plurimæ sunt causæ quibus Imperator moueri potest, ut s̃ in facto propositum fuit. Ad hoc respõdeo, Doct. dum dicũt principem alteri præiudicare posse ex causa,
6 interpretari illam causam ut sit fauor publicus, & tendat ad utilitatem publicam, puta quòd ager tertij distribuatur militibus. l. item si uerberatũ. §. i. ff. de rei uend. l. Lucius. ff. de euict. l. uenditor. §. si constat. ff. cõmun. præd. Vel si princeps pro bono pacis remittat damna illata subditis, ut per Alex. d. consil. ccxvi. col. iiij. Potest enim princeps pro bono pacis rem suam uni auferre, & alteri dare. Angel. in d. l. uenditor. §. si constat. & in l. Antiochensiũ. ff. de priuileg. cred. Fulgos. consil. cxliiij. Iacobi. de S. Georg. in inuestitura feudali, in uerb. de adhærentibus. in fin. & latius prosequit Afflict. decis. Neapol. ccclxi. monasterium. col. ij. Vel propter scandalum euitandum, ut per Ang. in d. l. Antiochensium. post Innoc. & Io. And. in c. in nostra. extra de iniur. Lud. Bolog. consil. vi. uiso igitur. col. pen. Sed hic negocium tendit in priuatam utilitatem, & fauorẽ dñi de Chastelrullaut, unde cessat ratio Doct. & ita in terminis uult Bart. in l. quicunq;. in fin. C. de fid. instr. lib. 10. Hæc sunt urgentißima fundamenta quæ faciunt contra Dn. de Chastelrullaut; quibus tamen non obstantibus, subtilius põderando factum propositum, & diligentius perscrùtando quæ in hac materia traduntur per Doct. de iure uerius uidetur, Imperatorem posse & de plenitudine potestatis, sine causa, & de potestate ordinaria, scilicet cum causa, restituere D. de Chastelrullaut ad terminos primæ uẽditionis, ut poßit redimere census uenditos, ex quo est intra tempus uiginti annorum præfixum dictæ uenditioni, non obstante renunciatione facta dicto iuri redimendi. Et considerandũ est maximã & 7
incõparabilem esse Imperatoris potestatem. Nam sicut Deus est princeps in cœlis, ita Imperatorẽ suum uicarium & dominatorem in terris constituit. in Auth. de consuet. in fin. l. ij. ibi, sed quia diuinæ res. C. de ueteri iure enuc. Et ideo potest de nihilo aliquid facere, & mutare quadrata rotundis. c. proposuit. ubi gl. extra de conceß. præbend. Panor. in c. cum uenissent. extra de iudicijs. Et ut factũ pro non facto, & scitum pro non scito habeatur. c. is qui fidẽ. extra de sponsal. Clem. i. extra de conceß. præbend. Et tanta est celsitudo supremi principis, quòd sibi non potest lex imponi, cum Deus illi leges subiecerit. Bald. in c. i. in fin. de alienat. feud. Et quando facit aliquid ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, nihil opponi potest. Bald. in prooem. Decretal. col. iiij. & ei dici non potest, cur ita facis. idẽ Bal. in præludio feudorũ, col. ix. Et audiri nõ debet aliquis, contra id quod Imperator facit ex plenitudine potestatis, imò ei perpetuum silentium imponi. idem Bald. in c. i. §. si quis autem. in prin. in tit. de pace Constant. Propterea decìdit Ang. in terminis nostris, in d. l. item si uerberatũ. §. i. Imperatorem posse auferre mihi dñium rei meæ, etiam nulla causa subsistente, & quòd qui contrariũ dicunt mentiũtur. & idem in l. iij. §. si is pro quo. ff. quod quisq; iur. Bal. in l. rescripta. C. de precib. Imp. offer. col. fin. & in l. ij. col. vij. C. de seruit. & aqua. quod sequitur latius comprobando Deci. consil. cxci. in causa. col. ij. & d. cõsil. cxcviij. & pro tenui. col. ij. post Barbat. consil. lxiiij. col. pen. iiij. uol. & Curt. iunior d. consil. i. col. vij. Verùm quoniã dici posset, opinionem contra Angel. esse rationabiliorẽ & cõmuniorẽ, ut testatur Felin. in d. c. quæ in ecclesiarũ. in secũdo membro, & Curt. iunior d. consil. i. col. pen. qui intelligunt proximè dicta de Imperatoria potestate procedere, quando di 8
sponit circa ea quæ sunt iuris positiui, ut

per

per eosdem in d. c. quæ in ecclesiarum. & Curt. iun. d. consil. i. col. vij. Respondeo, opinionē Angeli, ut Imp. posśit tertio prę iudicare sine causa, in his quæ sunt iuris gentium, de plenitudine potestatis, posse
9 procedere, modò preciū rei illi soluat̄ cui res auferr̄; & ita saluat Angelū Deci. in d. c. quæ in eccles. col. ix. uers. resoluēdo primo. & col. x. uers. & ex præmissa. post Alberi. in l. quoties. C. de precib. Imp. offer. Sequunt̄ moderni Taurinenses in repet. procem. Digest. in prin. nu. 42. qui ita intelligēdo dicūt opinionē Ang. cōmunē: & hoc casu licet nulla appareat causa, tamen ex quo princeps utit̄ plenitudine potestatis, & soluit̄ preciū, præsumet̄ quòd
10 iusta causa principem mouerit, ut in simili declarat dictū Ang. Curt. senior consil. lxv. supra pręmissa. col. x. uers. & licet multi. & ita procedūt notata per Alex. cons. ij. col. fi. uol. i. Quæ causa nō tam facilè præsumetur quando princeps procederet disponendo contra ius gentiū, de potestate ordinaria & de iure: cum enim id nō posśit sine causa, de tali causa deberet constare, iuxta doctr. Bar. in l. si fortè. ff. de castr. pecul. & notata per Dd. in l. si donatione. C. de collationib. Et ita in terminis nostris procedant tradita per Deciū in d. c. quæ in eccles. col. antepenult. & d. consil. cclvij. col. pen. Cum itaq; sit paratus dn̄s de Chastelrullaut retro dare preciū quod habuit à dicto Thesaurario, potest Imperator de plenitudine potestatis eum restituere ad redimendos dictos census uenditos, & quidē motu proprio, etiā nihil tale petentē: potest em̄ princeps in integrū restituere etiā nō petentē, ut per Rom. singul. cccclxx. q̄d iudex motu proprio. refert Curt. senior d. cons. lxv. col. v. Secūdo principaliter posito, & nō concesso, quòd princeps non posset de plenitudine potestatis, quod tamē potest eo modo quo proximè declaraui, tamen id sibi permissum est in casu isto de potestate ordinaria, & de iure, diuersis rationib. Et primo sciendū est, quòd cōmunis sentētia Dd. de qua dixi s̄ in prin. ut princeps non posśit præiudicare iuri quæsito de iure gentiū, limitatur per omnes in locis suprà alleg. nisi id faciat ex causa, & causa modò sit iusta & rationabilis, intelligitur siue fauore publico siue priuato, ut singulariter declarat Areti. in l. Gallus. §. & quid si tantū. col. pen. ff. de lib. & posthum. allegat l. fin. C. de repud. hære. & idem sentit Alex. d. cōsil. ccxvi. ij. uol. col. iiij. uers. pro hoc quia. ibi, maximè publicā utilitatē respiciēs. & confirmabit̄ ex decisionib. & autoritatib. quas statim subijciam. Causa autē est in promptu, scilicet seruitia cōtinuè impensa à dn̄o de Chastelrullaut erga Romanum Imperiū pręcipuè, scilicet quòd uēdidit illud ius redimendi, ut ex illis pecunijs instrueret filiū, quem uolebat mittere sumptib. proprijs in Vngariā contra Turcam cū ipso Cęsare. Et quòd hæc sit causa iusta ut princeps posśit rem alicui auferre et alteri dare, saltē soluto precio, uult Paul. de Cast. cons. cvij. donatio prædicta. in fi. in antiquis. dicēs propter seruitia Rom.
Imperio pręstita, posse ius quæsitum tertio auferri, & ben emerito dari. Idem uult Rom. cons. cccx. in casu. ubi plurimis rationib. ostendit ciuitatē Florentinā, quæ inferior est Imperatore, potuisse donare rem unius ciuis alteri, qui pro repub. multa egerat. Et de re ecclesiæ data militi, pro remuneratione seruitij impensi, idē Paul. in consil. cclxxxiiij. in facto. col. ij. in antiquis. quod procedit nō modò si interueniūt seruitia illius cui princeps gratificat̄, sed suorū, puta quādo datur filio propter patrem, uel uxori propter maritū, ut per Deci. cons. cccccxcviij. uiso casu. col. pen. Et hęc cōclus. nō habet difficultatē, quando princeps nō cōtrauenit, nec uult tollere actum per ipsum gestū, ut latius cōprobat Dec. cons. cclxxxvi. in causa cōmunitatis. col. pen. & fi. & cons. cclxix. consultus. col. iiij. Præterea & secūdo, licet nulla subesset causa, dico adhuc principē posse restituere dictū dn̄m de Chastelrullaut, quoniā princeps potest sine causa aliquē
lædere, & illi præiudicare modica læsiōe: 12
potest enim debitori cōcedere moratoriā dilationē ad soluendū in præiudiciū creditoris. l. quoties. C. de precib. Imp. offer. Et ita per hūc text. limitant conclusionē s̄ factam in prin. quòd princeps non posśit præiudicare in quæsitis de iure gentium, Dd. in d. c. quæ in ecclesiarū. & in d. l. quoties. ubi Bart. notat beneficia principum esse concedenda sine graui præiudicio

& iniuria alterius. Ideo dicebat Bal. in ru
brica, extra de rescript. ij. col. quòd si per
rescriptũ pars modicè lædat̃, nõ est citan-
da, quia princeps potest lædere modica le
sione, parte non citata, sequitur Ias. in d. l.
quoties. Nam & in alijs casibus propter
modicam læsionẽ multa admittunt̃ con-
tra regulas iuris cõmunis, ut cumulat Fe
lin. in d. c. quæ in ecclesiarũ. col. xiij. uers.
quarta declaratio. & idem uult Alex. in
materia nostra, d. cõsil. ccxvi. col. iij. uol. 2.
13 Sed dicet fortasse aliquis, modicam læsio
nem considerari per Doct. secundum ter
minos d. l. quoties. in qua Doct. interpre
tantur modicã læsionẽ in differendo ius
alterius, secus in exhauriẽdo uel perden-
do, ut ibi dicit tex. Et quod plus est, etiam
in differẽdo, si sit maxima dilatio, nõ pro-
cedit d. l. quoties. ut ibi habetur. Sed nos
tractamus de auferendo iure dominij re-
rum uenditarum à dicto Thesaurario,
quod uidetur maximi præiudicij, ut sen-
tit gl. in d. l. quoties. quæ iuxta materiam
illius legis quærit, nunquid princeps pos-
sit dominiũ rei meæ mihi auferre, & deci-
dit quòd non: facit, quia causa dominij &
alienatio censentur maximi preiudicij, ut
dicitur per Bart. in l. si ita. col. i. ff. de auro
& arg. leg. & gl. ubi Doct. in l. fin. C. quæ
res pig. oblig. possunt. in quibus locis tra
14 ditur obligationẽ & hypothecam bono-
rum trahi etiam ad bona futura: secus est
in donatione, uenditione bonorũ &c. Et
ratio est, quia in hypotheca constituit̃ tan
tum ius in re, nec propterea quis plus de-
bet. Secus in donatione & uenditione, in
quibus tractatur de alienatione iuris. Fa-
cit etiam doctrina Bart. in l. admonendi.
col. pen. ff. de iureiur. ubi quærit, quæ di-
catur causa magna: & respondet, aut tra-
ctatur tantum de possessione rei, & q̃uis
res sit magna, tamen nõ dicitur causa ma-
gna, ex quo est modici præiudicij disputa
re de possessione: aut tractatur de domi-
nio & proprietate, & dicit̃ causa magna.
sequitur Alex. consil. ciij. super eo. col. ij.
vij. uol. Deci. cõsil. lvi. col. i. Ad hoc quòd
uideretur facere non modicam difficulta
tem, respondeo, omnia hæc proximè di-
cta procedere quando auferretur ius alte
rius nihil ei dato, nam tunc esset præiudi
cium; ut in donatione uel uẽditione si ue-
nirent bona futura, respectu bonorũ futu
rorum nihil uenditor percepisset. Sed do
minus de Chastelrullaut uult omne pre-
cium quod accepit restituere Thesaura-
rio, & omne aliud uerum interesse, quod
pateret̃ respectu dictæ redemptionis. Et
quando precium rei condignũ soluitur, 15
præiudiciũ reputatur modicum, non ma
gnum, ut in terminis nostris decidit Albe
ric. in d. l. quoties. sequitur Decius in d. c.
quæ in ecclesiarũ. col. ix. uers. resoluẽdo.
Vltimo, pro confirmatione efficaci inten
tionis dñi de Chastelrullaut, cõsidero es-
se maximam differentiam, an uelit prædi
ctus dñs admitti per Imp. ad redemptio-
nem dictorũ bonorũ, ex iure quod nunq̃
sibi cõpetijsset, puta quia uendidisset bo-
na liberè, & sine pacto redimẽdi, uel quia
tempus adiectũ redemptioni expirasset:
nam tunc possent militare dubitationes,
de quibus suprà: non enim debet hoc faci
lè permitti, l. ratas. C. de rescind. uend. an
uerò ex iure quod sibi competijt & adhuc
competit, nisi renũciasset pacto redimen
di, quia nõdum sunt lapsi uiginti anni, &
hoc casu facilius princeps eum ad pristi-
num ius remittere potest, quod sentit Im
perator in d. l. ratas. ibi, facilè permittat. in
dicat enim quòd cum aliqua causa id fie-
ri posset: solet enim recedi à iure cõmuni
propter reditionẽ ad pristinam naturam.
& ad hoc est gl. notab. quæ ab omnib. ap-
probatur & cõmendat̃, in l. si unus. §. pa-
ctus ne peteret. ff. de pact. quæ uult, quòd 16
quando conceditur priuilegiũ alicui, per
quod restituitur ad ius quod sibi aliàs cõ-
petebat, etiam quòd hoc fiat in præiudi-
cium alterius, nõ potest conqueri qui sen
tit damnũ, quòd ex hoc rescripto lędatur.
Ad idem est glos. notab. in c. ab exordio.
xxxv. dist. quæ dicit, nemini iniuriam fie-
ri, si quis ad pristinum statum restituatur.
Et prædictam gl. aliquibus decisionibus
cõprobat Felin. in c. cum accessissent. col.
iij. extra de constitut. & Ias. in d. §. pactus
ne peteret. quarto notab. Inter quas illæ
faciunt in proposito nostro, quòd quãuis
prælatus nõ possit præiudicare ecclesiæ,
tamen pactum & renunciatio sua præiu-
dicabit quando per hoc rediretur ad ius
cõmune. Panor. in c. ueniẽs. col. ix. extra
de præscrip. & clausula, non obstante, nõ
est

est necessaria, quando per id quod princeps disponit, reditur ad ius antiquũ. Bal. in d.l. si quis ad declinandũ. in lectura noua, in fin. Et prædicta etiã sequitur Curt. iunior consil. clvij. col. v. uers. confirmãt.
17 subdens, quoties Imperator procedit remouendo obstaculũ ab eo cui tale ius cõpetere posset, faciendo de incapace capacem, sine dubio ualet eius dispositio, etiã sine causa. Quæ omnia optimè faciunt in casu nostro, quia nõ simpliciter petit dñs de Chastelrullaut admitti ad redemptionem dictorum bonorũ, sed tolli tantũ de medio dictam renunciationẽ factã de iure redimendi, quo facto, iure proprio poterit redimere ex pacto XX. annorũ posito in uenditione, quod tempus nõdum præterijt. Superest modò ut ad deducta in oppositũ respondeam: quibus licet appareat responsum ex s̃ dictis, tamen in specie tollendo, non obstat quòd Imperator non posit præiudicare alicui in iure quæsito de iure gentium, quia illud non habet locum quãdo procedit de plenitudine potestatis, & soluitur preciũ. Secundo, quando facit ex causa siue publica siue priuata, modò sit rationabilis, ut in casu nostro. Tertio, quando præiudicat in modico. Quarto, quãdo tollit obstaculũ de medio, restituendo aliquẽ ad ius quod sibi antea competebat. Et his modis limitant prædictam conclusionem Doctores in d. c. quæ in eccles. maximè Felinus & Decius. Et de testamento præcise uolunt Bald. & Ang. in d.l. si testamentũ. C. de testam. Et de cõtractu uenditionis Paul. de Cast. in d.l. de contractu. & Sali. in d.l. ratas. C. de rescind. uend. Qui omnes cõcludunt, ex causa Imperatorem cõtrauenire posse iuri ordinario, & ex plenitudine potestatis, cum clausula, non obstante. Et ultra s̃ allegata, quòd princeps, maxi-
18 mè Imperator & Papa posint infringere ex causa contractum à subdito celebratum, consuluit Card. Zabarell. consilio lxxxv. incip. pro responsione. col. fi. Hæc sunt quæ iudicio meo faciunt ad fundandam intentionem dñi de Chastelrullaut, pro obtinenda hac restitutione seu concessione à principe, ut redire posit ad terminos primi contractus: quæ tamen subijcio correctioni cõsiliariorum Cæsareæ Maiestatis, qui pro eorum doctrina & integritate maiora scrutari & resoluere faciliè possunt. Bellonus. Dolæ.

1 Clericus an transmittat fructus ultimi anni ad hæredes suos.
2 Clericus in morte æquiparatur usuario, non autem usufructuario.
3 Fructus beneficij spectãt successori in beneficio, nõ hæredi defuncti.
4 Prælatus quomodo in beneficio æquiparetur usufructuario.
5 Vsufructuarius facit fructus suos quando sunt separati à solo & reconditi.
6 Clericus habens administrationem, æquiparatur usufructuario in uita, & usuario in morte.
7 Curatus alicuius ecclesiæ dicitur habere administrationẽ
8 Canonicus habens canoniam in cõmuni, non dicitur habere administrationem.
9 Consuetudo ut fructus beneficiorum spectent hæredi, ualet & tenet.
10 Clericus potest testari de fructibus, si sit consuetudo.
11 Pensio quæ debetur respectu fructuum iandudum collectorum, debetur hæredi, etiàm si quis moriatur ante tempus solutionis.
12 Prælato decedente, debetur hæredi pensio quæ est soluenda respectu fructuum collectorum in uita prælati.
13 Clericus non transmittit ad hæredem pensiones nõdum debitas.
14 Debitum sub conditione, non debetur nisi impleta conditione.
15 Debitum ob causam, determinatur secundum causam.

Consilium III.

DEO opt. max. autore. Curatus ecclesiæ parochialis loci Pontislerij comitatus Burgundiæ, solitus est recipere mensuram unam auenæ à suis parochianis pro decima messium: & aliam mensuram pro iure unius candelæ, quam dat singulis parochianis in die beatæ Mariæ uirginis Februarij. Solutio tamen utriusque solet fieri post festum dictæ uirginis Mariæ. Contigit modò decedere dictum curatũ post tempus messium, ante tamen festum beatæ Mariæ, facto testamento, in quo uniuersaliter instituit hæredem fratris filium, quæritur ad quem spectẽt mensuræ auenæ, an ad hæredem, an ad successorẽ in beneficio. Casus iste incidit in illam quæstionem, an clericus seu prælatus posit disponere in ul- 1

tima uoluntate de fructibus beneficij, uel eos transmittat ad hæredes: quæ habet materiam profundam, & non facilè extricabilem, secundum Felin. in c. cum ex officij. col. ij. extra de præscript. Et profundam quæstionem, requirentem altiorem indaginem dicit Decius in c. reprehensibilis. col. final. extra de appell. & indigere pontificia decisione, Barbat. in c. final. extra de pecul. cler. Eam in multis locis tradunt Doct. quos infra adducam, præsertim Archid. in c. statutum. §. assessorem. de rescript. in vi. Gemin. in c. final. col. iij. & iiij. de offic. ordin. in vi. Barbat. latissimè in d. c. fin. Ego uerò adducam fundamenta quæ uidentur magis communia, omittendo diuersitatem opinionum. Et
2 primo, quòd hi fructus non spectent hæredi, facit, quia curatus seu alius beneficiatus, quicquid sit in uita, saltem in morte æquiparatur usuario. textus est in c. cum M. Ferrarieñ. extra de constitut. ubi Ant. de But. expresse notat & moderni. bonus text. xij. q. ij. sine exceptione. & xiiij. q. i. c. i. Ad idem gl. in d. c. final. de offic. ordinarij. & gl. iij. in c. fin. extra de pignorib. ubi Panor. alias adducit. & glos. in d. c. final. de pecul. cleric. ubi Barbat. col. ij. alias congerit. Vnde dicit Baldus post Iacobum Butrig. in l. ij. C. de episc. & cleric. clericos beneficiatos tenere medium inter usufructuarium & usuarium: nam in percipiendo sunt usufructuarij, in disponendo sunt usuarij. Idem Baldus in Authen. licentiam. in fin. C. de episc. & cler. inquit, rectorem ecclesiæ in uita habere administrationem, sed in morte assimilari usuario, qui suum facit quatenus consumit, & non ultra. Similiter dicit Salic. eos in uita usufructuarios, sed in morte transformari in usuarios. Et hæc in effectu est communis opinio, quam ultra suprà dictos tenet indistinctè Panormitanus in repetitione c. quum esses. quæst. ij. extra de testamentis. Cardin. & Barbat. in d. c. fin. de pecul. cleric. Idem Cardinalis consil. cx. tria sunt. Petrus de Anchar. consil. cxvi. secundum ordinem. qui col.
3 ij. subdit, iustius esse ut fructus beneficij sequantur illum qui tenetur ad officium in ecclesia, quàm eum qui desijt ecclesiæ seruire. Calder. consil. ij. de pecul. cleric. qui pluribus medijs hoc probat. & latius Socinus consil. xxxij. ex his quæ. col. ij. Stephan. Bertrand. consil. ccxcvi. non est dubium. uol. iij. Bertach. in tractatu de episcop. lib. iiij. in quarta parte. col. ij. & v. Rota decis. ccxxxij. in nouis. incip. si prælatus. in fi. & alibi pluries reperies Doct. ita tenere. Nunc concludendo, usuarius potest tantum uti re pro se, ad usum quotidianum, non autem ad alium transferre. toto tit. Instit. de usu & habitat. l. i. & ij. ff. eodem tit. de usu & habit. Eodem modo & clericus. Et si reperiantur aliqua iura & glossæ quæ innuant eos æquiparari 4
usufructuario, debent intelligi quo ad hoc ut eorum ius finiatur morte, gl. in d. c. fin. de offic. ordinarij, uel quo ad administrationem, Bald. in d. Authent. licentiam. uel quo ad hoc ut sibi prouideat, uel quo ad fidelem dispensationem, non autem ut de fructibus possint liberè disponere. c. fin. xij. quæst. i. & c. si quis de seruis. xij. quæst. ij. Gemin. in d. c. fin. de offi. ordin. col. iij. Barbat. in d. c. fin. col. vij. Secundo, etsi uellemus dicere eos æquiparari usufructuario, adhuc in casu nostro fructus nõ spectabunt hæredi: quia tunc demũ usufructuarius facit fructus suos, 5
quando sunt separati à solo, percepti & reconditi, l. si usufructuarius. ff. quibus modis usufruct. amitt. & in terminis nostris ita uult glossa in d. c. final. de offic. ordinarij. in vi. ubi Gemin. col. penult. Hostieñ. in d. c. fin. de pecul. cleric. ubi latius Cardin. & Calder. præcise d. consil. ij. in prin. Quinetiam si uellemus sequi aliam opinionem quòd faciat fructus suos, etiam si non sint reconditi, more bonæ fidei possessoris, ut per Bartolum in d. l. si usufructuarius. & in l. certum. C. de rei uendic. Cardinalis in dicto cap. final. erit adhuc idem: quia in casu nostro curatus nihil perceperat tempore mortis de his mensuris auenæ, & quod plus est, non uenerat tempus solutionis. Calderinus d. consilio ij. Tertio est glossa ordinaria in hac materia in d. cap. final. de offic. ordinarij. in vi. quę distinguit: Aut clericus seu prælatus habet administrationem, & in uita 6
æquiparatur usufructuario, in morte uero usuario, ideo nihil disponere potest. Aut est simpliciter beneficiatus, & utroq; tempo

tempore in uita & in morte æquiparatur usufructuario, quo ad faciendos fructus suos. Et subdit ibi, quòd consuetudo generalis quasi ubiq; approbat hanc distinctionē. Eam quoq; singularē & cōmuniter obseruatam testatur Ant. de But. in c. peruenit. extra de fideiuss. ubi Imol. dicit cōmunē opinionē: & Doct. maximè Cardin. in d. c. fin. de pecul. cleri. ubi Barbat. col. iij. dicit totum mundū allegare illam gl. Idem Gemin. & omnes in d. c. fin. de offic. ordinar. in vi. Bertach. in d. tractatu de Episc. in quarta parte. lib. 4. col. v. uers. ultimo quæro. & tandem cōmunē post multa allegata firmat Corneus consil. cccxiiij. uideretur in præsentis. col. iij. uol. iij. Nūc in proposito, is qui habet beneficium in titulum, cui sit assignata certa dos, dicitur habere administrationē, secundum Gemin. in d. c. fin. de offi. ordin. in vi. col. iiij. quem sequit̄ Barbat. in d. c. fin. de pecul. cler. col. xi. uers. erit ergo pri
7 mo. Bal. in d. Auth. licentiā. Sed curatus noster habuit beneficiū huiusmodi, ergo &c. Et in specie in materia ista, quòd curatus parochialis habeat administrationē, est decisio Innocentij in c. requisisti. de testam. in gl. fin. qui dicit, quencūq; habentem curam animarum & sacramentorū, eum habere administrationē, sequuntur Gemin. & Barbat. in d. c. fin. Idem quoque in terminis uult Panor. in c. relatum. extra de testam. col. iij. uers. item nulla ratio. Quarto & ultimo, etiam si essemus in casu in quo non diceretur habere ad
8 ministrationem, ut quia haberet canonicatum non distinctum uel separatum, uel solueret̄ sibi aliquid respectu seruitij personalis, ut per Gemin. & alios ubi suprà, adhuc fructus non spectarent hæredi, quia de his non disposuit, iuxta gl. in d. c. fin. de offic. ordin. in vi. & in terminis cōsuluit Cardin. consil. cx. quidam prælatus. His rationibus nō obstantibus, in casu nostro concludo contrarium, ut fructus huius anni spectent hęredi curati defuncti. Pro cuius rei fundamento præmitto, ut dicitur, extare cōsuetudinem in hac patria, quòd huiusmodi fructus spectent hæredi, non autem successori, nec Archiepiscopus uel summus Pontifex unquam solet ad eos apponere manū: quæ
consuetudo ualet & tenet etiam in fructi 9
bus non perceptis. Ioan. And. in regula, nemo plus. de reg. iur. in vi. Barbat. in d. c. fin. col. v. qui propterea approbat consuetudinem Mutinensem, quæ permittit canonicos testari de fructibus præbendarum suarum percipiendis post mortē usq; ad annum. & de tali consuetudine ut permittatur est text. in d. c. relatum. de testam. & in c. si propter. de rescript. in vi. Barbat. d. c. fin. col. viij. & quòd stante hu
iusmodi consuetudine possint clerici di 10
sponere, cōmuniter tenent Doct. Gemi. in d. c. fin. de offic. ordin. Calde. d. consil. ij. Corneus d. consil. cccxiiij. col. ij. Bertachinus in d. tract. de epis. quarta parte, libro 4. col. ij. quando non est onerosa ecclesiæ, utputa de fructibus unius anni, secundum Ioan. And. in d. regula, nemo plus. Possent itaq; hæredes curati habere hos fructus uirtute consuetudinis ab intestato, sed multò magis in casu nostro in quo curatus fecit testamentū, in quo uerbis amplissimis & prægnantibus in omnibus & singulis suis bonis hæredem instituit fratris filium. Et licet expresse non disposuerit de ipsis fructibus, hoc nihil refert: nam ueniunt in illa generali dispositione facta per testamentū, ut in terminis consuluit Bertrandus d. consil. ccxcvi. nō est dubium. uol. iij. Secundo facit, quòd
ex quo sunt hæredes capaces istorum fru 11
ctuum ex consuetudine, aduertendū est, licet non uenisset adhuc tempus soluendi dictas mensuras auenæ tempore mortis curati, tamen erat percepta messis, cuius gratia & contemplatione soluebatur auena, unde perinde est ac si auenā percepisset, ideo transit ad hæredes, ut est casus in l. defuncta. ff. de usufruct. ubi pensio quæ debebatur calendis Martijs, pro fructibus collectis ante calend. Octobris, debetur hæredi integrè fructuario defuncto mense Decembri. Et ita per hunc textum in terminis nostris de prælato seu clerico decedente ante tempus solutionis, concludit Alex. consil. xv. reuerendissimi. uol. iij. Card. d. consil. cx. in prin. Non obstant modò in contrarium adducta, quia apparet ex proximè dictis illa nō procedere. Et primo quòd prælatus in morte æquiparetur usuario: nam hoc ue

rum est de iure cōmuni: limitatur tamen per omnes, quando consuetudo esset in cōtrarium. Non obstat secundum, quod magis urgebat in hoc casu, curatū nondū percepisse illas mensuras auenæ, cum nō
13 uenisset dies solutionis, ideo non potuisse transmittere ad hæredem, prout ultra suprà allegata uoluit Bart. consil. ccxxxi. dominus Ioannes. Siquidem respondetur, illa procedere quando curatus decessisset ante collectionem fructuū (ita enim loquitur Bart. & alij) sed hic fructus erant collecti & reconditi, solùm supererat solutio auenæ facienda gratia ipsorum fructuum, quæ quidem debetur habita ratione temporis quo messis auenæ facta fuit. d. l. defuncta. cum suprà adductis. Non obstat tertium, quia limitatur per consuetudinem. Non obstat quartum, quia licet in specie non disposuerit, satis est disposuisse in illis uerbis generalibus institutionis, ut per Bertrandum d. consil. ccxcvi. Ad secundum dubium, de mensura auenæ quæ soluebatur parochianis in festo beatæ Mariæ Februarij, respectu & intuitu unius candelæ quæ dabatur à curato, dico, si adsit consuetudo quæ etiam se extendat ad nondum debita, illam esse seruandam, & rem non habere dubitationem. De iure autem communi non spectabit hæredi, quoniam est quædam solutio facienda sub conditione, si candela solueretur illo festo beatæ Mariæ: unde cum
14 conditio impleta non sit, nihil debetur. Petrus in l. fin. C. de condict. ob causam. Baldus in l. si uno. §. item cum quidam. uers. prædicta uera. ff. locati. Item solutio ista ueniebat facienda ob causam, unde
15 quod debetur ob causam, determinatur secundum causam sibi annexam. l. Seia. §. libertis. ff. de annuis legatis. Deci. consil. lxx. diligenter consideratis. col. i. ubi concludit, salarium non deberi Doctoribus quibus promissum erat sub conditione, si operas præstitissent, si contingat quòd postea eas non præstent.

Bellonus. Dolæ.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ transmittitur ad hæredes intra tempora data à lege.*
2 *Confeßio dotis facta cōstante matrimonio, habet uim donationis.*
3 *Iuramentū ut habeat effectū, debet præstari tactis Euangeliorum scripturis.*
4 *Iuramentum unicum non potest duos effectus supplere.*
5 *Donatio facta inter personas suspectas, si excedat quingentos aureos, in totum uitiatur.*
6 *Iuramentum non ualidat contractum simulatum.*
7 *Confeßio dotis facta constante matrimonio, si promißio præcesserat matrimonium, probat numerationem dotis.*
8 *Confeßio dotis facta constante matrimonio, præsumitur facta animo donandi, etiam si non sit renunciatū exceptioni non numeratæ dotis.*
9 *Donatio quæ resultat ex confeßione dotis facta constante matrimonio, confirmatur morte.*
10 *Donatio quæ confirmatur morte, requirit traditionem, uel aliquid loco traditionis.*
11 *Hæredes mariti possunt probare numerationē dotis non esse factam.*
12 *Donatio excedens quingentos aureos etiam non insinuata, ualet usq; ad quingentos.*
13 *Aureus in materia l. sancimus. C. de donationibus. accipitur ex his, ex quibus septuaginta duo faciunt unam libram auri.*
14 *Donatio hodie ualet usque ad septingentos aureos.*
15 *Confeßio dotis facta constante matrimonio, non potest reuocari per hæredes mariti, licet per maritum sic.*

Consilium IIII.

DEO opt. max. autore. Diligenter considerato facto et instrumento cōfeßionis mihi proposito, in quo Odo Martin confitetur se habuisse & recepisse nomine dotis ab uxore sua Henrieta mille quingentos Francicos, quos sibi promiserat in tractatu matrimonij inter eos contrahendi, ut alio publico instrumento apparet: uidetur prima facie dictam Henrietam non posse se fundare super tali confeßione, ad probandum se dotem soluisse marito suo, ut eam posset consequi ab eius hæredibus, sed necesse fore ut probet realem numerationem. Primo, quia nondum sunt elapsa tempora data à lege ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, & ideo poterunt hæredes Odonis conuenti opponere huiusmodi exceptionem, & incumbet onus probandi Henrietæ dotem realiter numeratam fuisse, toto tit. C. de dote cauta non numerata. ubi Bart. & Doct. & facit l. in contractibus. C. de non numer. pecun. cum materia, & l. asseueratio. & l. si ex cau-

1 ex cautione, eod. tit. nam intra tempora transmittitur exceptio ista ad hæredes. l. si intra. C. de non numer. pecun. Io. And. in addit. Specul. in rub. de donat. inter uirum & uxo. Secundo, hæc confessio dotis receptæ fuit facta ab Odone dudũ post
2 nuptias, & sic cõstante matrimonio, quo casu secundum opinionem Bart. & aliorum in l. si diuortio. ff. de uerb. oblig. quã communem testatur Socinus in l. i. ff. solut. matr. in v. quæst. ij. articuli principal. in fin. & infra latius probabo, præsumitur facta animo donandi; sed donatio inter uirum & uxorem est prohibita, toto tit. ff. & C. de donat. inter uir. & ux. Nec obstat si dicatur esse prohibitam, & non ualere quando simpliciter fit: secus quando est iurata, quia tunc ualet, secundum opinionem multorum, quam dicit communem Decius consil. ccij. & alibi sæpe: quia respondetur, hic non interuenisse iura-
3 mentum tactis scripturis Euangeliorũ, ut requiritur, ideo non operatur. Ias. in Authen. sacramenta puberum. iij. col. C. si aduers. uend. Chassan. consil. vij. col. v. Præterea in instrumento cõfessionis sunt duo defectus: unus, quòd præsumitur donatio, quæ est prohibita inter coniuges; alter, quòd summa in eo contenta excedit quingentos aureos, & non est insinuata, ideo nulla, ut statim dicam, l. sancimus.
4 C. de donatio. Sed unicum iuramentum non potest duos defectus supplere, ut per Decium consilio ccxxxix. & Chassan. d. consil. vij. col. vi. qui allegat simile de principe rescribente cum clausula, nõ obstante, quando plura obstant, post Ias. in l. fin. col. ij. ff. de constitut. principum. Rursus non obstat, quòd cum hæc confessio præsumatur facta animo donandi, confirmatur morte, sicut quælibet alia donatio facta inter personas prohibitas. l. donationes. C. de donat. inter uir. & uxor. & est casus in terminis nostris in l. ij. d. tit. de dote cauta nõ num. nam respondetur hanc præsumptam donationẽ excedere quingentos aureos, & non esse insinuatam, & licet aliàs intra quingentos solidos ualeat, & superfluum tantum uitietur, d. l.
5 sancimus. hoc non procedit ubi donatio fit inter personas suspectas & prohibitas, quia tunc in totum uitiatur, ut est text. in l. donationis. la i. quem ad hoc ibi ponderat Salic. C. de donat. inter uir. & uxor. sequitur Ias. in l. i. §. sed si mihi. ff. de uerb. oblig. & Socin. in d. l. i. solut. matr. in prima conclus. ij. artic. qui dicit se ita consuluisse. & idem consil. cxv. uidebatur. col. ij. uol. iiij. Nec potest iuramentum supplere defectum insinuationis, ut proximè dixi. Tertio principaliter non potest prodesse dicta confessio Henrietę, quia aliud fit, & aliud dicebatur, & sic est simulata, 6
ideo non ualet, etiam si esset iurata. Bartolus in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. tertio. & in l. Aurelius. §. final. ff. de liberat. legat. Socinus in d. l. i. in ij. quæst. ij. articuli. & quidem simulata præsumptione iuris & de iure. Authent. sed iam necesse. C. de donatio. ante nupt. ubi Bartolus & Doctores. & idem in l. si constante. ff. solut. matrimo. in iiij. quæst. ultimæ partis, in fi. Socin. in d. l. i. col. final. Campegius in tractatu de dote, prima parte, quæst. liij. in prin. Cum itaque huiusmodi confessio dictis de causis non obligauerit Odonem confitentem, per consequens non obligat eius hæredes, qui in suum locum & ius succedunt.

His tamen non obstantibus, contrarium de iure uerius arbitror, ut dicta confessio præiudicauerit marito eiusq; hæredibus, & per eam censeatur probata realis numeratio dotis, infra scriptis rationibus. Primo, quoniam illa cõclusio, quòd confessio dotis facta constante matrimonio præsumatur facta animo donandi, & non ualeat inter maritum & uxorem, inter quos est prohibita donatio, ut dixi suprà in secundo fundamento partis aduersæ, procedit ubi simpliciter confessio intercessit; secus quando promissio dotis 7
præcessit contractum matrimonium, & confessio sequuta est constante matrimonio, quia tunc statim præiudicat, nec potest opponi exceptio non numeratæ dotis, etiam si nondum sunt lapsa tempora ad opponendum talem exceptionem, ita limitat Socinus in d. l. i. solut. matrimon. col. antepenul. uers. hanc conclusionem. & licet ipse disputando teneat contrariũ, est tamen hæc limitatio communiter recepta, per textum in l. in contractibus. uers. illis securitatibus. C. de non num. pecun.

ubi Cyn. Bald. Salic. Paul. de Cast. ita tenent. Idem Paulus in d. l. i. solut. matrim. Rom. in l. si constante. solut. matrim. iiij. quæst. iiij. partis Bartoli, & consil. cccc xlv. col. penult. Angel. de Aret. in §. fuerat. Instit. de actionib. col. x. super gl. creditoribus. Baldus nouell. in dicto tractatu dotis, decima parte, vij. & viij. col. uers. septimo fallit. post plures per eum allegatos. Campeg. in tractatu dotis, prima parte, quæst. lij. col. iij. uersic. in primis. & latius comprobatur decis. Neapol. ccccij. agitur. ubi Afflictus ita dicit iudicatum. Ratio huius limitationis est, quia tūc cessat ratio quare sit inducta exceptio nō numeratæ dotis, quum maritus habeat promissionem, & uxorem quam affectabat. Est bene uerum quòd hæredes possunt, si uolunt, probare non fuisse dotem numeratam, ut ibi per eos, maximè in dicta decis. Neapol. col. penult. Sed in casu nostro in tractatu matrimonij præcessit promissio dotis per publicum instrumentū, ergo confessio postea facta probat numerationem. Secundo principaliter facit,
8 quòd confessio receptæ dotis facta à marito constante matrimonio, præsumitur facta animo donandi, non autem sub spe futuræ numerationis, etiam si non sit renunciatum exceptioni nō numeratæ dotis: & licet aliqui tenuerint contrariū in l. si diuortio. ff. de uerb. oblig. tamē hæc est magis cōmunis opinio, ut apparet ex allegatis per Alex. in d. l. si diuortio. & cōmunem testatur Socin. in d. l. i. v. quæst. in fi. & latè cōfirmat Ang. in d. §. fuerat. col. x. & xi. tandem dicēs cōmunem adducit doctrinam Bartol. in l. Papinianus. ff. de donatio. inter uirum & uxor. & in l. quum quis decedens. §. Titia. ff. de lega. iij. sequitur Rom. consil. xliiij. ex supra. col. ij. & cōmuniorem opinionem dicit Soci. consil. lxxix. si essemus. in prin. uol. iiij. Alex. consil. cxliij. uiso. uol. v. & consil. xlv. habita. in secūdo dubio. i. uol. & consil. xxvi. habita. ij. uol. Paul. de Cast. consil. cxviij. uisis & consideratis. in antiquis. Bolog. consil. xviij. cor mundum. col. i. Ant. Rubeus consil. lxxviij. qui asserit post multos relatos hanc esse ueram & magis communem opinionem. Cum itaque censeatur uelle donare, licet non ualeat donatio tanquam facta inter coniuges, l. i. ff. de donat. inter uir. & uxor. & ideo marito confitenti non præiudicet, quinimò possit ipsam in uita reuocare, Bartolus in d. §. Titia. & Doctores in suprà dictis locis: tamen cōfirmatur morte, d. l. ij. cum ibi no- 9
tat. C. de dote cauta non num. sicut quælibet alia donatio. d. l. donationes. C. de donatio. inter uir. & uxor. Bartolus in d. l. Papinianus. & in d. l. ij. & in l. ij. §. creditum. ff. si certum petatur. Doctores in locis suprà allegatis, maximè Alexander in dicto consilio. Bald. nouell. & Campeg. in dicto tractatu: ideo hæredibus præiudicat. Socin. d. consil. lxxix. nec possunt opponere exceptionem non numeratæ dotis, ut per eos. Et ratio est in promptu, quia tunc ualet illa confessio non ut dos, sed ut donatio, cui non potest conuenire nec obstare exceptio non numeratæ dotis. Nec obstat si dicatur, requiri traditionem ad hoc ut confirmetur morte. d. l. Papinianus. quia respondetur satis esse interuenire traditionem ueram uel fictam, 10
& talis confessio habetur pro ficta traditione. Bar. in d. l. Papini. & in d. l. ij. de dote caut. non num. & per omnes ubi suprà.

Non obstant modò in contrarium adducta, quibus colligi potest responsio ex suprà dictis: tamen specialius respondendo, non obstat quòd simus intra tempora data ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, quia hoc negatur, scilicet quo ad hunc effectum quòd opposita exceptione ab hæredibus mulier teneatur ipsa probare numerationē: nam cum hic præcesserit instrumentum promissionis dotis, confessio sequens statim præiudicat, & facit præsumi numerationem. Bene poterūt dicti hæredes opponere hanc 11
exceptionē ad hunc effectum ut ipsi probent dotem non fuisse numeratam, quia nullo tempore excluduntur ab hac probatione, ut d. decis. Neapol. ccccij. Secundo respondeo, etsi non præcessisset dotis promissio, hanc confessionem præsumi factā animo donandi, & fuisse morte confirmatam, ideo ualere ut donationem, cui nō potest obstare exceptio de dote cauta non numerata, ideo statim præiudicat, ut suprà ostendi. Nō obstat quòd nō potuit morte confirmari, quia excedit quingentos

tos

tos aureos, & non fuit insinuata secundū l.sancimus.C.de donatio.ideo in casu nostro in totum uitiatur.d.l.donationes.ubi Salicet.& Socin.in d.l.i.cum alijs suprà allegatis, quibus addi potest Alciatus in d.l.i.§.sed si mihi.col.vij.& Curt.iunior consil.xcv.col.fin.Siquidem possum primo respondere, etsi non sustineatur confessio ex hoc capite donationis, sustineri ex alio præcedenti, quia promissio dotis præcessit. Sed tenendo hoc secundū fundamentum, quod est uerissimum & tutissimum, aliter soluo, quòd dictum Salic. in d.l.donationes, est magis communiter reprobatum: nam plures & maioris autoritatis tenent contrariū, quòd in totum
12 non uitietur donatio. Odofred.in d.l.donationes. Ioan. And.in addit. Specul.in tit. de donatio.in addit.incip.hoc scias. Crotus de Monteferra.in d.§.sed si mihi. col.iij.& in l.frater à fratre.ff.de condict. indeb.col.xvij.ubi optimas adducit rationes. Areti.consil.xvij.col.iij. Anton.Rubeus consil.cxxiij.circa dubium.ubi dicit post multa, ita iudicandū. Valebit igitur intra quingentos aureos: quinimò ualebit etiam in totū, primo per fundamentum præcedens, quod feci de promissione dotis quæ præcessit, cum tunc præsumatur numeratio, & ualeat ut dos, non ut donatio. Secundo, quia non est uerum, summam mille quingentorum Francorum de quibus agitur, excedere quingentos aureos legales: nam sciendū est quòd olim septuaginta duo aurei faciebant unam libram auri.gl.in l.fin.ff.de in ius uocand.& in l.quicunque.C.de seruis fugitiuis.& in §.nos autem.Instit.de Attilia. tut.& in §.fin.Instit.de pœna temerè litig.
13 Et de his aureis intelligitur lex disponens donationem ultra quingentos aureos esse insinuandam, ut per Angelum in l.sancimus.in prin.C.de donatio.Alexand.in apostill.ad Bartol.in l.cum de indebito. §.fin.ff.de probationib.& idem cōsil.iiij. col.penult.i.uol. Sed cum nunc aurei efficiantur minoris pōderis, sequitur quod requiruntur nonaginta sex aurei pro libra, unde in bonitate intrinseca uariati sunt aurei in quarta parte, ut per Bartol. in l.quoties.C.de susceptorib.& arcar.li-
14 bro 10.& sic ualebit donatio ultra septingentos, ut in specie decidit Paul.de Cast. in l.fin.C.cōmun.de legat.in fine principij.Sequitur Felin.in c.conquerente.extra de offic.ordin. Ias.in l.fin.ff.de in ius uocand.& in l.ij.§.ex his.col.penul.ff.de uerb.oblig.qui ita in facto se obtinuisse testatur.Cum igitur mille & quingēti Francici non excedant septingentos aureos, ualebit in totum hæc confessio in uim donationis. Vltimo non obstat quòd sit facta in fraudem, & ideo non ualere: nam hoc procedit ut non ualeat in præiudiciū confitentis dum uiuit, propterea posset eam reuocare; secus si eam non reuocauerit, quia per mortem confirmatur, & præiudicat hæredibus, qui eam reuocare non possunt. Bart.in d.l.cum quis decedens. §.Titia.Bald.in l.i.C.de inoffic.donatio. uers.item facit ad aliud.sequitur Angel. de Aret.in d.§.fuerat.super illa gl.creditoribus. Socin.in d.l.i.solut.matr.in prima conclus.secundi artic.principalis.Bal.nouell.in d.tract.x.parte, & alij suprà allegati in dictis consilijs, quibus adde Barbat. idem in specie uolentem consil.lix.illud. col.penult.uol.ij. Bellonus. Dolæ.

1 *Ius oritur ex facto.*
2 *Dispositio quælibet refertur ad tempus præsens.*
3 *Pronomina hæc, meum, tuum, suum, ad præsens tempus referuntur.*
4 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorū nō ualet.*
5 *Qualitas adiuncta uerbo, non semper intelligitur secundum tempus uerbi.*
6 *L.ita.ff.de aur.& argen.leg. cum sua materia limitatur, nisi aliter ex mente contrahentiū comprehensum sit.*
7 *Vniuersalis dispositio comprehendit futura.*
8 *Donatio est fauorabilior quàm contractus, & ultima uoluntas.*
9 *Infinitiuum uerbum significat omne tempus.*
10 *Clausula generalis quæ subijcitur, nō comprehendit specificata.*
11 *Dispositio facta per uerbum etiam præsens, trahitur ad futura, quando uerbum præsens erat extensiuū, puta uerbum, potest.*
12 *Verba, sine liberis, habent tractum successiuum.*
13 *Voluntas declaratur ex actu nullo.*
14 *Donatio reciproca non continet onus, ideo comprehendit bona futura.*
15 *Donans sub conditione, uidetur donare incertum.*
16 *Cōtractus facti eodem cōtextu, reputātur unus & idem contractus.*
17 *Donatio bonorum mobilium & immobilium, non comprehendit iura & actiones.*

18 *Donatio facta per uerba generalia, nõ comprehendit bona futura: secus si fiat per uerba uniuersalia.*

Consilium V.

DEO optimo maximo autore. In puncto de quo quæritur, an in donatione simpliciter facta comprehendant bona postea quęsita, adeò uidetur firmata opinio omnium Doctorũ, quòd non, ut quasi uideatur audax temeritas, uelle contrarium tenetur. Tamen
1 quoniam ex facto ius oritur, l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquiliam. l. ex facto. de nego. gest. ex modica mutatione facti totum ius mutatur, ut per Albericum in d. §. in cliuo. allegat l. ea est natura cauill. de regul. iuris. Et ideo dicebat Baldus consil. xiij. quidam nomine. uol. ij. quòd secundum diuersitatem factorũ, diuersum redditur consilium. In primis itaq;, quòd bona postea quæsita non ueniant, facit generalis regula l. si ita. ff. de auro & argent. legat. & l. si mandauero. §. is cuius. ff. mandati. cum similib. in quibus dicitur, nisi aliud comprehensum sit, dispositionem ad
2 præsens tempus referri: & hoc habet locum etiam quòd dispositio concepta sit per signum uniuersale, puta, omnis, ut per Bartolum in d. l. si ita. col. ij. Angel. in l. si seruitus. ff. de seruit. urban. prædiorũ. Et illa regula habet locum in quacunq; materia. Felinus in cap. final. col. fin. extra de constit. ubi multa cumulat, & Barbat. consil. vi. uol. iij. in primo dubio: intelligendo tamen quando tractatur de præiudicio non modico, ut per Bartolum in d. l. si ita. & in l. final. ubi glos. C. quæ res pignor. oblig. poss. & per alios in locis supra adductis: & in specie ex dicta regula infert ad donationem Alberi. in d. l. si ita. Secundo magis in specie in casu nostro facit, quia fuit facta donatio bonorũ suo-
3 rum: & hæc pronomina, meum, tuum, suum, sunt passiua, quæ ad præsens tempus referũtur. Bartol. in d. l. si ita. in prin. glos. & Doct. in l. serui electi. §. final. ff. de legat. i. Albericus in d. l. final. in prin. quę res pignor. oblig. poss. Tertio facit, quia si diceremus in donatione uenire bona e-
4 tiam futura, esset donatio omnium bonorum, præsentium & futurorum, quæ auferret liberam facultatem testandi, ideo non ualeret, ut per Doctores in l. final. C. de pactis. & in l. pactum quod dotali. & l. licet. eodem tit. & in l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. oblig. Et in dubio non est præsumendum quem elegisse uiam, per quam suum iudicium impugnetur. l. iij. de militari testam. Et in dubio accipitur illa significatio, ut actus potius ualeat, quàm pereat. l. semper in stipul. ff. de uerborum oblig. l. in ambiguo. ff. de reb. dubijs. cum similib. Quarto facit autoritas Doctorum, qui cõmuniter hanc partem tenent, in d. l. final. & l. stipulatio. & in specie Bal. & Alberic. de eo qui donauit partem bonorum, in d. l. final. & Bertrand. consil. cclxv. uolum. iij. ampliando, etiam quòd esset facta donatio post mortem: quo casu propter illam qualitatem mortis, uideretur dicendum, uenire futura, quum sit regula, quòd qualitas adiuncta 5
uerbo, debet intelligi secundum tempus uerbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. ad quam tamen respondent, ibi deberet intelligi donationem hoc modo, scilicet, dono bona præsentia, quæ habeas post mortem, ut per Imol. in d. l. stipulatio. & ibi Alexan. & Decius in d. l. final. Quinto & ultimo facit, quia hic non potuit haberi consideratio ad bona futura, cum dictum sit quòd donat bona ubicunque sita sint, & sic ea quæ loco circunscribebantur, & futura nullo loco sita erant, cum nondum acquisita essent, arg. l. eius. ff. si cert. pet. Item illa participia, spectantium & pertinentium, quæ denotant tempus præsens. Alberic. d. l. fin. quæ res pignor. oblig. &c. His tamen non obstantibus, in casu nostro contrarium de iure esse arbitror: & ante omnia considerandum est, quòd licet regulariter in quacunque materia præsens status inspiciatur, d. l. si ita. & d. l. final. quæ res pignor. hoc procedit in dubio. Limitatur tamen, 6
nisi aliud comprehensum sit, aut aliud appareat de mente contrahentium & disponentium, ut dictis iuribus dicitur. Si igitur demõstrauero, tempus futurum, tam ex ui uerborũ, quàm ex mente cõtrahentium, in donatione nostra cõprehensum, tũc nõ obstabit nobis d. l. si ita. cum simil.

sed

sed faciet in sua limitatione. & ita in mate-
ria nostra arguit Alex. in consil. lix. infra
alleg. v. uol. in fin. Et ad hoc primo consi-
dero quòd donatio est facta per uerba u-
niuersalia, dum dicitur in donatione, o-
mnium bonorum: & qui totum dicit, ni-
hil excludit. l. à procuratore. & ibi gl. C.
7 mandati. & quoties dispositio est uniuer-
salis, concludit Bart. in d. l. si ita. uenire e-
tiam futura. Confirmatur, quoniã quan-
do est facta per uerba indefinita, ueniunt
futura, ut per Bar. ibidem, & indefinita æ-
quipollet uniuersali. l. si pluribus. de le-
gat. ij. Et hæc multò magis procedunt in
donatione, quàm in alia dispositione,
8 cum sit fauorabilior quàm contractus &
ultima uoluntas, & quo ad fauores bene-
ficio assimiletur. c. cum dilectæ. extra de
donatio. in fin. Et in beneficijs concessio
simpliciter facta trahitur ad futura. c. quia
circa. extra de priuileg. Et appellatio om-
nium bonorũ, idem est quod appellatio
hæreditatis. l. nam quod. §. fin. cum l. seq.
ff. ad Trebell. Bart. in l. i. col. fin. de lega. i.
Et in donatione hæreditatis non est du-
bium uenire futura. Doct. in d. l. fin. C. de
pact. Et ultra uerba, ex pluribus clarè con
ijcio ita fuisse mentem disponentium. Pri
mo, quoniã hæc donatio concepta est per
9 uerbum infinitiuum, dum dicit, promit-
mittit relaxare, quod significat omne tem
pus. gl. Bar. Paul. Ang. & omnes in l. v. §.
stipulatio. ff. de uerb. obli. & uerbũ quod
potest propriè plura tempora significare,
de omni tẽpore intelligit. Aret. in l. cum
de lege. ff. de testa. Rom. consil. cccxxxiij.
cum in casu nostro militet semper eadẽ ra
tio donationis, quæ est multũ fauorabilis.
Confirmat̃, quoniã paulò pòst dicitur, fa
ciendo mentionẽ de bonis ubicunq; sita
sint: & uerbum, sint, reperitur in futuro
optatiui, & præsenti subiũctiui: unde ap-
paret semper ipsum donatorẽ perseuerasse
se in uerbis denotãtibus utrunq; tempus:
quinimò & in dubio talia uerba in futurũ
accipiuntur. Bar. in l. centurio. col. viij. de
uulg. & pupill. in l. solemus. & l. demon-
stratio. §. quod autẽ. ff. de cõd. & demon.
l. i. ff. de iur. cod. Et licet in d. l. solemus. ui
deatur cõstituere differentiam inter con-
tractus & ultimas uolũtates, tamen repre
henditur ibi per Imol. & Soci. Sed quod
magis est, in casu nostro necessariò intelli
gitur illud infinitiuum in futuro, quoniã
de præsenti erat facta mentio in dicta do-
natione, unde infinitiuũ non poterat am-
plius id cõprehendere, arg. eius quod di-
citur de clausula generali quæ subijcitur, 10
ut non comprehendat specificata. l. si ser-
uus seruum. §. inquit lex. ff. ad l. Aquiliã.
Decius in rubr. ff. de reg. iur. in prin. facit
quod uoluit Bart. in d. l. si ita. ubi dixit, di
spositionẽ factam per uerbum etiam præ 11
sens, trahi ad futura, quando illud uerbũ
præsens erat extensiuum, puta uerbũ, po
test. Sequitur in terminis nostris Curt. iu
nior consil. cix. num. 18. Quanto ergo ma
gis trahetur in casu nostro, ubi uerba ex
se tempus futurum cõprehendũt? Et per
illam doctrinam Bartol. etiam consuluit
Alex. consil. lix. uiso themate prædictis.
col. fin. uol. v. ut bona post quoddã laudũ
acquisita uenirent in laudo. Facit, quia
donatio est collata in casum quo decede-
ret sine liberis, & ita in tempus mortis, un
de secundum illud tempus est intelligen-
da: nam qualitas adiuncta uerbo, intelligi
tur secundũ tempus uerbi. d. l. in delictis.
§. si extraneus. ff. de noxal. cum simil. &
illa uerba, sine liberis, habent tractum suc 12
cessiuum. Dec. consil. ccclxxxiiij. in prin.
Nec obstat responsio Imolæ & aliorum
quam dant ad hanc regulam in d. l. stipu-
latio, de qua dixi in fundamẽtis partis ad-
uersæ, quia potest procedere in terminis
in quibus ipsi loquuntur, quando dona-
tio est facta per uerba de præsenti, puta,
dono. Sed in casu nostro est facta per uer-
ba significantia etiam futurum: & cum il-
lud infinitiuum determinet bona, sumus
propriè in doctrina Bar. in d. l. si ita. ut per
Alex. d. cõsil. lix. Nec dicat aliquis, quòd
illa promissio de relaxando, dum dicit,
promittit relaxare, sit nulla, iuxta not. per
gl. & latius Ias. in l. in bonæ fidei. ff. de eo
quod cert. loco. quia non disputamus de
hoc. Sed posito etiam quòd nõ ualeret, ta
men ex actu nullo declaratur uolũtas, & 13
nos inuestigamus uoluntatem disponen
tium. l. fin. cum simil. ff. de reb. dubijs.
Et hæc satis essent ad probandum, quòd
uenirent bona etiam futura. Tamen ad-
huc pro hac parte multum stringit, quòd
regula d. l. si ita. procedit ubi tractatur de

præiudicio cōcedentis, ut dixi suprà: sed hic de nullo præiudicio tractatur, considerandum siquidem est quòd hæc est donatio reciproca & remuneratoria: nam D. Baptista donauit quartam partem bonorum sorori, quia renunciauerat generaliter, & fecit fines generales, ut dicitur in instrumento, & conijcitur etiam, quoniam donatio & renunciatio fuerunt factæ unico contextu, iuxta notata per Socin. consil. cclxxiij. in pręsenti. col. iij. Vnde licet in donatione simplici tractetur de
14 onere & præiudicio, secus est in tali donatione uicissitudinaria, ut in specie per Roman. consilio xxvi. pro decisione. col. i. & gl. in l. licet. C. de pactis. Salic. in d. l. fin. C. quę res pig. oblig. poss. Facit etiã quod in simili dicitur de fideicōmisso, quod est onus, & tamen si sit reciprocum non reputatur onus. l. si pater puellæ. C. de inoffic. testam. Et ideo quando tractatur ita de cōmodo sicut de incōmodo, nō habet locum d. l. si ita. cum materia, ut per Bart. in d. l. si ita. col. i. in oppositione de l. si societatem. & Angel. qui ita limitat in d. l. si seruitus. Confirmant hoc ex notab. decisione Ang. consil. ccxcij. secundum ordinem meum, incip. in anno domini. col. penult. qui dixit, quòd licet promissio unius principis facta alij de non receptando bannitos seu rebelles suos, intelligatur de bannitis tempore cōuentionis, per d. l. si ita. tamen hoc non procedit ubi esset mutua & reciproca promissio de non recipiendo tales bannitos, quia tunc etiam futuri continerent. refert & sequitur Ias. in d. l. si pater puellę. col. ij. nec mirũ, cum reciproca concessio multa habeat specialia contra ius commune, ut latissimè per Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. & in d. l. si pater puellæ. Præterea si quis uelit diligentius scrutari, nonne poterimus dicere in casu nostro tractari magis de commodo donantis, quàm de incommodo? Nam soror renunciabat sibi id quod certò ei obueniebat, & nemo est qui nesciat cuius præiudicij sint hæ renunciationes generales, ut habetur in l. qui de certa. C.
15 de transactionib. & tamen frater donabat sub conditione non existentium liberorum, & ita incertum. l. i. cum ibi not. per Bart. & alios, maximè Alex. ultimo nostab. & Deci. num. 17. C. de pactis. Permutabatur ergo certum pro incerto, maximè cum eo tēpore frater liberos haberet: ideo dubitandum non est, quin senserit etiam de bonis futuris. Vltimo quum hi contractus fuerint facti eodem contextu, 16
scilicet eodem die, tempore, & eisdem testibus, unus contractus reputatur pars alterius, & ex uno sumitur declaratio ad alium. Socin. d. consilio cclxxiij. latissimè Decius consil. ccxlv. & consil. cccxxxvi. Cum igitur soror renunciauerit omnibus bonis, & omni iuri, etiam de futuro, idem existimandum est sensisse fratrem in sua donatione reciproca: & cum unus contractus tantũ reputetur, una pars contractus aliam declarat, arg. l. i. ff. de rebus dubijs. & ibi Socin.

Non obstant modò suprà in contrarium adducta, quibus, licet ex suprà dictis colligatur responsio, tamen magis in specie respondendo, dico nō obstare primo l. si ita. cum materia, quæ procedit etiam quòd dispositio sit concepta uerbis generalibus, quoniam nos sumus in limitatione regulæ illius l. & l. fin. quæ res pignor. quæ limitatur, nisi aliud cōprehensum sit, & nisi aliud appareat de mente disponentis. Sed suprà ostensum est, tam ex ui uerborum quàm ex mente, comprehendi bona etiã futura. Non obstat quòd pronomina, suum, tuum, sint passiua, & ad præsens tempus referantur: quia primo respondeo, hoc procedere in dubio: sed in casu nostro ex uerbis præcedentibus & sequentibus colligitur donatorem sensisse etiam de his quæ sua essent tempore mortis, ut suprà declaraui. fa. l. si seruus plurium. §. fin. de lega. i. Secundo dico, quòd illa pronomina non semper referuntur ad pręsens tempus, ut per Alex. & alios in d. l. serui electi. §. fin. de legat. i. Non obstat tertio, quòd si diceremus trahi hanc donationem ad futura, non ualeret, quia auferret facultatem testandi. d. l. fin. de pactis. quia hoc non procedit in casu isto in quo donatur tantum pars quarta bonorũ: imò sufficeret si quoddam modicum, respectu tamē patrimonij, sibi reseruaret, ut per Doct. in d. l. fin. de pactis. Secundo, quia fuit facta donatio bonorũ mobilium & immobilium, in qua nō includun

duntur iura & actiones, maximè cum adijcitur, ubicunq; sita sint. Iura & actiones nullo loco circunscribuntur. Ias. in d. l. stipulatio hoc modo. col. fi. ff. de uerb. obli. Purpur. in d. l. fin. de pact. col. pen. Quarto nō obstat cōmunis opinio Doct. quia multipliciter respondeo. Primo, quòd eorum conclusio procedit quando est facta donatio per uerbum de pręsenti, puta, dono bona &c. nō habētia tractū de futuro: hic uerò est facta per uerba futurū respicientia. Secundo, ex iuribus allegatis per dictos Doct. secundum quæ debet intelligi eorum conclusio, per doctrinam Bart. in l. nō solū. §. si liberationis uerba. ff. de liber. lega. Ias. in l. i. col. ij. ff. iurisd. om. iud.
18 colligitur quòd ipsi loquūtur in donatione generali, puta, quia donant omnia bona sunt in tali loco: ita enim loquit l. si ita. cum alijs per eos adductis, & tunc uerum est non uenire futura. Bartol. in d. l. si ita. Ang. in d. l. si seruitus. moderni Asten. in tract. de augmēto, in xv. conclus. Sed nos loquimur in donatione uniuersali omnium bonorum. Tertio, nos sumus in donatione reciproca, ipsi loquuntur in donatione simplici. Quarto, quia nō tractatur hic de præiudicio donātis, sed potius de eius cōmodo, ut suprà declaraui: & ex ibi dictis potes colligere alias solutiones. Vltimo non obstat quòd illa uerba, sita sint, &, spectantia & pertinentia, significent tempus præsens: nam hoc procedit quando per se stant: sed hic recipiunt declarationem ex alijs uerbis appositis in conuentione, quæ faciunt ut intelligantur, spectantium modò, & in futurū, maximè per illud uerbum, sint, quod conuenit etiam futuro, ut dixi suprà.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione ualet in iure.*
2 *Generalitas facit aliqua cōprehendi, quæ aliàs non fuissent comprehensa.*
3 *Vsufructu legato, si uerba quæ sequuntur conueniunt proprietati, censetur legata proprietas.*
4 *Verba, gaudere & utifrui, significant legatum usufructus.*
5 *Geminatio multa operatur.*
6 *Vsusfructus expreßio, nulla facta mentione proprietatis, ostendit legatum esse usufructus, & non proprietatis.*
7 *Repetitio fit aliquando ut cōfirmetur quod iam dictum erat.*
8 *Vna pars testamenti declaratur per aliam.*
9 *Clausula accessoria non ampliat nec alterat dispoſita in clausula principali.*
10 *Donatio erit inter uiuos, si mentio mortis fiat in clausula accessoria.*
11 *Verba quæ subijciūtur legato usufructus, si repugnent usufructui, censetur legata proprietas.*
12 *Vxor relicta domina & usufructuaria, habet tantū præeminentiam in domo, non tamen est proprietaria.*
13 *Correctio & contrarietas euitanda est in qualibet materia.*
14 *Generalitas restringitur ex subiecta materia.*
15 *Legatum eorum quæ sunt in domo, quantumcunq; generalißimū, tantum restringitur ad ea quæ domi sunt.*
16 *Proprietario, & non usufructuario, competit ius inuestiendi uasallum.*
17 *Emphyteota si non soluat canonem, uel alio modo cadat à iure emphyteusis, commissum acquiritur proprietario.*
18 *Præsentatio in iure patronatus competit proprietario, & non usufructuario.*
19 *Vasallus non petens inuestituram intra tempus constitutum, ad hoc ut priuetur feudo, requiritur quòd dolose & per negligentiam id omiserit.*
20 *Ignorantia est improbabilis non modò in successore singulari, sed etiam uniuersali.*
21 *Vasallus excusatur, si non petijt inuestituram pendente lite cui debeat spectare directum dominium feudi.*
22 *Diuersa sunt, quòd quis aliquid non fecerit, uel fecerit, sed minus legitimè.*
23 *Vasallus qui non petijt inuestituram ex iusta causa, saltem debet restitui.*

Consilium VI.

DEO opt. max. autore. Viso testamento magnifici uiri domini Ioannis de Chinge, & diligenter iterum atq; iterum consideratis uerbis testamenti, præsertim legati proprietatis loci & castri de Torpes, facti Simoni de Saulx, & legati usufructus eiusdem castri facti domicellæ Claudiæ de Vuillaffans, uidetur prima facie dictam domicellam non modò relictam usufructuariam dicti castri de Torpes, sed etiam proprietariam, eius uita durante. Et primo ex uerbis legati proprietatis, dum ibi testator legat proprietatē dicti castri Simoni de Saulx pro ea utenda & fruenda post obitum & mortem eius domicellę, & post

usumfructum finitū,in modum proprie=
tatis &ususfructus,&sic legatū proprieta
tis simul cum usufructu, censetur legatū
post mortem dictæ Claudiæ: unde ipsa,
eius uita durante,erit proprietaria. Cum
enim ad alterum ipsorū proprietas in ui=
ta pertinere deberet, exclusio unius est in
clusio alterius.l.cum prætor. ff.de iudi.l.
maritus. C.de procurat. bonus text.in l.
tribunus.§.fin.ff.de testam.milit.per quę
iura decidunt Doct.diuersas huiusmodi
1 quæst. ut per eos ibi. Similiter à sufficiēti
partium enumeratione, si ad Simonē nō
pertinet proprietas in uita Claudiæ,ergo
in uita competit dictæ Claudiæ. & bonū
est tale argumentū,ita ut nunquā fallat,si
partes bene enumerent̄. Ias.in l.patre fu=
rioso.primo notab.per illum tex.ff.de his
qui sunt sui uel alie.iur. latius Brunus cō
sil.xij.col.xxiij. Secūdo clarius hoc col=
ligitur ex legato ususfructus,quod est am
plissimis & generalib. uerbis cōceptum:
2 nam talis generalitas facit aliqua compre
hendi quæ aliàs non fuissent comprehen
sa.l.si ex plurib.§.i.ff.de solut. & ibi Bart.
& idem Bart in l.pluribus. ff.de acceptil.
Vnde dicit Angel. de Aret.in §.item per
acceptilationē. Instit.quib.mod.toll. ob=
lig.cauendum esse ab istis generalibus li=
berationib. seu renunciationibus, & ad=
uertendum quomodo uerba concipiant̄.
Et ꝗuis ibi dicatur, quòd legat Claudiæ
uxori usumfructum dicti castri, ut eo uta
tur & gaudere possit per modū ususfru=
ctus,& ita tantum uidetur ususfructus le
gatus:tamen subijcit, ut possit dictum ca
strum tenere & possidere in omni ac tota
autoritate ac iustitia & præeminētia,pro
ut ego ipse teneo, nihil reseruando quo=
cunq; modo fieri possit.In quibus uerbis
omne ius quicquid ipse habebat,uidetur
contulisse in Claudiam uxorem, per no=
tata per Dd.in l.i.ff.de lega.i.quādo quis
constituitur in loco alterius in omnib. &
per omnia.Præterea illa uerba,autoritas,
præeminentia, & iustitia,denotant quali
tates magis conuenientes proprietario ꝙ
3 usufructuario.Vnde sequitur illa cōmu=
nis conclusio Doct.quòd etsi testator ex=
presse leget usumfructū alicui,si tamē uer
ba quæ sequunt̄ non conueniunt usufru
ctui,sed proprietati,censetur quoq; lega=
ta proprietas.l.Proculus.ff.de usufru.Et
ibi Bart.& Bald. subdit, quòd si testator
post legatū ususfructus subiecit,ita ut nō
possit legatarius alienare uel uēdere fun=
dum,dicitur legata quoq; proprietas. se=
quitur prædictam cōclusionē Raph.Co=
mēn.cōsil.cxx.ser Petrus.& Barbat.con=
sil.lxiiij. clementissimi dei. penult.& ult.
col.ij.uol.Curtius iunior cōsil.xiiij.ut ue
ritas. col.i. Confirmatur, quia dum uult
uxorem tenere illa castra eo penitus mo=
do,nihil reseruato,quo ipse testator ea te=
nebat,in hoc uidetur includi potestas alie
nandi,quā ipse testator habebat;ideo mi=
litat dictum Baldi in d.l.Proculus. His ra
tionibus nō obstantibus,intrepidè teneo
dictam domicellam esse tantum usufru=
ctuariam,tam ex expressa quàm ex tacita
mente testatoris;& hoc habetur manife=
stè in legato ususfructus sibi facto, dum
ibi dicitur,Ego dono & lego illi usumfru
ctum mearū terrarū,ut utatur & gaudeat
per modum ususfructus, uita eius natu=
rali comite & durante. Vnde in uerbis
tam claris non est opus coniecturis.l.con
tinuus.§.cū ita.ff.de uerb.oblig.Et à uer=
bis testatoris in dubio & regulariter non
est recedendum.l.non aliter. ff. de leg.iij.
Et magis deprehenditur uoluntas præci
sa ipsius testatoris, uolentis eam tantū u=
sumfructum habere,dum nō fuit conten
tus relinquere usumfructum,sed repetijt
adhuc illa uerba,Vt gaudere possit &uti 4
frui &c.&illud uerbum Gaudere,uel uti
frui, pertinet ad usumfruct. Alex. consil.
ccxxiiij. vi.uol. & illa uerba, uti frui, sunt
de diffinitione ususfructus, qui est ius u=
tendi fruendi &c.ut per Socin. consil.iij.
uol.iiij. Nam ex tali repetitione & gemi=
natione maximè arguitur & cognoscitur
uoluntas testatoris.l.balista.ubi not.Bar.
illum tex.ff.ad Trebell. Multū enim ge=
minatio operatur,& plures sunt eius effe
ctus,ut per Soci.cōsil.xv.col.viij.uers.ter
tius uerò tractatus. & Feli. in c.si cautio.
col.x.uers.fallit ultimo. extra de fid.instr.
Hęc tanto magis seruiunt in casu nostro,
ubi testator non modo in ipso legato se=
mel atq; iterum clarius expressit se legare
usumfructū,sed & ante & post dictum le
gatū ususfructus illius castri de Torpes
factum uxori,quoties facit de eo mentio=
nem,

nem, semper appellat ipsum legatũ ususfructus, ut apparet in legato proprietatis eiusdem castri facto Simoni, ibi, Comprehenso legato ususfructus, quod intelligo postea facere amãtissimæ uxori meæ &c. Et paulò post legatũ ususfructus subdit, Mediãte quo legato ususfructus. Item statim post legatum tapetium & argenti factum eidem domicellę, subijcitur, scilicet quòd ipsa domicella accipiat dictum legatum ultra usumfructum. Cum mysterio itaq; & seriose toties expressit de usufructu, ideo non intellexit de proprietate, ut per Socin. d. consil. iij. fa. gl. not. in Clem. i. in uerb. diœcesi. de iure patr. uolens illam Clementinam habere locum tantum in diœcesanis, & nõ in ordinarijs: quia pluries erat repetitum de diœcesanis: & per eam dicũt Doct. quòd quoties unum uerbum est geminatũ, nõ fit extensio ad aliũ casum quàm ad nominatũ, licet de sui natura materia esset aliàs proportionabilis. sequitur Dominic. in c. duob. super gl. in uerbo, putauerit. de rescript. in vi. & ibi Francus, & Ias. in l. si constante. col. xiiij. uers. quarto limita. ff. sol. matr. Expressio
6 ergo ususfructus, nulla penitus mentione facta proprietatis, ostendit legatũ esse ususfructus & non proprietatis. Bar. in l. fundi. ff. de usufr. lega. sicut quãdo nulla mentio fit ususfructus, censet̃ legata proprietas. Socin. consil. x. col. ij. incip. quis. Facit, quòd quãdo testator intendebat legare non modò usumfructũ, sed proprietatem, hoc expressit, ut in legato domicellæ Bonnæ de Merigni nepti suæ, in quo sibi legat proprietatẽ & usumfructũ suæ terræ & castri de Henrey. Ad hæc posito & non concesso quòd uerba legati essent dubia, & possent sonare in usumfructũ & proprietatem, ex actis tam iudicialibus quàm extraiudicialib. ipsa domicella se usufructuariam tantum declarauit, ut ex scripturis productis per dominũ de Longvy liquere potest: unde nulla amplius remanet dubitatio. Et hæc pars magis clarè demonstrabitur ex responsionibus dandis ad contraria. Et primo nõ obstat quòd legatum proprietatis sit factum dicto Simoni post mortem dictæ Claudiæ: quia si aduertatur ad uerba substantialia legati, legatum est simplex: & licet postea in uers. ut post obitum. dicat ut possit gaudere in proprietate & usufructu, illa clausula spectat tantum ad usumfructũ, nec facit mentionẽ de proprietate, ut eum referat post mortem Claudiæ, sed repetit confirman- 7
do quod suprà dixerat de proprietate, ut in simili uult gl. in l. si fullo. in uerb. ego. ff. de cõd. sine caus. Vel repetit de proprietate ut addat de usufructu, ut per gl. in l. i. ff. pro suo. & tunc talis repetitio non curatur, nec attẽditur, nec disponit. Ideo licet ratio non debeat esse similis dicto, l. fin. ff. de offic. procur. Cæsa. quo fit ut testis qui reddendo rationẽ quomodo sciat, respõdet, scio quia scio, non probet: tamen si dicat, scio quia scio, quia uidi, talis responsio ualet: nam illa repetitio, quia scio, est facta ut addatur. Debent itaq; referri singula singulis, ut sensus sit, ut possit gaudere in proprietate ut sibi legata, & in usufructu, qui scilicet extinguetur post mortẽ Claudiæ, & consolidabit̃ cum proprietate. §. finitur. Instit. de usufr. Præterea cum luce clarius suprà sit demonstratũ ex alijs clausulis testamenti, dictam domicellam in uita esse tantum usufructuariam, nõ est admittenda in legato proprietatis hæc interpretatio, ut Simoni censeatur relicta proprietas post mortẽ Claudiæ: siquidẽ una pars testamenti aliam obscuram declarat. 8
Bart. in l. qui filiabus. ff. de legat. i. & hoc est generale, ut uerba obscura posita in uno capite, declarentur per dicta in sequentibus capitib. l. utrum. ubi Bar. ff. de petit. hæred. idem Bar. in l. i. ff. de reb. dub. Nõ obstat secũdo, quòd licet uideatur prima facie legatus ususfructus, tamẽ subijciuntur postea uerba quæ cõueniunt proprietati, unde succedit tex. cum sua materia in l. Proculus. ff. de usufruc. Nam ad hoc in quo uis tota cõsistere uidetur, multifariã respondeo. Primo, quòd illud procedit quando in principali & substantiali clausula legati huiusmodi uerba apponunt̃: secus quãdo in clausula executiua & accessoria. Nam hoc est cõmuniter receptum, quòd uerba clausulæ accessoriæ nõ alte- 9
rant nec ampliant disposita in clausula principali. Clem. i. in fin. de præbend. Panor. in c. cum nostris. col. pen. ad fin. extra de concessione præbend. sed solũ in primo suo intellectu cõfirmant. Ant. de But.

consil.xxix.uisis puncto &quæsito.&Socin.d.cons.x.col.iij.qui dicit,clausulã appositam ad modificandũ,nõ alterare principalẽ dispositionẽ. Ideo si simpliciter sit facta donatio,licet in clausulis accessorijs fiat mẽtio mortis,quo casu propter talem 10 mentionẽ deberet esse donatio causa mortis,iuxta notata per Bart.&alios in l.quæ dotis.ff.solut.matr.tamen iudicabitur donatio inter uiuos,ut per Alex.in d.l.quæ dotis.vij.limit. Soci.cons.liij.in præsenti.col.ij.Deci.latius cons.cccv.iuridicũ.col.fin.Sed in substantiali clausula legati facti domicellæ absolutè fit mentio de usufructu, sine alia adiectione uerborũ, igit' nõ alterabit tale legatum clausula accessoria quę postea sequit', Vt possit tenere &possidere &c. Nec quicq̃ facit si replicaueris, prædictam Clemen.i.procedere quando clausula accessoria potest cõuenire dispositis in clausula principali, secus quando non conuenit,quia tunc alterat & immutat,ut per Decium consil.ij.in fin. Sed hic uerba posita in clausula accessoria conueniunt proprietario,& sic repugnant legato usufructus,quod dicitur factũ in clausula substantiali,igitur &c.Istud euacuabo in sequenti responsione. Secundo respondeo,text.in d.l.Proculus.eum mate- 11 ria procedere, quando uerba quæ subijciuntur repugnãt usufructui, ut per Curtium d.consil.xiiij.Signor.consil.clxxvij.in quæstione,col.i.Exemplũ in decisione Baldi: si testator legauit usumfructũ fundi, deinde abstulit potestatem alienandi, præsupponit per istam ademptionẽ,potestatem alienandi esse apud legatariũ,quia priuatio præsupponit habitum.l.decem.ff.de uerb.oblig.quæ non potuisset esse si legatus esset tantum usufructus:nam usufructuarius facultatem non habet alienandi proprietatem.Igitur uidetur fuisse de mente testatoris,legare proprietatem.& ita declarat Socin.consil.cxxxi.in præsenti.col.fin.Sed in dicto testamento uerba quæ ponuntur post legatum usufructus in uersic.ut possit tenere & possidere,nõ repugnant usufructuario:quia potest quis esse usufructuarius,& in loco ex quo percipit usumfructum habere illam præeminentiam quam testator habebat, &autoritatẽ & iustitiã,cum in hac patria, ubi potest relinqui usufructus in feudis, cõpetat usufructuarijs iustitia,id est,usus iurisdictionis.Et istud per aliud simile demonstrat' in materia,in fortioribus terminis. Si enim testator relinquat uxorẽ suã 12 dominã & usufructuariam alio hærede instituto,q̃uis per uerbum,dñam,uideretur relicta proprietaria, tamen quia non est uerisimile alio hȩrede instituto uoluisse ei legare proprietatẽ, uerbum illud,dominam, interpretat' ut ex eo habeat autoritatem & præeminentiã in domo. Bart.in Auth.hoc locum.col.iiij.C.si secundo nups.mulier.& in l.Titia.§.fi.col.ij.ff.de leg.ij.Signor.d.consil.clxxvij.col.ij. Deci.consil.cclxxviij.non leuis.col.iij.Si igitur ibi uerbum,dña,nõ importat proprietatem, sed exponitur pro præeminẽtia & autoritate, tanto minus hic, ubi in specie fit mentio de præeminentia & autoritate, præsertim quòd expresse proprietas dictorum castrorũ est alteri,scilicet Simoni legata. Et quòd nullo modo uerba illius uersiculi, Vt possit tenere & possidere. possint intelligi de proprietate, apparet ex uerbis testatoris paulò antè præcedentibus, ut habeat in dictis castris & terris totum ius quod ego possum habere, ut eo possit gaudere uti & frui per modum usufructus. quibus uerbis uult testator uxorem suam uti & frui illis dominijs & castris per modum usufructus. Non est ergo præsumendũ quòd per uersiculum immediatè sequentem, se incõtinenti correxerit,&intellexerit de proprietate dictorum dominiorũ,ut uult gl.cõmuniter approbata in l.nam ad ea. ff. de cond.& demonst.Item cum euitanda sit correctio et 13 contrarietas in qualibet materia concordando &distinguendo,Bar.in l.i.§.&parui.ff.quod ui aut clàm. Alex. consil.cxli.uiso testamento. col.iij. uol.ij. Deci.consil.cclxxviij.col.ij.erit dicendũ quòd uersic. ut possit tenere. loquitur de autoritate & de præeminentia quoad honorem, & quo ad perceptionem usufructus, ut dictũ erat in præcedenti uers.non de proprietate.Non obstat quòd legatũ factũ d.Claudiæ sit generalib.uerbis cõceptũ, & uerba generaliter prolata generaliter debere intelligi,l.i.§.&generaliter.ff.de leg.præstan. ita ut ratione generalitatis mul=

ta com=

ta comprehendantur, quæ aliàs non comprehenderentur: nam istud limitatur, nisi aliud de mente proferentis appareat: & apparere uidetur per expressionem certæ rei uel causæ, ut per Bart. & cõmuniter Doct. in l. si de certa. C. de transactio. qui propterea dicunt transactionem quantumuis clausulis amplissimis factam restringi ad causam expressam, modò uerba quæ subijciunt generalia possint conuenire causæ expressæ. Et idem in renunciatione generalissima consuluit Angel. consil. lij. dominus Gilius, quod refert & confirmat Aret. in l. Paulus. ff. de acquir. hæred. & Curtius iunior consil. ci. habita. col. i. Et idem in liberatione & acceptilatione dicit Angel. in d. §. item per acceptilationem. Instit. quibus modis tollitur oblig. Sed in casu nostro fuit expressa causa usus fructus, ut suprà latius dixi: igitur illa uerba, ut possit tenere, nihil reseruato, qualicunque modo sit, restringuntur ad causam expressam, scilicet ususfru-

15 ctus. Facit in simili, quòd si quis legauerit uxori suæ omnia uestimenta, pannamenta lanea, linea, & aliam supellectilem domus, totum hoc legatum licet generalissimum & uerbis latissimis factum, restringetur in omni sui parte ad ea quæ domi erunt, propter illud uerbum, domus. Decius consil. xcij. uiso puncto. & faciunt etiam not. per Oldradum consil. viij. quidam paterfamiliâs. Ex his luce clarius apparet, dictam domicellam Claudiam esse usufructuariam, & Simonem proprietarium. Et ideo non competit aliquod ius agendi domicellę aduersus dominum de Longvy, ad commissum castri & dominij de Germegne, tanquam sine eius permissione uel inuestitura dictus dominus de Longvy acceperit possessionem dicti do-

16 minij de Germegne: quoniam ius inuestiendi & concedendi talem apprehensionem competit proprietario, & non usufructuario. Et ideo si in castro quis habeat proprietatem, & alius usumfructũ, & feudum committatur, commissum acquiritur proprietario, ut pluribus rationibus concludit Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua. uersic. xciij. Alberi. de Ros. in rub. C. de usufru. Oldrad. in terminis consil. ccxl. super eo quo quęritur. & Guido Papæ quęst. cccclxxvij. Et idem est secundum eosdem si in re emphyteotica habet unus proprietatem, alius usumfructum: nam si propter

non solutionem canonis, uel propter alienationem sine consensu domini, emphyteota cadat à iure suo, commissum acquiritur proprietario. sequitur Iason in l. iij. C. de iure emphyt. v. quæst. Verum est quòd emolumentum percipiendum ex re cõmissa spectabit usufructuario, ut ibi per eos. Idem si maritus relinquat uxorẽ usufructuariam hæreditatis in qua sit ius 17

patronatus, ius præsentandi spectabit ad hæredem, non ad mulierem usufructuariam. ita tenet Ant. de But. Imol. & Panormitanus in c. final. extra de concess. præbend. Felin. in c. cum olim. col. ij. extra de maior. & obed. Pichus in repet. l. Titia. §. Titia cum nuberet. ff. de legat. ij. xxxix. quæst. hæc enim iura magis sapiunt proprietatem quàm usumfructum, ut optimè probat Oldrad. d. consil. ccxl. Vltimo posito & non concesso quòd inuestitura fuisset petenda ab ipsa domicella, adhuc dico dictum dominũ de Longvy non esse in casu ut possit priuari feudo. Nam ad 18

hoc ut uasallus non petens inuestituram 19 intra tempus cõstitutum, uel ab eo à quo debet petere, priuetur feudo, requiritur quòd dolose & per negligentiam id omiserit. c. fin. de prohib. feud. alien. per Fed. Dolus autem abesse uidetur, quando subest iusta causa non petendi, ut ibi habetur, & per Decium consil. cxliiij. col. iij. & dixit Cardin. in c. i. quo tempore miles. per illum text. quòd quomodocunq; uasallus habeat iustam excusationem quòd non petierit inuestituram, non priuatur feudo. Sequitur Socinus consil. lxvi. uisa donat. col. penult. iij. uol. Quinimò cum hic tractetur de pœna priuationis, causa etiam iniusta excusat à pœna. gl. magna in fin. in l. i. ff. si quis ius dicenti non obtemp. & gl. in l. satis. ff. de in ius uocando. Socinus in proposito nostro in d. consil. lxvi. col. vij. Sed plures habuit causas dominus de Longvy, quæ ipsum excusant. Prima est, quia ipse emit dictum castrum de Germegne ab hæredibus dicti Ioannis, qui sibi dixerunt tale castrum esse de feudo domini de Torpes, & remiserunt

eum ad dictum Simonem & Alexandrũ. Quòd autem ius aliquod in dicto castro competeret dictæ domicellæ, hoc præsumitur ignorasse, cum sit in facto alterius, in quo est probabilis ignorantia non modò in successore singulari, ut est dominus de Longvy, sed etiam in successore uniuersali. l. qui in alterius. ff. de regul. iur. & scientia est probanda ab aduersario. Vnde dixit Baldus in c. i. §. si uasallus. §. fin. si de feudo fuer. contro. quòd dominus uolens reuocare fundum emphyteoticum ab hærede qui uendidit eo non requisito, debet probare quòd scienter uendidit, sciens esse fundum emphyteoticum. Sequitur Decius in d. l. qui in alterius. qui enim hæres non est, uel etiam si sit hæres nondum tamen adiuit hæreditatem, præsumitur ignorare disposita in testamento. doctrina Bart. in l. eius. in quinto notab. in ultima particula. ff. si cert. pet. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obligat. col. iiij. Ideo scientia est probanda: tunc succedit quòd ignorantia est iusta causa excusandi uasallum qui inuestituram ut debuit non petijt, ut per glos. in d. c. i. quo tempore miles. ubi Iacob. de Beluis. & Bald. & latius comprobat Petrus de Anchar. consil. clxxiiij. dominus Lazarus. col. final. Secundo, quamuis dominus de Longvy habuisset notitiam eorum quæ continebantur in testamento, iure merito debuit petere inuestituram seu permissionem accipiendi possessionem à dicto Simone uel Alexandro, quia ex uerbis testamenti claris & expressis cõstabat Simonem esse proprietariũ castri de Germegne, & domicellam usufructuariam. An autem etiam dicta domicella esset proprietaria, uerba erant multum ambigua, ut apparet ex his quæ latè suprà discussi. Ergo debuit sequi claram defuncti uoluntatem, nõ ambiguam & incertam, argumento notatorum per Bartolum in l. in ambiguo. ff. de rebus dub. & per Deciũ in l. in ambiguis. & in l. quoties idem sermo. ff. de regul. iuris. Nam quando una pars testamenti est clara, alia uerò ambigua, illa quæ est clara attenditur, adeò quòd ambigua capit ab ea declarationem. Bartolus in l. qui filiabus. ff. de lega. primo, ubi Iason multa cumulat, & in l. si seruus plurium. §. fin. eod. tit. Curtius iunior consilio cxiij. pro resolutione. col. iiij. Fuit igitur hæc iusta causa excusationis ut non petierit à dicta domicella. Tertio, illud feudum de Germegne erat litigiosum, quia princeps superior contendebat & prætendebat in eo ius habere, unde pendente hoc dubio debet excusari dictus dñs de Longvy, præsertim quòd eo 21
tempore à curia petijt ut liceret sibi adipisci possessionem dicti castri, quæ petitio sola sufficit ad eum excusandum. Guido Papæ quęst. clxvij. Vltimo quo ad tollendam præsumptionẽ fraudis uel doli, multum diuersa sunt quòd quis aliquid non 22
fecerit, uel fecerit, sed minus legitimè, ut uidere est in hærede grauato per fideicõmissum, qui si non faciat inuentariũ, priuatur cõmodo Trebellianicæ, quia dolo præsumitur id non fecisse. Si uerò faciat, licet aliquas res omiserit quas in inuentario non posuerit, præsumptio est pro eo, ut plures res non fuerint in hæreditate, et qui uult dicere contrarium, probare tenetur, secundum cõmunem opinionẽ Doctorum in l. fin. §. licentiam. C. de iure delib. ubi Alex. & Ias. Rom. consil. cclxxvi. uisis dubijs. col. fin. Deci. consil. dcxxxiij. incip. consului. col. penult. Cum itaque dominus de Longvy petierit licentiam ingrediendi possessionem, posito quòd hoc petere debuisset à prædicta domicella, quod tamen negatur, debet tamen excusari à dolo & negligentia: & in omnem casum si in cõmissum cecidisset dictum castrum, ex dictis tamen causis, maximè ex capite ignorantię, competeret domino de 23
Longvy restitutio in integrum, ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa uidebitur, ut in emphyteota uult gl. & Doct. in l. ij. C. de iure emphy. Decius in d. l. qui in alterius. in prin. & in feudatario Bertrandus consil. cvij. uol. ij.

Bellonus. Dolæ.

1 *Vsufructuarius omnium bonorum, nõ tenetur ad æs alienum nec ad legata.*

2 *Vsufructuarius omnium bonorũ potest alienare proprietates, quando debita seu legata absorbent ferè totum usumfructum.*

3 *Bonorum appellatione uenit tam proprietas quàm fructus.*

4 *Argumentũ à minori ad maius quomodo procedat.*

Vxor

5 Vxor instituta hæres in usufructu, nullo dato cohærede, censetur quoq; instituta in proprietate.

6 Legata annua debent solui de usufructu tantum.

7 Clausula in fine posita, refertur ad omnia præcedentia.

8 Testator in dubio uidetur se conformare cum dispositione iuris cōmunis.

9 Testatoris uerba sunt ita intelligenda, ne uideatur sibi cōtrarius.

10 Testator in dubio uidetur minus grauare hæredē quàm sit possibile.

11 Vsufructuarius grauatus à testatore ferre æs alienū, intelligitur ut soluat procuratorio nomine proprietarij.

12 Superfluum nihil debet existimari in qualibet materia.

13 Verba debent intelligi ut aliquid operentur: quod multis modis ibi limitatur.

14 Verba superflua tolerantur ad tollendam dubitationem.

Consilium VII.

DEO opt. max. autore. Desiderassem uehementer contigisse mihi præsentē casum consulendum eo tempore, quo magis fuissem ociosus: copiosius enim respondissem. Sed cum nūc angustia temporis propter mearū lectionū quotidianū onus premar, rem perstringam, non omittendo tamen aliquid quod tangat aut pertineat ad substantiam negocij. Proponitur in facto, Dn. Claudiū de Vauldroy in suo ultimo testamento plurima legasse uxori suæ dominæ Mariæ de Chalam, & inter cætera usumfructum omniū & singulorū bonorum in uita eius tantum, in quibus omnib. instituit eam hæredem uniuersalem solam & in totum, & post mortē ipsius substituit & instituit suos heredes uniuersales solos & in totū quosdam suos nepotes, prout latius in dicto testamento continet. Nunc uerò cum adsint maxima debita & legata, dubitatur cui spectet onus soluendi prædicta. Et nepotes dicūt pertinere ad dictam Mariam, cum usumfructum omniū bonorū habeat, & nihil ipsis supersit de quo possint satisfacere: pro quibus quo ad æs alienum, uidet̄ præcisa decisio Bart. in l. fi. ff. de usufr. leg. in fi. & dictū Sali. per illū tex. in l. fin. §. sin autem æs alienū. C. de bonis quæ libe. qui concludūt, onus æris alieni spectare usufructuario. Quibus tamē nō obstantib. & de iure cōmuni & ex uoluntate testatoris demōstrabo contrariū, Pro quo adduco firmam conclusionē, usufructuarium omniū bonorū nō teneri ad æs 1 alienū nec ad legata de solo usufructu, sed æs alienū esse deducendū de rebus hæreditarijs omnibus, ut est casus in l. usufructu bonorū, ff. ad l. falcid. ubi Alex. & in d. l. fin. §. sin autem æs alienū, ut ibi inducit Paul. de Cast. & idem in cons. ccclxxxvij. in causa quæ uertit̄ Bononię, in antiquis. & hanc partē plurib. fundamentis & rationibus cōprobat Barbat. consil. lxiij. illud referā, per tot. qui asserit hāc esse cōmunē opinionem, reprobato Bar. & Salic. in locis s̄ dictis, post Paul. de Cast. d. cons. ccclxxxvij. Idē uult Soci. consil. cxxxi. in præsenti consultatione, col. antepen. & cōmunem cōtra Bar. attestat̄ Dec. cons. dxxxvi. col. pen. uers. septimo obijcit̄. & uerā resolutionē dicit consil. cccclxxxvi. in fi. & latius cōsil. dxc. ubi multa cumulat, & uult ab hac opinione in iudicando nō esse recedendū. Sequit̄ Bertran. consil. iij. & plenè cons. clxij. iij. uol. Gonzad. cons. xciij. an illustriss. col. v. uers. aggredior aliud dubium. Confirmo alia ratione: nam in suo testamēto dn̄s Claudius fecit plura & magna legata, præterea adsunt plura & maiora debita, ingensq; æs alienū, quæ omnia absorbent & extenuant multū usumfructū, ita quòd si deberet̄ ista solui de usufructu, differret̄ cōmodū usufructus, & interim posset reddi elusoriū legatū. Unde tali casu permissū est ut satisfiat creditorib. 2 & legatarijs ex proprietatib. ut per Alex. in d. l. usufruct. bo. Practic. Papień. in forma libelli quo uxor agit ad dotē, in uerb. dedit & legauit usumfructū. Paul. de Castro, Barba. Gonzad. in dictis consilijs, et Bertran. in d. cōsil. clxij. Practica itaq; erit quòd æs alienū detrahat̄ de omnib. bonis secundū tex. in d. l. usufructu. id est, ut primo satisfiat de pecunia, si est in hæreditate: si minus, uendant̄ bona mobilia, quę si nō sufficiāt, deueniat̄ ad bona immobilia, ita quòd in bonis alienatis usufructuarius carebit usufructu, proprietarius proprietate: nō autē uel de proprietate tantū, uel de usufructu tantū solui debet. ita docet Paul. de Cast. in d. §. sin aūt. & d. consil. ccclxxxvij. & Dd. omnes in locis & cōsilijs s̄ allegatis, & Paul. Pichus in l. Titia. §. Titia cum nuberet, ff. de lega. ij. q. lix. Secundo

principaliter probatur prædicta cõclusio ex uolũtate testatoris, ex cuius uerbis manifestè apparet, eum uoluisse solui legata non modò de usufructu, sed de proprietate, ut in multis partibus testamẽti colligitur. Primo in legato quingentorũ francicorum facto pro extruendo eius tumulo, ubi habetur, Ego uolo & pręcipio & mando solui dictos quingentos francicos ex bonis meis per uxorem meam mihi dilectam & amicissimam. Similiter in legato duorum mille francicorũ facto fratribus minoribus, ex denarijs & pecunijs prouenientibus ex bonis meis, per uxorẽ meam uolo solutionẽ fieri. Et optimè etiã idem constat ubi cõstituit executores ipsam dominam Claudiam & alios, & postea subijcit: In manib. eorum relinquo omnia bona mea, ut curent executioni demandandum hoc præsens meũ testamentũ. Et nõ
3 est dubiũ quòd bonorũ appellatione omnia cõprehendunt tam proprietas quàm fructus. d.l. usufructu. ibi, ex rebus omnib. & ita in terminis nostris ponderat Barba. d.consil. lxiij. col. iij. & uers. & posito, non tamen cõcesso. Facit, quòd quãdo uoluit aliquid solui de fructib. & reditibus, hoc expressit, ut in legato facto de xx. francis capellano unius Capellæ institutæ in ecclesia de Maral, ibi: Soluãtur ex reditu prouenięte ex dñio meo de Maral. In hac ergo expressione ostendit, in alijs locis intellexisse tam de proprietate quàm de reditib. quãdo fructus nõ sufficerẽt. Præterea & legata & debita sunt præsentia, & non est dubium quòd fructus præsentes nõ satis fuissent ad eorũ solutionẽ, igitur necessariò intellexit testator ut etiã de proprietatibus satisfieret. Ultimo confirmo prædicta reali & inconuicibili fundamento, ar-
4 guendo à minore ad maius, quod argumentũ nunquam fallit, secundũ Sali. in l. i. C. de iur. emph. Nam si id de quo minus uidetur inesse, inest, ergo & id de quo magis. Auth. multò magis. C. de sacr. san. eccles. ubi Bal. c. inter corporalia. de trãslat. prælat. ubi Butrius. Cum itaque quæ hactenus dicta sunt recipiantur cõmuniter, & procedant quando mulier est relicta usufructuaria omniũ bonorũ, alio instituto, in eius uita, quo casu est tantũ usufructuaria: tanto magis locũ habebũt in casu nostro, in quo dña Maria fuit instituta hęres solùm & in totũ in usufructu, alijs institutis & substitutis post mortẽ suã: quo casu cõmunis est sententia Doct. intelligi eam 5
etiam esse institutã in proprietate, & censeri grauatam restituere hæreditatẽ per fideicõmissum post mortẽ substitutis, etiã quòd essent substituti per uerba directa. Bal. in l. miles ita. in prin. ff. de milit. testa. & in l. id quod pauperib. in xiiij. q. C. de episc. & cler. Salic. in l. extraneũ. in fin. C. de hæred. instit. ubi etiã Ias. col. fin. Alex. consil. iiij. uol. vij. & plenè consil. clxij. circa primum. col. ij. uol. ij. Decius consil. cclxxviij. col. ij. Bertran. consil. cccxiiij. uol. iij. Zabarella consil. xci. uers. ad tertium. Poterit ergo pro satisfactione æris alieni alienare de proprietatibus, ut in specie decidit Ant. Rub. consil. clxiij. col. fin.

Nunc canendo receptui, resolutio est dictam Mariam soluere posse æs alienum de proprietate, si reditus non sufficiant, excipiendo tamen legata annua, quia illa 6
debent solui de usufructu tantum. l. cum non solum. §. sin autem æs alienum. C. de bon. quæ lib. Bertrand. consil. cxci. in fin. iij. uol. Ias. in l. i. in ij. lectura, col. iij. ff. ad Trebell. Solùm nunc superest de medio tollere unũ, quod uidetur suadere ut ipsa Maria teneatur de usufructu soluere æs alienum. Nam testator post omnes institutiones & substitutiones prohibet, ne hęredes substituti impediant aliquo modo dictam Mariam: & casu quo eam impedirent, inquit testator, in quorum locum instituo & substituo dictam uxorem meam mihi hæredem, quæ tenebitur ferre & sustinere debita mea, legata & eleemosynas, & adimplere hoc meum testamentum secundum sui formam & tenorem. Ad hoc considerabam, an posset dici clausulam istam referri ad proxima, cum immediatè ex his dependeat, ita ut sit Maria grauata à testatore in casum quo fieret hæres, & succederet alicui ex substitutis eam impedienti: sed hęc interpretatio esset absurda, tum quia cõmunis est opinio Doct. clausulam in fine positã referri ad omnia præ- 7
cedentia. Bart. & Doct. in l. si idem. §. fin. ff. de iurisdict. om. iud. & in l. talis scriptura. §. fin. ff. de lega. i. Ias. in l. i. C. de lib. præter. tum quia uerba repugnant, quæ respiciunt

ciunt totum testamentum & omnia præcedentia, ut ex illis uerbis apparet, Facere & complere omnia contenta in hoc meo præsenti testamento. & secundum hunc intellectum teneretur uxor tantum exequi testamentum in casum quo fieret hæres impediti, quod nullatenus est dicendum, & est cõtra uoluntatẽ testatoris, qui constituit dictam Mariam & alios executores testamenti amplissimis uerbis. Propterea alio modo respõdeo, illam clausulam in nihilo officere aut cõtrafacere conclusioni s̃ factæ: quia nos dubitamus, an onus æris alieni debeat solui de usufructu tantum, & testator nihil dicit de hoc: sed quòd Maria tenebitur ferre debita & legata, & tenebitur cõplere testamentũ. An uerò tantũ de usufructu, uel etiam de proprietate: & sumus in dubio quid senserit testator, unde eius uoluntas ex coniecturis est colligenda. Sed plures sunt coniecturæ quòd hæc uerba debeant intelligi & de usufructu & de proprietate, si ususfructus non sufficiat. Prima est, quòd
8 in dubio testator uidet̃ se cõformare cum dispositione iuris cõmunis. Bar. in l. uxorem. §. testamẽto. el ij. ff. de leg. iij. l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebell. ubi Alex. et idem cons. v. col. ij. uol. iij. Sed de iure cõmuni est, quòd quando legata & debita sunt magna, & tanta ut reddant quasi elusorium usumfructũ, fiet etiam solutio de proprietate, ut s̃ dixi. Secunda est cõiectura, quòd testator uult legata solui de bonis suis, & sic tam de usufructu q̃ de proprietate, ut suprà latè probaui. Hoc eodem modo intelligenda est hæc clausula, quia aliàs si intelligeret̃ de usufructu tan-
9 tum, testator esset contrarius præcedentibus: & capiendus est ille intellectus in dubio, qui habet minus contrarietatis. Panormitanus in c. cum dilectus. col. fin. de consuet. Decius d. consil. cclxxviij. col. pen. Tertia est, quia in dubio capienda est illa præsumptio quæ est minus onerosa,
10 cum testator censeatur minus grauare hęredem quàm sit possibile. l. unum ex familia. §. si rem. ff. de legat. ij. Decius consilio cccclxv. col. iij. quæ regula multò magis conuenit casui nostro, cum testator ostendat maximã dilectionẽ ad uxorẽ, & propter magna & grata seruitia ab ea habita, eam instituerit: unde est institutio facta in remunerationẽ. Præterea cum s̃ & de iure & ex uoluntate testatoris probatum sit usufructuariam hanc non teneri ad omne æs alienũ, testator mandando ut teneatur ferre debita & legata, uidetur hoc in- 11
tellexisse ut procuratorio nomine proprietarij faciat, ut in simili uult Corneus consil. cxcv. circa quod licet. col. iij. uol. iiij. qui ita declarat Bar. in d. l. fi. ff. de usufru. leg. quod procedit quãdo usufructuaria hæres instituta haberet cohæredem in uita: sed cum hic nullũ habeat, & propterea reputetur quoq; instituta in proprietate, ut s̃ ostendi secundũ cõmunem sententiã, multò magis poterit iure proprio tanquam hęres alienare proprietates pro satisfaciendo creditoribus & legatarijs. l. si pecuniã. ff. de leg. ij. Corneus d. consil. cxcv. in prin. ad quod tenebatur etiã si testator eam non grauasset. l. fin. C. de iure deli. & ita uerificabitur illa clausula quòd feret legata & debita. Nec obstat si dicat̃, quòd si hæc Maria uxor tanquam hæres & in usufructu & in proprietate tenebatur ferre æs alienum & poterat alienare, superfluum fuit illud grauamen iniunctum sibi à testatore per illam clausulam:
& nihil debet sic intelligi ut sit superfluũ, 12
modò sanus intellectus dari possit. glossa fin. in l. i. in fin. ff. ad municipal. Quinimò regula est iuris quæ procedit in omni dispositione secundum moder. Papieñ. in c. i. extra de rescript. uerba ita debere intelligi ut aliquid operentur: quod maximè habet locum in ultimis uoluntatibus. l. si quando. ff. de lega. i. l. senatus. aliàs l. cætera. §. fin. ubi Alex. eod. tit. ubi multa decidit. & Felinus in d. c. i. de rescript. col. v. in uerb. priuilegium. Vt ergo aliquid operetur illa clausula, debet intelligi quòd de solo usufructu teneat̃ soluere æs alienũ. Ad hoc respondeo, regulã illam l. si quando,
limitari per Doctores, ut non proce- 13
dat quando quis indebitè damnum pateretur, quia tunc potius uerba debent superfluere, & intelligi secundum ius commune, quàm aliquid operari. glos. Paul. de Cast. & moder. in l. final. §. in computatione. C. de iure delib. Imola in l. quarta. §. prætor. ff. de damno infect. & ibi Alexan. col. iij. Sed cum legata sint magna

& etiam debita, redderet elusoriũ legatũ ususfructus in damnũ ipsius uxoris. Secundo respondeo ex alia limitatione quæ datur ad illam regulam l. si quando, ut nõ procedat quando exprimit id quod à iure tacitè continet & subintelligit. c. ij. de rescript. & c. ad audientiã. el ij. eod. tit. ita in specie dicũt Doct. moderni Papieñ. in d. c. i. de rescrip. num. 70. fa. l. iij. ff. de leg. i. cum ibi notatis, ubi expresio eorũ quę tacitè insunt ex necessitate, nihil operat. Et ideo si testator dixerit, instituo te hæredẽ si adieris hæreditatẽ, hoc nihil addit intentioni testatoris. Sic in proposito, cum dña Maria tanꝗ hæres, ut pluries ſ dixi, teneretur ferre æs alienum ex necessitate, hæc expresio nihil operabitur. Tertio respon-
14 deo, uerba superflua tolerari possunt ad tollendam dubitationẽ: quinimò tunc nõ dicuntur superflua, cum hoc operentur quòd dubitationẽ tollant. Panor. in c. solitæ. de maior. & obed. super gl. in uerb. tanquam. in fin. & idem in c. certificari. de sepult. Dominic. in c. si Papa. de priuil. in vi. bonus tex. in l. quę dubitationis. ubi Dec. in prin. ff. de reg. iur. Sed maxima est dubitatio inter Doct. quãdo mulier instituitur in usufructu uita sua tantum durante, & alius in proprietate, an ipsa mulier sit hæres uel non; item contra quem debeãt agere creditores & legatarij, & an etiã ualeat talis institutio. Et diuersæ super his sunt opiniones, ut apparet ex notatis per Imol. post alios in l. filius à patre. ff. de liberis & posthum. Ias. in d. l. extraneum. C. de hæred. instit. Paul. Pichum in d. §. Titia cum nuberet. in xxvi. & lix. quæst. Alexan. d. consil. clxij. uol. ij. & licet magis cõmunis opinio sit, ut quãdo mulier sola instituitur in uita in usufructu, sit hæres, & teneatur respondere creditoribus, ut supra est probatum, tamen per hanc clausulam sublata est omnis dubitatio, quia testator grauando eam ad æs alienũ demonstrat esse hæredem.

Bellonus. Dolæ.

1 *Dispositio non habet locum ubi uerba non conueniunt.*
2 *Cessante causa cessat effectus: & inde plura inferuntur.*
3 *Canonicus si renunciat Canonicatui, an causa sibi commissa ut canonico, expiret.*
4 *Mutatio qualitatis non facit rem diuersam censeri.*
5 *Cessante causa in parte, non cessat effectus.*
6 *Ciuitate destructa cessat promisio facta de eam defendendo.*
7 *Homo manus mortuæ, an posit præscribere libertatem.*
8 *Consuetudo ut homo manus mortuæ non posit præscribere libertatem, quomodo ueniat intelligenda.*
9 *Præscriptio per quoduis tempus etiam longißimum, non procedit ubi lex uel statutum à principio resistit præscriptioni.*
10 *Negatiua præposita uerbo Potest, denegat omnimodam potentiam.*
11 *Geminatio operatur ut ueniant in dispositione quæ aliàs non uenirent.*
12 *Geminatio facit ut dispositio non recipiat interpretationem de habilitate.*
13 *Præscribi an posit formæ introductæ à statuto.*
14 *Præscriptio strictè intelligitur.*
15 *Præscribens iura negatiua, quando dicatur esse in possessione.*
16 *Præscriptio quomodo dicatur interrupta in iuribus incorporalibus.*
17 *Concesio facta ad beneplacitum, extinguitur morte ipso iure.*
18 *Institutio facta ab Abbate ad beneplacitum, extinguitur morte, neq; est necessaria reuocatio.*
19 *Verbum Paraige, quomodo debeat intelligi. Et ibi etiam de uerbo Parentela.*
20 *Succesionum quatuor sunt capita.*
21 *Verba debent intelligi ut aliquid operentur.*

Consil. VIII.

DEO opt. max. autore. Respondendo diuersis dubijs propositis nomine reuerendiss. Abbatis Luxouiensis domini mei obseruandissimi: ad primũ, an Luxouienses teneantur cõtribuere in sumptus faciendos à nouo Abbate pro sua cõfirmatione, ex quo ipse D. Abbas non it amplius Romã, pro ipsa cõfirmatione, sed expedit negocium per nuncios suos, uideret dicendũ quòd nõ: quia dicti Luxouieñ. promiserũt contribuere in casum reditus D. Abbatis de ciuitate Romana: dicitur enim, Et payerõt nomement layde du nouel Abbe en sa reuenue de la court de Rome. Vnde cum nunc nõ eat amplius Romã, nõ cõueniũt uerba cõuentionis, ergo nec dispositio locum habebit. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infect. Item cum cesset causa propter quam fiebat contributio, scilicet reditus è ciuitate Romana, cessante causa cessat effectus, 2
l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. l. generaliter.

neraliter. C. de episc. & cler. c. cessante. ex
tra de appell. Similiter finita causa priui-
legij, cessat priuilegium. l. Titia. §. usuras.
ff. de legat. ij. & faciũt plura cumulata per
Rom. consil. ccccxvij. qui propterea con-
suluit, quòd promissio census facta à qui
busdam nobilibus uni ciuitati ut eorum
protectionem susciperent, destructa ciui
tate nõ debetur, quoniã cessat causa pro-
pter quam fuit facta promissio, quum ci-
uitas destructa eos amplius defendere nõ
possit. His nõ obstantib. concludo con
trariũ, prædictos Luxouienses teneri ad
contributionem. Et considero quòd cau
sa proxima & finalis propter quam pro-
miserunt dicti homines contribuere, nõ
fuit propter ipsum reditum à ciuitate Ro
mana, sed propter sumptus qui fiunt eun
do & redeundo. Vnde cum adhuc fiant
sumptus, militat eadẽ causa finalis & pro
xima, quæ est attẽdenda, nõ remota. Bal.
in l. i. C. de pactis. quem sequitur & com-
mendat Alexand. in l. si pecuniã. ad fin.
ff. de condict. ob causam. ad declarationẽ
illius tituli. Igitur debet habere locum cõ
uentio, ut probatur in dictis iuribus à cõ-
trario sensu, & ibi notant Dd. Facit in ter-
minis decisio Bald. in l. generaliter. C. de
episc. & cler. col. iij. uers. pone ergo. qui
post Cynum dicit, quòd si causa sit com-
3 missa canonico qui postea renunciet ca-
nonicatui, an possit cognoscere adhuc de
ista causa: & arguit quòd non, quia cessat
illa qualitas canonici, sub qua fuit facta
commissio. tandem concludit quòd sic,
quia finalis causa commissionis non fuit
canonicatus, sed peritia præsumpta pro-
pter canonicatum. Præterea cum hic mu
tetur tantum modus habendi confirma-
tionem, non est curandum de modo, mo
4 dò sequatur effectus: & mutatio qualita-
tis non facit rem diuersam censeri, sed ean
dem. Iason in l. ius autem. ff. de iustit. & iu
re. & magis hæc pars confirmabitur ex re
sponsionibus infrà dandis ad contraria.
Et primo non obstat quòd uerba nõ con-
ueniunt, d. §. toties. nam respondetũ quòd
imò conueniunt, cum adhuc fiant sum-
ptus pro habenda ipsa confirmatione,
quod fuit consideratum principaliter, ut
suprà dixi. & licet ipse Abbas non eat Ro
mam, mittit nuncios suos; & qui per aliũ
facit, per se facere uidetur. l. i. §. deiecisse.
ff. de ui & ui arma. Non obstat quòd cau
sa cessat, quia nõ fuit considerata illa cau-
sa facti eundi & redeundi, ut suprà proba
ui. Et posito quòd utraq; causa fuisset si-
mul considerata, cessaret causa pro parte,
quo casu cessante causa pro parte nõ ces- 5
sat effectus. glos. in c. cum accessissent. in
uerb. cõtrauenerint. & ibi Rochus Curt.
extra de constitut. & concludunt commu
niter Doctores in d. l. generaliter. & in d.
c. cessante. ubi Decius dicit tunc cessare
effectum, quando causa in totum cessat.
Et ita procedit consilium Romani. Nam
in suo casu propter destructionem illius 6
ciuitatis, in totum cessabat causa defensio
nis & protectionis: secus si potentia ciui-
tatis in aliquo fuisset diminuta & debilita
ta. Etiam aliter respondeo, quòd cessan-
te causa cessat effectus, quando causa ces-
sans tendit ad contrarium finem; secus
quando tendit ad eundem. l. sciendum.
§. final. ff. qui satisda. cogantur. doctrina
Bartoli cõmuniter approbata in l. si con-
stante. in fine principij. ff. soluto matrim.
Ad secundum, an homines manus mor- 7
tuæ, qui ibi per dictum spacium habita-
runt, & pro burgensibus se gesserunt, de
beant reputari burgenses, uidetur quòd
sic, ut determinat Guido Papæ quæst.
cccxvi. incip. sed iuxta. maximè acceden-
te longissimo tempore, cuius initij nõ ex
tat memoria: nam eo tempore potest præ
scribi homagiũ, à quo dependet hæc ma-
nus mortua & ius succedendi, ut per Ca-
nonist. in c. ad audientiam. extra de præ-
script. Florianus in l. hæc autem iura. ff.
de seruit. urban. prædiorum. & in specie
Iacobi. de sancto Georgio, in tractatu de
rhoidis. col. antepenult. Nec obstat si di-
catur, extare cõsuetudinem ut homo ma- 8
nus mortuæ non possit præscribere fran
chisiam &c. Nam respondetur, statutum
seu consuetudinẽ impedientem præscri-
ptionẽ, nõ censeri in dubio impedire præ
scriptionẽ tanti temporis cuius nõ extat
memoria, ut est textus, per quem ita no-
tat ibi Ang. in Authen. ut de cætero com
mutationes. col. v. Vnde secũdum eum,
statutũ disponens ut contra instrumenta
dotalia currat præscriptio, non intelli-
gitur de tali præscriptione. & ita tenent

cōmuniter Doct. ut probant latè Felin. in rub. extra de præscript. col. fin. & Balbus in tract. præscript. in quinta parte, quintę partis princip. ix. q. Aret. consil. xv. reuerendiss. col. pen. Sed his rationib. non obstantib. in hoc casu hominis manus mortuæ cōcludo contrariū, ut etiā si per mille annos (ut sic dixerim) quis se gesserit pro libero & francho, nō tamen sit exemptus & liberatus à manu mortua, propter dictā consuetudinē, quę resistit à principio prę
9 scriptioni: & quando lex uel statutū uel consuetudo ita resistit, per nullū tempus quātumuis longissimū potest libertas prescribi. Bald. in l. omnes. C. de prescrip. xxx. ann. quem sequitur Feli. & Balb. in locis s̄ alleg. & idem Felin. latius in c. accedentes. col. v. eod. tit. qui respondet ad quoddam consiliū Panor. qui aliter senserat. Et prædicta cōmunis conclusio ut in statuto seu cōsuetudine loquēte de prescriptione, nō ueniat præscriptio huius temporis, procedit in dubio, quādo essent apposita uerba generalia, puta, nulla currat præscriptio, uel, quacūq; prescriptione nō obstāte. At in consuetudine nostra non sumus in dubio, sed apparet ex uerbis impediri omnē prescriptionē, etiā tēporis cuius nō extat memoria in contrariū, quod ut melius intelligatur, subijcio eius uerba: L'hōme de main morte ne peult prescripre ne acquerir franchise ne liberte cōtre son signeur: fors en cas cy apres declare, & sans auoir titre uaillable & laps de temps ne luy peult proufiter &c. Pōdera uerba, ne peult. Nā
10 negatiua præposita uerb. potest, denegat omnimodā potentiā, & reddit actū in cōtrariū factū nullum, gl. in c. i. in uerb. non potest. de reg. iu. Bar. in l. Gallus. in prin. ubi Ias. ff. de liber. & posthu. Bal. in l. fin. col. fin. C. de fideicōm. Et hoc eodem modo in terminis nostris pōderat Panor. tex. in c. cum ex officij. iij. notab. eo. tit. de præscrip. in illis uerbis, non meminerint. ubi etiam Ant. de But. ponderat illa uerba aliquo modo. Itē nō modo dicit prescripre, sed, ne acquerir. Vt igitur illud uerbū aliquid operet, l. si quando. ff. de leg. i. intelligetur de omni prescriptione. Item ista geminatio uerborū, prescripre ne acquerir, iuncto etiā q̄d ī subdit, ne laps de tēps ne luy peult proufiter, multū operant, ut ueniant in dispositione quæ aliàs non uenirent. l. balista. ff. ad Trebell. Ideo statutū, 11
quòd occidens hominē decapitet, quātuis ex se recipiat restrictionē quādo dolo est cōmissum homicidiū, tamē si statutū uteret uerbis geminatis, puta, quouis modo occideret, intelligeret etiā de homicidio nō dolo cōmisso, ut per Sali. in l. ij. col. iij. C. de noxal. refert & sequitur Ias. in l. in actionib. ff. de in lit. iuran. col. v. uers. pro limit. Similiter si statutū disponat, ut quili= 12
bet cuiusuis cōditionis possit testari, intelligetur etiā de inhabilib. de iure cōmuni, propter illam geminationē, ut per Sali. in d. l. ij. licet dispositio generalis aliàs soleat restringi ad habiles. l. ut gradatim. §. i. & ibi gl. ff. de mune. & honor. & gl. in l. i. C. de sac. san. eccl. in uerb. unusquisq;. fa. doctrina Bar. in l. generali. §. uxori. ff. de usu fru. lega. Item per illa uerba, Sans auoir titre uaillable, requirit titulus uerus & ualidus, nō autē præsumptus ex lapsu tēporis cuiuscūq;, ut etiā apparet ex uerbis statim sequentibus, Ne laps de temps &c. Ad tertiū, an ex quo in pluribus personis per longū tempus nō est seruata solennitas requisita in franchisijs, de recipiendo aliquē in burgecisiā, qui tamē habiti & reputati fuerūt ut burgenses, sit præscriptū 13
illi formæ, ita ut aliquis efficiat burgensis ex sola habitatione sine solennitate, dicit quòd nō. Primo, quia singulares personę nō possunt prejudicare iuri cōpetenti generaliter D. Abbati uirtute dictarū franchisiarū, sed requireret aliquis tractatus per ipsos Luxouienses uniuersaliter circa hoc factus: & ideo prodest tantū illis personis particularibus: nam præscriptio est restringenda tantum ad eos qui fuerūt in 14
possessione, nō ad alios. Et ideo si plures nobiles in aliqua ciuitate præscripsissent ius nō soluendi collectas, nō posset alius nobilis qui ueniret habitatū in eadem ciuitate, tueri se à solutione propter immunitatē aliorū ratione nobilitatis, quia quo ad eum dicere posset ciuitas, quo ad te liberum est ius nostrū. l. binas. ff. quemad. seruit. amit. ut cōsuluit Ripa lib. 2. respōs. cap. 4. col. final. Secundo aduertendū est, nos esse in iurib. negatiuis, scilicet nō seruandi illā solennitatē: in quib. ut præscriptio possit pcedere, requirit aliqua cōtra

dictio eorum qui dicunt se præscripsisse,
15 aliâs nunquam tales dicuntur esse in pos=
sessione, sine qua præscriptio non proce=
dit, ut latè cõcludit Guido Pap. q. penul.
in quinto dubio. Francis. Balbus in tract.
præscript. ij. part. quintę partis principal.
vij. q. Esset itaq; opus quòd cũ aliquis ue=
nisset ad habitandũ in loco Luxouij, &
dñs noluisset eum haberi pro burgensi si=
ne illa solennitate, quòd Luxouienses se
opposuissent, & fecissent aliquẽ actũ con
trariũ dictæ solennitati per franchisiam
requisitæ. Sed cum nihil dixerint aut fece
rint, per nõ usum simplicẽ tolli nõ potuit
quouis tẽpore solennitas de qua s̃, ut ha=
betur in locis s̃ alleg. & per Ias. in l. de qui
bus. col. viij. ff. de legib. Tertio, quamuis
in pluribus personis non sit seruata illa so
lennitas, tamen in alijs & antè & pòst fuit
seruata, unde fuit interrupta præscriptio:
siquidem in his iuribus incorporalibus
16 per actum contrarium præscriptio inter=
rumpitur, ut per Bartol. in l. naturaliter.
col. fin. ff. de usucap. Canonistæ in c. au=
ditis. extra de præscript. Quinimò etiam
si esset perfecta præscriptio, per actus con
trarios adhuc fuisset sublata. Facit opti=
mè in simili decisio Baldi in Authent. om
nes peregrini. col. final. C. cõmu. de suc=
cess. dicens, quòd si in aliqua ciuitate est
facta reformatio, & expressa derogatio a=
licuius statuti, & tamen antè & pòst illud
statutum fuit obseruatum, illam reforma
tionem statuto non derogare, ex quo in
usu hominum non fuit recepta. sequitur
Petrus de Anchar. in c. canonum statuta.
extra de constit. uers. quæro, fuit facta. &
Iason in d. l. de quibus. col. viij. Ad quar=
tum, an D. Abbas possit unicum consti=
tuere notarium generalem, nõ uideo cur
non possit: tum quòd sibi tribuitur hæc
potestas seu reseruatur per Maiest. Cæsa=
ream in trãsactione, cuius uerba sunt hu=
iusmodi: Auecq ce pourra ledict signeur
reuerend Abbe de Luxeul present & ad=
uenir instituer tabellion general en sa ter=
re, & faire par icelluy recepuoir tous con
tractz soubz son seel, &c. Põdera illa uer
ba, tabellion general, quæ singulariter
proferũtur, iuncto illo adiectiuo icelluy.
Item & alia uerba, tous contractz, quæ de
notant per unum tantum posse hoc expe
diri. Tum quòd institutio facta de alijs ta=
bellionibus à reuerendo Abbate proxi=
mè defuncto, expirauit & cessauit per
mortem ipsius ipso iure, ita ut nulla sit ne 17
cessaria reuocatio, cum fuerit facta usque
ad uoluntatem & beneplacitum prædi=
cti Dn. Abbatis: hæc enim & similia uer=
ba morte cõcedentis extinguuntur, ut est
casus in l. iiij. ff. locat. in l. Lucius. ff. de do
nat. in c. si gratiosæ. de rescript. in vi. Bart.
in l. more. col. fin. ff. de iurisdict. om. iud.
quem ibi Doct. sequuntur. & in l. centesi
mis. §. fin. ff. de uerb. oblig. Iason in l. post
dotem. col. viij. ff. solut. matr. & ita in ter=
minis nostris decidit Bart. consil. lxiij. in=
cip. factum sic proponitur. dicens institu
tionem factam à Dn. Abbate de quodam 18
monacho in rectorem ad sui beneplaci=
tum, cessare per mortem: & ex ibi dictis
per eum apparet etiam suprà dicta proce=
dere, quamuis apposita nõ essent illa uer=
ba, ad sui beneplacitum. Ad quintũ, quo=
modo intelligi debeant illa uerba, Fran=
chise & leur quite on pour leur & pour
leur hoirs permenablement iusq; tant qui
soient fuer de paraige & des adõc en auãt
les echoite demourroit a leglise. In pri=
mis considerandum est, illud uerbum pa 19
raige esse uulgare, quod parentagium &
parentela solet nuncupari, de quo ultimo
est text. in Clem. fin. §. fin. de iure iurand.
& in c. de parentela. xxxv. quæst. vi. &
idem est quod affinitas, ut notat Cardin.
in dicta Clem. §. final. & parentes dicun=
tur inuicẽ quoquo modo coniuncti, ideo
dispositio etiam pœnalis uulgari modo
de parentibus mẽtionem faciens, omnes
tales comprehendit. Angel. in §. œcono=
mis. in Authen. de alienat. & emphyt. se=
quitur Alciatus in l. appellatione paren=
tis. ff. de uerb. signific. qui tamen subdit
hoc uerbum accipiendũ secundum sub=
iectam materiam. Et ideo cum hic subie=
cta materia sit de successione hæredum,
reperio in successionibus dari quatuor ca
pita. Primum, per quod uocantur liberi 20
& parentes. Secundum, per quod agna=
ti. Tertium, per quod cognati. Quartum
& ultimum, per quod uir & uxor. Dein=
de sumus extra parentagium, & uocatur
fiscus. l. i. ff. de success. edict. notant glos=
sa & Doctores in l. i. Cod. qui admitti.

Alex.consil.xxxi.incip.uiso titulo.col.ij. uol.i. Sensus ergo prædictorum uerborũ est, quòd Luxouienses sint Franchi cum suis hæredibus in perpetuũ, donec erunt extra parentagiũ, id est, donec erit aliquis qui ut hęres possit succedere ex aliquo de dictis capitib. quibus cessantib. habeant pro hominibus manus mortuæ, & domi nus succedet. Et si dicatur, hoc modo in-
21 telligendo, hæc dispositio nihil operabitur, & erit inanis, contra l. si quando. ff. de lega. i. quoniam deficientibus omnib. capitibus uocatur dñs de iure cõmuni. Ad hoc respondeo, uerum esse dominũ uocari de iure cõmuni, sed hoc intelligitur ab intestato: secus si fiat testamentum, ut per Alex. d. consil. Vnde nisi esset prouisum per s̃ dicta uerba, potuisset subditus facere testamentũ, & relinquere bona sua cui uoluisset. Nam mens cõcedentis Franchisiam fuit, ut homines essent Franchi, donec aliquis hęres esset qui de iure cõmuni posset defuncto succedere, ut est regulariter in alijs de se Frãchis, quib. deficientibus uoluit ecclesiã omnimodo habere bona, sicut erat à principio ante Franchisiã. Quo autem ad gradus, accipiẽtur in illis quatuor capitibus, secundum ius cõmune, ad quod me remitto, quia aliàs esset opus facere unum tractatum de gradibus: & quando continget in facto, facilè habebitur eorum cognitio ex locis ordinarijs, ubi materia tractatur per Doct.

Bellonus. Dolæ.

1 *Bona subiecta fideicõmisso non possunt alienari, nec in eis constitui ususfructus.*
2 *Vsufructuaria mulier non habebit usumfructum in bonis feudalibus.*
3 *Vxor relicta usufructuaria institutis filijs non habebit usumfructum in legitima.*
4 *Hæres præsens testamento quando sibi præiudicet.*
5 *Testator in dubio censetur legare ius quod habet in re, etiam si illud sit finiturum morte.*
6 *Emphyteosis ecclesiastica non uenit in fideicõmisso.*
7 *Legatum uniuersale plus comprehendit quàm generale.*
8 *Testator potest disponere de rebus alienis sicut de suis.*
9 *Legatum rei hæredis ut suæ ualet: ex quo ibi plura inferuntur.*
10 *Testator potest rem subiectam fideicõmisso legare.*
11 *Vxor relicta usufructuaria, habebit quoq; usumfructum in bonis emphyteoticis.*
12 *Testator præsumitur se conformare cum dispositione iuris communis.*
13 *Voluntas testatoris attenditur quæ ex coniecturis colligi potest.*
14 *Institutus in testamento præsumitur ignorare codicillos separatos à testamento.*
15 *Dispositio testatoris trahitur ad alium casum, de quo si fuisset interrogatus, uerisimiliter respõdisset quòd sic.*
16 *Bona subiecta fideicommisso, possunt alienari in ultima uoluntate.*
17 *Filius habet legitimã tanquam filius, & non tanq̃ hæres.*
18 *Regula, quem non honoro grauare non possum, limitatur ut ibi.*
19 *Testator ignorans ius quod habet in re, uidetur eam integrè legare.*

Consilium IX.

DEO opt. max. autore. In causa Io. Baptistæ Ferrarini contra Blancam de Scyronibus, non est dubiũ Blancam debere usũmfructũ habere in bonis Io. Iacobi mariti sui: sed dubium est, an & idem dicendum sit in bonis quæ erant apud ipsum Iacobum cum onere fideicõmissi, cum Iacobus reliquerit usumfructum omniũ bonorũ suorum dictæ Blancæ uxori suæ. In quo concludendum prima facie uidetur quòd non, sed debere restitui fideicõmissum cum euenerit casus & dies, etiam sine detractione quartæ, rationibus de quibus per magnificum D. consultorem. Est enim uulgata & cõmunis regula, bona subiecta fi- 1
deicõmisso non posse alienari nec obligari. l. fin. §. sed quia. & §. sin autem. cum Authen. ibi posita. C. cõmu. de lega. Et ratio assignatur in d. §. sed quia. quòd absurdũ & irrationabile est, quod alienum est, alieno iuri applicare: & quod in bonis suis purè non possidet, ad alios posse transferre. Et illa regula procedit etiam in alienatione facta in ultima uoluntate, sicut inter uiuos. l. peto. §. fratre. ff. de lega. ij. ubi Bart. Deci. consil. dlxxxiiij. col. fin. Et prohibita alienatione rei, non potest in ea etiã constitui usus fructus. l. fin. C. de reb. alie. nõ alie. Alex. consil. xviij. in prin. incip. attentis. v. uol. Hinc uidemus quòd in feudis, 2
ubi prohibetur alienatio, nõ potest etiam usus fructus cõstitui. c. imperialẽ. in prin. de prohib. feud. per Fed. & in c. i. de prohibit. alien. feud. per Lotha. Alex. d. consil. xviij. Et propterea cõcludebat Paulus de Mon-

de mõte Picho in l. Titia. §. Titia cũ nuberet. ff. de leg. ij. in xxxvij. q. quòd relictis filijs hæredib. & relicta uxore usufructuaria, uxor nõ habebit usumfructum in bonis feudalibus: licet uideretur dicendum contrariũ, cum testator posit disponere de re hæredis. l. unum ex familia. §. si rem. ff. de lega. ij. Secũdo facit, quia si testator
3 relinquat uxorẽ usufructuariam omniũ bonorum, institutis filijs, non tamen habebit usumfructum in legitima, cum existimetur tanquam æs alienum. Bart. in l. uxori. la ultima. de usufru. legat. & consil. lvi. col. ij. Ias. in Authen. nouissima. num. 54. C. de inoff. testam. Deci. consil. ccccxviij. col. i. incip. uisa. Pet. de Anch. cons. cxxvi. Ita in simili dicendum est de bonis subiectis fideicõmisso, quæ aliena existimant. d. §. sed quia. Tertio facit, quia in fideicõmissõ nõ ueniunt bona quæ non sunt ipsius testatoris, & aliunde proueniũt. l. cohęredi. §. cum filiæ. ubi omnes. ff. de uulg.
4 & pupill. Nec dicatur, præsentiã fideicõmissarij hæredis instituti facere ut bona ipsius includantur; quoniam cum dispositio & uerba testatoris, alia bona quàm testatoris non comprehendant, nõ potuit præsentia plus operari quàm uerba inferãt. Praeterea nec nuda præsentia pręiudiciũ facit. l. Gaius. ff. de pignor. act. Bar. in l. quæ dotis. ff. sol. matr. & ita respondet Alex. consil. xx. v. uolu. col. iiij. incip. ponderatis. Quarto facit regula l. ab eo. C. de fideicõ. Bar. in l. cum filio. col. i. de leg. i. ubi habetur, quem non honoro, grauare nõ possum. Sed hæres institutus Ioan. Bapt. nõ fuit honoratus in fideicõmisso, cum esset omnino ad eum peruenturũ, & dicatur illud habere à primo testatore, scilicet Augustino, d. §. cum filię. ergo nõ potuit grauari in usufructu bonorũ subiectorũ fideicõmisso. Hoc adduco, quia in dubio cen-
5 setur quis legare ius quod habet in re, etiã quòd illud finiturũ sit morte. l. si domus. §. fin. ubi Bar. Alex. & latissimè Ias. de lega. i. & l. uxor. ubi omnes. C. de lega. Cum igitur Iacobus ius quoddam cõditionale tantũ haberet in dictis bonis subiectis fideicõmisso, d. §. sed quia. illud tantum legasse uidetur, & cum finitũ sit morte, propter euentum fideicõmissi legatum extinguitur. d. l. uxor. & ibi gl. Vltimo facit decisio Alex. consil. ci. ponderatis. iiij. uolu. col. viij. & ix. qui decidit quòd in substitutione fideicõmissaria non ueniat fundus 6
habitus in emphyteosim, ea ratione, quia non dicatur esse de hæreditate substituentis, nec hæreditarius. per d. l. cohæredi. §. cum filiæ. Nec aditio hęreditatis, per quã uidetur hæres contenta in testamento approbare; præiudicat hæredi, cum ex ui fideicõmissi bona tantum hæreditaria contineant, & probatio testamenti plus inferre nõ posit quàm contineat in testamento. l. si ita scriptũ. & l. in testamento. la i. de cond. & demonst. His nõ obstantibus, diligentius & penitius rem ipsam cõsiderando, arbitror iure posse d. Blancam habere usumfructũ etiam in bonis subiectis fideicõmisso. Et in primis moueor, quia testator legauit usumfructũ omniũ bonorum suorũ uniuersaliter, & qui omne dicit, nihil excludit. l. à procuratore. C. mandati. & ibi gl. Vnde est, quòd licet in lega- 7
to generali nõ ueniant uenalia, tamen ueniunt in uniuersali facto per uerbum, omne. Bart. in l. generali. §. uxori. ff. de usufruct. legat. Et licet statutum de lucranda dote accipiat determinationẽ à l. hac edictali. C. de secund. nupt. ut per Bart. in d. l. hac edictali. tamen illam determinationem non recipit quando statutum loqueretur uniuersaliter de lucranda tota dote uel omni, ut per Doct. in Authent. praeterea. C. unde uir & uxor. ubi Decius latius & Curtius. Et ad cõfirmationem plura possent adduci, sed quoniam uerũ fundamentum huius consultationis non est in hoc, ideo omitto. Secundo (& hic incipit medulla huius puncti) testator potest 8
disponere legando ita de rebus alienis sicut de suis, & hæres adeundo hæreditatẽ tenetur illas luere & pręstare legatario: & quando relinquitur uxori, non fit distinctio, an sciuerit uel ignorauerit. l. cum alienam. C. de legat. §. non solum. & ibi gl. in uerbo, ignorabat. Instit. eod. Igitur licet hæc bona subiecta fideicõmisso, censerentur quodammodo aliena, uel essent futura aliena, post mortem testatoris potuit hæredem suum in eis grauare. Et hoc procedit non modo in usufructu de quo agimus, sed etiam in proprietate. Tertio, quod magis est, hic non sumus in dispo=

D

sitiõe rei alienę,sed ipsius hęredis,ex quo
fideicommissarius Baptista est hæres in=
stitutus à Iacobo grauato, quo casu du=
9 bium nõ est testatorem ita disponere pos=
se de rebus hęredis sicut de suis,nec distin
guitur an sciuerit uel ignorauerit. Nam
si quis legauerit rem hæredis ut suam,ua=
let legatum.d.§.non solum.pulcher text.
in l.unum ex familia.§.si rem.de legat.ij.
ubi Bartol.Paul.& alij. Et per illum text.
consuluit Alexan.consil.clxxiij.uiso the=
mate.col.penult.ij.uol.quòd testator po=
tuit grauare hæredem in re emphyteoti=
ca,in qua erat ius quęsitum ipsi hæredi ex
stipulatione anteriorum:& asfignat ratio
nem,quoniam testator potest obligare &
grauare rem hæredis sicut propriam.d.§.
si rem tuam.Et hæres adeundo approbat
disposita in testamento. Curtius iun.con
sil.cxx.in primo dubio.Decius consil.cc=
liiij.col.iij.Et ita in casu nostro licet per fi=
deicõmissum esset ius quæsitũ Ioan.Ba=
ptistę,testator eum instituẽdõ potuit gra=
uare in re sua.Et dicunt etiam Doct.in d.
§.si rem.testatorem posse legare rem de=
bitam hæredi.Et per eundem textũ con=
suluit Rom.consil.xxxv.uisa.posse testa=
torem rem emphyteoticam alteri legare,
instituto eo hærede ad quem dicta res spe
ctabat,ea scilicet ratione, quia testator po
test de re hęredis disponere.Quarto in ter
10 minis, quòd testator possit rem subiectã
fideicõmisso legare,maximè hærede insti
tuto fideicõmissario,est casus in l.cum pa
ter.§.cum pater.de lega.ij.ubi pater insti=
tuta filia hærede,legauit quędam prædia
quæ debebat restituere filiæ ex testamen=
to matris suæ:& ibi dicit Bart.nota,quòd
res quæ subiacet restitutioni, potest lega=
ri,& sic potest alienari per testamentum,
quia ualebit sicut legatum rei alienæ,uel
futuræ alienæ post mortem.Et illud no=
tab.Bart.sequitur ibi Baldus & Imola la=
tius.Et per d.§.cum pater.& ibi Bar.Dn.
Iason in specie limitat regulam d.Auth.
res quæ.cõmunia de lega.ut per eum ibi,
in octaua limitatione.Et idem probat A=
lexand.consil.ix.col.fin.uisis.ij.uol. Su=
prà dicta omnia procedunt in alienatio=
ne proprietatis, ergo multò magis in alie
natione solius usufructus. Vltimo pro
confirmatione prædictorum facit,quia si
testator reliquerit uxorem suam usufru=
ctuariam omnium bonorum,etiam habe
bit usumfructum in rebus emphyteoti= 11
cis,& tamen in dictis rebus erat ius quæ=
situm successori.Bald.in l.i.in prin.quib.
modis usufruct.amitt.Alex.consil.cxx.
super eo.i.uol.in fi.Et in emphyteosi pri=
uati res non habet dubium, ut per Pichũ
in d.§.Titia cum nuberet.quæst.xxxviij.
Prędictis tamẽ unum obstat:posset enim
quis dicere, fundamenta mea procedere
quando appareret de uoluntate testato=
ris uolentis grauare hęredem in dictis bo
nis subiectis fideicõmisso:sed in casu no=
stro simpliciter reliquit uxorem usufru=
ctuariam bonorũ suorum,quo casu de iu
re cõmuni intelliguntur tantum propria
bona testatoris,non aliena.d.§.cum filiæ.
Et in dubio testator præsumitur se cõfor= 12
mare cum dispositione iuris cõmunis.l.si
duo.& ibi gl.de acquir.hæred.Bart.in l.
hæredes mei.§.cum ita.ad Trebell.ubi la
tissimè per Alex.Ergo testator sensit tan
tum de bonis proprijs,ut per Alex.d.con
sil.ci.iiij.uol. Ad hoc respondetur, quòd
licet testator hoc non expresserit, apparet
tamen ex coniecturis id uoluisse,& æqui
paratur uoluntas testatoris expressa, & 13
quæ ex coniecturis colligitur.l.licet Im=
perator.ubi Bart.ff.de lega.i.l.cum auus.
ff.de condict.& demonst.l.cum uirum.
C.de fideicõmiss.Vnde uidemus,quòd
licet conditionale fideicommissum non
transmittat,tamen transmittitur si ex con
iecturis hoc colligitur.Bald.in l.unica.C.
de his qui ante apert.tabu.Decius consil.
ccclxix.in prin.& ad hoc possent plura
congeri,ut per Ias.in d.l.cum uirum.quę
consultus pertranseo.Si igitur demon=
strauero ita fuisse mentem testatoris,non
erimus in dubio.Præsuppono itaque mi
hi,quòd Iacobus grauatus fideicõmisso
in codicillis,ignorauit semper id fideicõ=
missum,ut præsupponitur in facto,& est
etiã de iure.Nam institutus in testamen= 14
to,præsumitur ignorare codicillos sepa=
ratos à testamento.l.nõ est ferendus.in fi.
ff.de transact.Bart.in l.qui Romæ.§.duo
fratres.uers.tertio quæro.ff.de uerb.obli.
ubi Alex.& moderni.Aret.consil.xciiij.
col.pen.in prin.incip.cõsideratis.Quod
procedit etiã in coniuncto.Corn.consil.
cxlvij.

cxlvij. quia causa. ij.uol. in litera M. quo fit ut crederet omnia bona quæ possidebat, esse sua propria. Vnde est dicendū, cum reliquit usumfructū omniū bonorū suorū, sensisse etiam de subiectis fideicōmisso, quæ propria esse credebat, & tunc sumus in casu d.l.unū ex familia. §.si rem tuam.quando testator legauit rem hæredis ut suam, & dicitur ibi ualere legatum. Præterea dici potest expresse testatorē disposuisse de dictis bonis subiectis fideicōmisso: nam reliquit uxorem usufructuariam prędictorū omniū bonorū,id est,de quibus fecerat mentionē in institutione. Sed in institutione fecit mentionē de omnibus & quibuscūq; bonis,& quomodocunq; ipsi testatori spectantibus, & quæ ipse teneret & possideret. Vlterius apparet de uerisimili mente testatoris alio modo. Siquidem testator Iacobus cum ignoraret fideicōmissum, sciebat omnia bona quę ipse habebat peruentura ad Ioan.Baptistam ab intestato,uti proximiorem,de iure cōmuni: & etiā iure institutionis,cū ipsum hæredem fecisset:& tamen quoad usumfructū prædilexit uxorē. Idem etiā fecisset si sciuisset alia uia, puta iure fideicōmissi peruenturā partem horū bonorū Io.Baptistæ, quia semper militat eadem
15 prædilectio: & dispositio testatoris facta in uno casu,trahit ad aliū,de quo si fuisset interrogatus, uerisimiliter respondisset quòd sic.l.tale pactum.§.fi. & ibi gl. ff.de pact.& ibi Ias.in fin.Paul.& Alex.in l.Titius.§.Lucius.ff.de libe.& posthu.Et illa gl. habet locum etiam in ultimis uoluntatibus,ut per Bald.ibi. Sequitur Deci.consil.clxxvi.col.ij.Ergo quemadmodū in casu successionis ex testamento uel ab intestato,quo Io.Baptista habuisset illa bona, prædilexit uxorem, ita in casu quo habiturus fuisset ex causa fideicōmissi.Et hæc est subtilis & realis consideratio. Non obstant modò in contrariū adducta, ex quorum respōsione magis fortificabit̃ opinio s̄ dicta: & in primis regula d. §. sed quia. cum Authen.ibi posita,C.cōmunia de legat. nam limitatur ut procedat in aliena-
16 tione inter uiuos:secus in ultima uoluntate, quia tunc ualet ut legatum rei alienæ, ita Ias.ibi in octaua limitatione, per text. in d.§.cum pater, & ibi Bart. Nec obstat quòd illa Authentica habeat locū etiam in ultima uoluntate,quia illud uerum est ut per ultimam uoluntatem præiudicetur fideicommissario, sed hæres tenebitur illam rem luere à fideicommissario,& præstare legatario, sicut in re aliena legata: uel si fideicommissarius est hæres institutus propter cōmodum quod sentit ex testamento, & approbationē quam facit adeundo, tenebitur illam rem præstare, ut per Bart.in d. §. cum pater. uel pati uti frui, cum est cōstitutus usufructus. Nec obstat quòd in bonis feudalib.non possit ususfructus cōstitui,quoniam diuersa ratio est in casu nostro, cum de feudo quis non possit testari, & res feudales non dicantur propriè hæredis, etiā cum ad eum peruenerint, ut per Pichū in d. q.xxxvij. qui ita respondet ad d. §. si rem tuam. Secundo principaliter nō obstat,quòd institutis filijs & relicta uxore usufructuaria, non habebit usumfructum in legitima, quia legitimam habet tanq̃ filius iure na- 17
turæ debitā: & ideo fauore legitimæ hoc inducitur, ut etiam si percipiat cōmodū ex testamento ultra legitimam, nō possit tamē in legitima grauari.l.scimus. §.cum autem.ubi Fulgos.Paul.Ias. C. de inoffi. testa. & idem Ias.in l.quoniam in prioribus.in secunda extensione.eod.tit.sed bona per fideicōmissum habet tanq̃ extraneus. Et in simili facit differentiā Decius inter legitimā & Trebellianicam, consil. cccclxxx.in casu.col.fin. Tertio nō obstat quòd in fideicōmisso non ueniunt bona non hæreditaria. d.l.cohæredi. §.cum filiæ.quia id uerum est in dubio, potest tamen testator de his disponere ut de re hæredis,ut s̄ probatum est, quod fuit in casu nostro, ut s̄. Quarto non obstat regula l. ab eo. C.de fideicom.quòd quem nō honoro,grauare non possum: nam id proce- 18
dit quando nullo modo quis est honoratus, & nullum percipit cōmodum pecuniarium à testatore. Secus si habeat cōmodum alicunde,ut habet̃ in l. ab eo. & per Bart.& Dd.in d.l.cum filiofamiliâs. aliàs sequeretur, quòd res hæredis uel aliena nunq̃ posset legari: sed hic fideicōmissarius erat institutus à Iacobo, qui plura alia bona habebat.Quinto nō obstat,quòd in dubio quis uideatur legasse ius quod ha-

bet in re. d.l.uxor. d.l.si domus. §.fi. nam hoc limitatur quando ex cōiecturis aliud apparet, scilicet uelle testatorem quòd res sortiatur effectum post mortem: sed in casu nostro hoc colligitur, ut s̄ demōstraui. & ita limitat Ias. in d.l.uxor. & in l.quod in rerum.§.i.de lega.i. Vel dic, illam regulam locum habere quādo testator sciebat quòd ius haberet in re: secus si ignorabat, quoniā tunc uidet̄ rem integrè legasse. ita limitat Alex. in l.si domus.§.fin.&ibi Ias. in prima limit. per notata per Bar. in l.seruum.§.i.de legat.i. At in casu nostro erat testator ignarus fideicōmissi, ut suprà dictum est. Non obstat decisio Alex. consil. ci. Primo, quia loquit̄ in emphyteosi ecclesiastica, quæ non potest transire ad extraneos, ut per Pichum in d.xxxviij.q. Secundo, quia Alex. fatetur, quòd si appareret testatorem disposuisse de dictis bonis emphyteoticis, utiq; procederet dictū Io. And. de quo ibi, scilicet ut bona emphyteotica ueniāt in fideicōmisso. Loquitur ergo Alex. in dubio, quo casu id etiā nos fatemur, per d.§.cum filiæ. sed nos sumus in casu claro, in quo apparet de mente testatoris, ut s̄ plenè probaui.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Hæredes instituti debent immitti in possessionem bonorū defuncti, per l.fin.C.de edict.diui Adria.toll.*

2 *Melioramenta faciens in aliquo castro, habet ius illud retinendi, donec soluantur expensæ.*

3 *Bona nō debent describi ut incorporentur fisco, sine causæ cognitione.*

4 *Bona non præsumuntur allodialia quando sunt præsumptiones in contrarium.*

5 *Vasallus tenetur ostendere res feudales domino.*

6 *Vasallus nisi ostendat inuestituram, præsumptio est contra eum quòd omnia sint feudalia.*

7 *Inuestitura facta de castro & pertinentijs, comprehendit omnia sita in illo territorio.*

8 *Feudalia bona præsumuntur, quando possidentur ut feudalia.*

9 *Allodialis quælibet res præsumitur, non feudalis.*

10 *Feudatarius quis non præsumitur nisi probetur.*

11 *Vasallus excusatur in feudo multùm antiquo, si nō ostendat inuestituram.*

12 *Consequentia non procedit, Est in territorio regis, ergo est regis.*

13 *Inuestitura facta de terris, uineis, pratis &c. non facit quin adhuc omnia præsumantur allodialia.*

14 *Possessio uitiosa non opitulatur possidenti.*

15 *Immunitas probatur ex cursu temporis cuius non extat memoria in contrarium, cum allegatione tituli.*

Consilium X.

DEO opt. max. autore. In causa castri & bonorū Stuponisij, licet aliqua prima facie colorata deducantur per Camerā regiam, tamen considerando iura & cōmunes conclusiones Doctorū, dn̄i Stuponisij & Passerani ius fouet in possessorio & petitorio. Et quantum ad possessoriū res clarissima est, quia magnificus dn̄s Hieronymus est frater D. Bartholomæi Pallauicini nuper defuncti, cui de iure cōmuni spectat hæreditas. Auth.defuncto.C.ad Tertull. Alex.consil.c.uiso.uol.ij. Et si dicatur eos esse exclusos uirtute inuestiturarū: respondet̄, hāc respōsionē respicere petitoriū, & in aliud iudiciū reijciendam, & interim dum disputatur, eos tuendos uel immittendos in possessionem bonorū, quæ defunctus tenebat & possidebat. Et hoc tanto magis procedit, quia adest testamentū dicti dn̄i Bartholomæi non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte suspectum, in quo sunt præfati domini instituti: unde uirtute dictæ l.fin. C. de edict. diui A- 1
dria.toll. debent quicunq; hæredes instituti immitti in possessionem bonorum defuncti, & hoc siue appareat bona esse allodialia, siue de his dubitetur, siue expresse appareat feudalia. Alex. & Ias. in d.l.fi. Et ita in terminis cōsulendo sæpe responderunt Doct. tam antiqui quàm moder. ex quorum dictis possem plura folia implere, sed remissione tantum ero contentus. Ita consuluit Curt. senior consil.lxxv. dominus Ludouicus, col.ij. Decius consil.ccccxxiiij. & consil.cccclxvij. & consil. dlxxxviij. & consil.ccccxcviij. & Brunus consil.i.col.iij.cum seq. & consil.xviij. in causa uertente. col.iij. Curtius iunior in tract.feudorū, tertia parte, col.ix. uers.uigesimoprimo quæro. & idem Curt.consil.cviij.col.iiij.& cons.xxx.col.ij.& plenius consil.xli. Afflict. decis.cxix. incip. utrum dispositio. in fin. & in his locis reperies plures alios. Accedit etiā, quòd respe-
ctu melioramentorū factorū in dicto castro & bonis, habent præfati dn̄i ius insistendi & retinēdi, nisi illis solutis. l.si quis 2
rem.

rem, & ibi gl. ff. de acquir. poss. & in l. colonus, in fin. ff. de ui & ui arma. Bartholomæus Veronensis consil. suo incipiente, mater habens filium, in tertio dubio. Curtius iun. in terminis nostris d. consil. xli. num. 10. Et propterea non debuerũt molestari dicti domini in possessione dictorum bonorum, & sicuti de facto ablata est eis possessio, ita & restitui. Nam sine cau-
3 sæ cognitione non debent bona describi ut fisco incorporentur, & hoc est lege expresse prohibitum. l. defensionis. C. de iure fisci. lib. 10. Bartol. in l. i. §. eligitur. ff. de uentre in possess. mittendo. Steph. Bertrandi consil. lxx. uol. ij. Vnde acta super tali sequestratione & descriptione facta, debent nulla declarari, cum sint facta cõtra expressam iuris dispositionem.

Circa petitoriũ res tantũmodo uersatur in eo quod fiscus dicit, bona loci Stuponisij sicut castrum esse feudalia, & propterea deuoluta ad dominum, nec de eis dictum Bartholomæum potuisse testari. c. i. de success. feudi. ibi, nulla dispositione defuncti in feudo ualente. Curtius senior consil. lxxv. col. ij. Et licet sit regula iuris canonizata, quòd bona in dubio præsumantur allodialia, tamen hoc dicitur procedere absolutè loquendo. Sed quando
4 adsunt aliæ præsumptiones quòd sint feudalia, tunc non præsumuntur allodialia, maximè secundum eos, quòd præsumptiones ut sint feudalia, sunt fortiores, & fortiores præsumptiones attenduntur. l. diuus. & ibi not. Bartol. ff. de in integ. restitut. Et quia plures sunt etiam præsumptiones pro fisco, ideo uincere debent. c. illud. de præsumpt. Alex. consil. lxxxviij. omissis. uol. vij. sequitur Decius consil. cccclxx. col. ij. Prima præsumptio est, quoniam dominus Stuponisij cõfitetur se uasallum, & fecit se inuestire de castro Stuponisij cum molendino & quibusdam re-
5 bus, unde tenetur ostendere res feudales & instrumentum inuestituræ. Bald. in l. instrumenta. C. de fideicõmiss. sequitur Deci. consil. lxi. col. ij. Iacobi. de S. Georgio in inuestitura feudali, in uerb. dictiq; uasalli. col. v. & sequitur Iason in præludijs feudorũ, col. xvij. Vnde cum ad hoc teneatur, & requisitus nolit inuestituram
6 ostendere, præsumptio est quòd omnia sunt feudalia, ut expresse uoluit Hostiensis in summa sua, in tit. de feud. §. quibus modis, facit quod notat Alberic. de Rosate in l. Titius Sempronium. ff. de actionibus empt. qui dicit, quòd si censualis uel emphyteota soluat mihi, & confiteatur se esse mihi obligatum ad uictum, nisi ostendat res pro quibus soluit uictum, omnia uictualia præsumuntur. Sequitur Iacobi. ubi suprà. col. vi. Secunda præsumptio est, quòd inuestitura dicit de castro & pertinentijs. Vnde licet si tantum diceret de castro, fortè cætera allodialia præsumerentur; tamen cum addat, & de 7
pertinentijs, omnia comprehenduntur sita in territorio Stuponisij. Ias. in l. quo minus, quæst. xx. ff. de flumin. Corn. consil. cccxxi. in hac. col. penul. uol. iiij. Soci. consil. xlvij. col. ij. iij. uol. i. canonistę in c. cum ad sedem. extra de restitut. spoliato. Cum igitur castrum sit feudale, & pro feudali consignatum cum pertinentijs, omnia præsumentur de pertinentijs & feudalia, ut etiam uidetur uelle Afflictus decis. cclxxvij. col. i. Tertia præsumptio est, quòd licet fortè non foret sustentabilis ex se præcedens præsumptio quando dictũ fuit de castro & pertinentijs, tamẽ saltem procederet quãdo apparet maiorem partem rerum esse feudalem; nam tunc omnia præsumuntur feudalia. c. i. de contro. inter masc. & fœmi. & ibi hoc tenet And. de Iser. Aluarot. Iacob. de Beluis. & facit quod uoluit Bald. in c. i. §. cum autem. de controuer. inuestit. qui uoluit, quòd si de latitudine prædiorũ dubitat̃, omnia præsumuntur feudalia, quando pars est feudalis. & omnia ista sequitur & latè cõprobat Curt. iunior in tract. feudali, in secunda parte sextæ quæst. Sed in casu nostro fuit consignatũ castrum cum aliquib. rebus pro feudali, ergo omnia præsumunt̃ feudalia. Quarta est præsumptio, quia Camera regia possidet bona de quibus agitur; unde cõmodum possessionis est, ut transferat onus probandi in aduersariũ, cum pro possessore præsumatur. §. cõmodum. Instit. de interd. cum simil. & in terminis nostris hoc uoluit Dec. cons. dxvij. col. fin. Quòd si is qui dicit feudalia, possi- 8
det, omnia præsumunt̃ feudalia, nisi is qui dicit allodialia, probet exẽpta. Idem

uoluit Bald. in c. i. uers. sed quid si dubitatur de uasallo qui cōtra constitut. Lotharij. in usib. feud. Quòd si est contentio inter dominū & feudatariū an res sit feudalis, & dominus sit in possessione, res præsumitur feudalis, nisi probetur contrariū. Dec. consil. cxlvi. col. v. Barbat. cōsil. xvij. præclarè. col. xxi. Quinta & ultima præsumptio est, quòd in patria Pedemontana bona sunt aut feudalia, aut allodialia. Quæ sunt feudalia, nō registrantur: quæ uerò sunt allodialia, indistinctè registrantur. Sed ista non sunt registrata, ergo præsumuntur feudalia. Stantibus igitur suprà dictis præsumptionibus, uidetur quòd onus probandi transferatur in prędictos dominos, quòd bona Stuponisij, præter cōsignata, sunt allodialia, iuxta notata in l. si prius. ff. de no. oper. nunc. Suprà dictis tamen præsumptionibus non obstantibus, intrepidè tenendum est in fauorem dominorū Stuponisij & Passerani, bona de quibus agitur præsumi allodialia, & onus probandi quòd sint feudalia, fisco incumbere. Et ad hoc facit regula illa uul-
9 gata, quòd in dubio quælibet res præsumitur allodialis, & non feudalis: & ratio est, quia à principio quælibet res erat libera: unde qui uult dicere fuisse impositam seruitutem feudi, illam probare debet. l. altius. C. de seruit. cum materia. Et hanc regulam in proposito sequuntur omnes Scribentes tam legendo quàm consulendo, ut potest uideri in consilijs in principio cumulatis. Et ideo etiam castrum in dubio præsumitur allodiale, & nō feudale, ut tradit Iacobi. de sancto Georgio in inuestitura feudali, in uerb. de castro, col. iij. sequendo Paulū de Cast. consil. clxiij. in nomine domini, in causa quam. in antiquis. Et similiter Comitatus præsumitur allodialis, & non feudalis. c. significauit. extra de rescript. ubi Bald. & alij. sequitur Iacobi. ubi suprà, & Decius, cum cōsilijs aliorū suprà allegatis. Ex quo sequitur, quòd hæc præsumptio transfundit onus probandi in aduersariū, quòd bona sint feudalia, ut in terminis tradit Curtius senior d. consil. lxxv. col. ij. facit decisio Hostieñ. in c. nimis, extra de iureiuran. quòd
10 feudatarius quis nō præsumitur nisi probetur, & ibidē subdit Panor. quòd reges, duces & alij domini temporales, non habent fundatam intentionem suam super singularibus rebus situatis & extantibus in suo territorio, super utili uel directo dominio, nisi aliter probent. Sequitur Iacobi. in d. inuestitura, super uerb. dictiq; uasalli. col. iij. plura adducens quæ faciunt in proposito: & ultimo etiam ipse cōcludit, quòd isti principes nō habent fundatam intentionem in bonis sitis in eorum territorio, nisi probent feudalia. Et hæc pars magis confirmabitur ex his quæ dicentur in resolutione contrariorum, maximè dum respondebo ad secundam & tertiam præsumptionem quam deduxi pro fisco. Non obstant modò in contrarium adducta, & primo, quòd isti domini fatentur se uasallos, ergo tenentur ostendere inuestituram, & si id non faciunt, quum dolose agant, omnia præsumuntur feudalia. Nam pluribus modis respondetur. Primo, quòd talis præsumptio doli excluditur mediante sacramento, quo iurarunt se non habere talem inuestituram: & ita in terminis nostris uult Iacobi. de sancto Georgio in d. inuestitura, in uerb. dictiq; uasalli. col. vi. Secundo dicitur, quòd sumus in feudo multum antiquo, & isti domini succedunt in ius alterius, unde præsumpta ignorantia eos excusat. l. qui in alterius. ff. de regul. iuris. & hoc idem in proposito nostro uult Iacobi. ubi suprà, col. 7. Tertio est aduertendum, quòd Doctores in in contrarium allegati loquuntur quando uasallus non uult aliquo modo ostendere inuestituram: sed in casu nostro isti dñi ostenderūt plures inuestituras: fiscus uerò requirit ut ostendāt primam, quam
ostendere non tenentur, cum sit multum 11
de antiquo, quo præsumendum est ut eam non habeant & ignorent. Et in specie quòd uasallus non teneatur ostendere primā inuestituram, dixit Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de feudo, §. i. uersic. porrò. sequitur Iason in usibus feud. col. xviij. nu. 51. Quod procedit etiam si secunda uel ulterior inuestitura faceret mentionem de prima. Oldradus consil. cxxi. ij. quæst. Curt. iunior in consil. xcvij. ij. col. Decius consil. clxix. col. penult. cum alijs per eum ibi allegatis. Et ex his cessat prima præsumptio, super qua fiscus facit capitale

pitale

tale maximũ. Secundo non obſtat quòd
inueſtitura dicit de caſtro & pertinentijs,
ergo omnia præſumunt̃ de pertinentijs
quę ſunt in territorio Stuponiſij. Nã pri-
mo dicit̃ quòd cõmunis opinio eſt in con
trariũ, ut licet dicat̃ de caſtro & pertinen-
tijs, tamen omnia præſumant̃ allodialia,
niſi aduerſarius probet res de quibus cõ-
tendit̃ eſſe de pertinẽtijs. Et omittẽdo ra-
tiones quibus mouent̃ Doct. hoc tenuit
Imola & Alex. in l. iij. ff. de acquir. poſſ.
& idem Alex. conſil. lv. proſpectis. col. xi.
uol. iiij. & conſil. cxij. in cauſa & lite. col. i.
eod. uol. Paul. de Caſt. cõſil. ccccl xi. uiſis
& diligenter. col. ij. uerſ. ſed uidendum.
uol. i. Curtius iunior conſil. cviij. col. iiij.
& conſil. clviij. col. pen. & clxxxiiij. col. ij.
Afflict. d. deciſ. cclxvij. qui in proprijs ter
minis dicit eſſe notandum contra aduo-
12 catos regios, qui dicunt, hoc eſt in territo
rio regis, ergo eſt regis. Secundo dicitur
quòd allegata in contrarium poſſent pro
cedere quando inueſtitura diceret de ca-
ſtro & de pertinentijs, & conſignaretur
tantum caſtrum pro feudali. Nam ad ue-
rificandum illud uerbum, de pertinẽtijs,
eſſet fienda aliqua præſumptio. Sed in ca
ſu noſtro fuit conſignatum caſtrum cum
aliquibus rebus, & ſic cum ſuis pertinen-
tijs: unde cum adimpleta ſint illa uerba,
de caſtro & de pertinentijs, nõ eſt ſumen
da ulterior præſumptio. & ſeruiunt etiã
hic pro reſpõſione quæ dicam in ſequen-
ti præſumptione. Tertio nõ obſtat, quòd
ſaltem pręcedens præſumptio deberet lo
cum habere quãdo aliqua uel maior pars
eſſet feudalis, quia tũc omnia præſumun-
tur feudalia, ut per Curtium in dicto tra-
ctatu: quia in primis negatur quòd ma-
ior pars ſit feudalis. Secũdo dicitur, quòd
quicquid uoluerit in dicto tractatu, ali-
ter tenuit idem conſulendo, ut in conſi
lijs ſuprà proximè allegatis, ubi eadem re
fert quæ dixit in dicto tractatu, & poſtea
conſulit cõtrarium, intelligendo ea quæ
poſuit in tractatu reſpectu iuriſdictionis,
non reſpectu dominij & proprietatis. Et
hæc adeò uera ſunt, quòd ſi quis inueſtitu
13 ra eſſet facta de terris, uineis, pratis &c. ad
huc omnia præſumerentur allodialia, ut
per Brunum conſil. i. col. i. Cæterum hæc
pręſumptio ceſſat penitus in caſu noſtro,
quia apparet per publica inſtrumenta de
aliquibus bonis allodialibus: unde non
ſequitur, maior pars eſt feudalis, ergo om
nia ſunt feudalia. & ita conſiderat Affli-
ctus d. deciſ. cclxvij. col. ij. uerſ. in contra-
rium. Quarto non obſtat quòd Camera
ſit in poſſeſsione bonorum, ideo prædi-
cti domini debent probare bona eſſe allo
dialia. Nam reſpondetur, quòd imò ipſi
domini ſunt in poſſeſſione, ex quo fuerũt
inueſtiti poſt mortem dicti domini Bar-
tholomæi, & poſſederunt dicta bona per
annum: & quatenus poſſeſsio reperire-
tur apud Cameram, eſt poſſeſsio uitioſa,
cum Camera ſine cauſæ cognitione de-
ſcripſerit dicta bona, quod fieri non po-
tuit, ut ſuprà dixi in principio, dum tra-
ctaui de poſſeſſorio: & talis poſſeſsio ui- 14
tioſa non opitulatur poſsidenti, ut notat
Bartol. in l. filiam fratribus. ff. ad Trebel-
lianum. & Decius inducit in propoſito,
conſil. ccccxxiiij. col. iij. Præterea alio mo
do tolluntur allegata in contrarium: ſi-
quidem procedũt quando dominus poſ-
ſedit aliquam rem tanquam feudalem, &
uenit alius qui dicit allodialem: nam tũc
quia res fuit poſſeſſa tanquam feudalis,
præſumitur feudalis. & ita clarè loquun-
tur Decius & Barbat. in conſilijs ſuprà al
legatis. Sed in caſu noſtro hæc bona nun
quam fuerunt poſſeſſa à Camera tanquã
feudalia, quia ſumus in principio nego-
cij, & iſtud eſt de quo diſputamus, ſcili-
cet an ſint feudalia uel allodialia, quo ca-
ſu præſumuntur allodialia, ut ſuprà pro-
batum eſt. Vltimo non obſtat quòd bo-
na allodialia in patria Pedemontana indi
ſtinctè regiſtrantur: ſed iſta non ſunt re-
giſtrata, ergo non ſunt allodialia, ſed feu-
dalia. Quoniam reſpondetur, dari poſſe
quòd ſint allodialia, & tamen non regi-
ſtrata, quia immunia à collectis & oneri-
bus, quæ non ſolent regiſtrari: & talis im
munitas præſumitur, & probatur ex poſ- 15
ſeſsione tanti temporis de quo non extat
memoria in contrarium, cum allegatio-
ne tituli, ut per Iacobinum de ſancto Ge-
orgio, in tractatu de Homagijs, colum.
penult. Et poterunt dari inſtantiæ in pa-
tria Pedemontana, quòd bona erunt al-
lodialia, & tamen minimè regiſtrata: &
tunc corruet argumentum. Præterea eſt

aduertendum quòd locus Stuponisij nõ
habet cõmunitatem, nec aliquod corpus
uel collegiũ, sed est castrum tantum cum
suis grangijs; unde posito quòd hęc bona
debuissent registrari, non erat qui prædi=
ctos dños compelleret ad registrandum,
& hac de causa non fuerunt registrata.
Sublatis igitur prædictis præsumptioni=
bus, est concludendum, prædictos dños
debere immitti in possessionẽ dictorũ bo
norum tanquam allodialium, nisi fiscus
probauerit esse feudalia, quo non proba
to, pro eisdem pronũciari debet, dicta bo
na ad eosdem pertinere iure dominij &
proprietatis.

Bellonus. Papiæ.

1 *Actionis intentatæ qualitas cognoscitur ex medio concludendi.*
2 *Interdictum retinendæ possessionis censetur intentatum, quando quis narrat se possidere & turbari in possessione.*
3 *Interdicto possessorio retinendæ intentato, quæ ueniant probanda ab agente.*
4 *Possessio iunior præsumitur clandestina.*
5 *Instantia transit ad hæredes.*
6 *Testium dicta accipiuntur secũdum subiectam materiã.*
7 *Testes quomodo debeãt deponere in interdicto retinẽdæ*
8 *Locatio sola quo ad tertium non probat possessionem.*
9 *Locatio, iũcta perceptione pensionis probat possessionẽ*
10 *Probans se possidere tempore turbij & ab initio, præsumitur continuè possedisse.*
11 *Negans aliquem possidere, dicitur eum turbare in possessione.*
12 *Probatio in interdicto uti possidetis, si fiat æqualiter, partes iudicis sunt iudicare, uti possidetis ita possideatis.*
13 *Interdicto retinendæ ille obtinet qui probat de antiquiore possessione.*
14 *Testis deponens aliquem possedisse post dictum tempus, non probat continuam possessionem.*
15 *Testis deponens quem possedisse à tali tempore hucusque, intelligitur de tempore continuo.*
16 *Pluralitas testium præualet in possessorijs.*
17 *Testes singulares an sufficiant in possessorio.*
18 *Testes qui uerisimiliora deponunt præferuntur.*

Consil. XI.

DEO opt. max. autore. In
causa uertẽte inter nobilem
& magnificũ uirum Dn. Gi
rardum de Rye, & dominã
Aluisiam eius uxorẽ ex una
parte, & habitantes de Vuillaffans ex alte
ra, in materia nouellitatis est primo uiden
dum, quod iudiciũ dicat̃ inter eos inten=
tatum. Secundo, quę ueniãt probanda in
tali iudicio. Tertio, quis melius probaue=
rit probanda pro fundamento suæ inten=
tionis. Circa primũ, cum qualitas actionis 1
intentatæ cognoscat̃ ex medio cõcluden=
di, ut per Dd. in l. edita. C. de eden. Aret.
& Ias. in §. omniũ. Instit. de actio. apparet
manifestè ex utraq; parte fuisse intentatũ
interdictũ retinendæ possessionis, quod
cõpetit quoties quis turbat̃ aliquo modo
in possessione sua. §. retinendæ. Instit. de
interd. cum in petitionibus, id est, in prin 2
cipalibus scripturis, & in accordantijs, &
per testes utraq; pars narret & conet̃ pro=
bare se possidere & turbari ab aduersario
in possessione, & his cõiecturis ut dicat̃ in
tentatũ tale interdictũ, tradit Bar. in l. i. §.
interdictũ. ff. uti possid. Specul. in tit. de
causa poss. & proprie. §. retinẽdæ. in prin.
Alex. consi. lxxxviij. incip. quoniã omne.
in prin. uol. v. Deci. consil. dclxiij. in prin.
Cum tamen hic agatur de iuribus incor=
poralibus, erit hoc interdictũ utile, & nõ
directũ. Bar. in d. l. i. ff. uti poss. uers. quæ=
ro ergo. Panor. in c. licet. de probat. col.
pen. & ibi Feli. col. iij. x. notab. Pract. Pa=
pieñ. in forma libelli pro turbata possessio
ne, in uerb. coram uobis. Circa secundũ,
duo principaliter probari debẽt ab agen-
te hoc interdicto; primo possessio ex par= 3
te sua, secundo turbatio ex parte cõuenti.
Bar. in d. l. i. §. ait prætor. in fi. Alex. & De
ci. dictis cõsilijs. Pract. Papi. in d. forma li
belli pro turbata possess. in uerb. hodie te
net. Et requirit̃ quem possidere duobus
temporib. tempore litis cõtestatæ, & tem=
pore turbationis. d. §. retinendæ. Practi=
cus Papi. ubi suprà. Ang. Aret. in §. qua=
drupli. col. antepen. Instit. de actio. Et di=
citur litis contestatæ tempore possidere,
qui probat se tũc possidere, uel antea pos=
sedisse, & asserit se etiam nunc possidere:
nam continuè possedisse præsumit̃. l. siue
possidetis. ubi gl. & Dd. C. de proba. Bal.
in terminis nostris in l. i. ultima col. C. uti
possidetis. sequit̃ Alex. in d. cõs. lxxxviij.
col. pen. Et potissimũ in probatiõe huius=
modi possessionis attendit̃ antiquior pos=
sessio, etiã si alius qui habet posteriorẽ, ul
tra possessionẽ haberet titulũ, quia iunior
possessio pręsumit̃ clandestina, quis pro 4
batio=

bationes essent hinc inde pares. Bartol. in l.si duo.ff.uti possid. Felin. in d.c.licet causam.col.vij. Curt.iunior cons.clxviij. col.pen. His præmissis, deueniẽdo ad tertium, sciendum in primis est, quòd antequam fierent rolla super distributione salis, quæ habuerũt originẽ ab anno 1512. & anno 1510. quilibet particulariter poterat leuare sal ex loco salinarũ, & uendere illud pro libito in domo sua: & ita fiebat olim à Vuillaffans, ut plures testes ex utraq; parte deponunt. Deinde post rolla facta particulares personæ non poterant hoc facere amplius, sed sal ueniebat per aliquos designatos, ipsis habitantib. distribuendum. Vnde nata est controuersia inter dñm dicti loci de Vuillaffans, & habitantes, quia utraq; pars dicit sibi ius cõpetere distribuendi sal diebus mercatorũ & nundinarũ, & esse in possessione uel quasi talis iuris, in qua ab aduersario turbata fuit: & istud conati sunt probare per testes & alijs modis. Est etiam aduertendum ad aliud, quòd hic tractatur processus & instantia inter dñm Christophorũ & Annã iugales, & dictos habitantes: quibus iugalibus successit dña Aluisia præsens uxor dñi Girardi, & sic dñs Girardus & Alui-
5 sia prosequuntur instantiam, quæ in eos transiuit tanq; in hæredes. l. si constante. §.fin.ff.sol.matri.l.Lucius.§.rogatus.ubi Bar.ff.ad Trebell. Bald.in l.si intra.C.de in integ.restit. & quam etiam reassumpserunt ad requisitionẽ ipsorum habitantiũ, ut ex actis apparet. Aliud quoq; non est omittendum, quòd quamuis hic tractetẽ de quasi possessione cum simus in iurib. incorporalibus, tamen dicta testiũ deponentiũ de possessione ualebunt: nam uer-
6 ba testium accipiuntur secundum subiectam materiã, maximè in idiotis, qui ignorant hos terminos iuris, ut per Bar. Alex. Ias.in l.stipulatio ista.§.hæc quoque.ff.de uerb.oblig. & sufficit testem deponere se
7 uidisse aliquẽ tenere & possidere, ut probetur possessio; satis est enim deponere super facto, ex quo resultat possessio, ut per eos ibi, & Alex.consil.li.col.fin.i.uol. Deci.in interdicto nostro retinẽdæ, cõsil. ccciij.diligenter.col.v. Modò uidetẽ dicendum D.Girardum de Rye optimè probasse sibi incũbentia, ex quo probat possessionẽ dñi Christophori tempore incœpti processus, quo ipse eam habet, & turbationẽ datam ab hominib. circa hoc ius distribuendi sal: & primo hoc expresse deponit primus testis qui super iiij.v.vi.articulis interrogatus respõdet, se uidisse sal leuari in loco salinarũ, & portari ad locũ de Vuillaffans, & ibi distribui inter habitantes per cõmissarios & deputatos à D. Ferrãdo, cui successit dicta Anna: & post mortem dicti dñi Ferrandi dicit se uidisse illo iure uti & gaudere D.Christophorũ & Annam iugales, per plures annos, usq; ad tempus quo habitantes turbarunt, & impedimentum donarunt ipsis dominis: & in specie deponit qui fuerint conductores talis iuris distribuendi. Idem deponit secundus testis, qui dicit se post dicta rolla conduxisse illud ius distribuendi. Et licet locatio sola quo ad tertium non probet possessionẽ, Bar. & Doct.in l.qui uni 8
uersas. §.quod per colonum.ff.de acqui. possess. & in l.quamuis.§.i.eod.tit. Deci. d.consil.ccciij.col.v.tamen hic deponit se distribuisse nomine locantis, & sic apparet de possessione distribuendi, maximè quòd hic testis deponit de facto proprio, unde sibi magis est credendum, ut uult idem Decius propriè in probatione possessionis consil.lvi.col.ij. Et probatur etiã per eum turbatio, dum dicit, se usum & gauisum illo iure donec habitantes cœperunt turbare. Idem deponit tertius testis, qui conduxit post secundum testem, & per plures annos distribuit. Idem quartus testis, qui deponit de locatione facta Nicolao & Stephano Perretto, & quòd tanquam receptor ipsius domini recepit decem libras pro pensione ab ipsis Perrettis, quod fuit etiam probatum per librum authenticum. Vnde optimè ex locatio- 9
ne, iuncta perceptione pensionis, probatur possessio, ut in suprà dictis locis habetur, & Afflict.decis.cccxxv. facto uerbo. Et subdit, quòd à tempore dicti rolli usque ad tempus mandamenti nouellitatis & turbationis dicti domini possederunt, nec unq; uidit nec scit ipsos homines se impediuisse in leuando seu distribuendo sal. Super alijs testibus non est laborandum, quia satis est sufficienter probatum per prædictos. Deinde sequentes

testes deponũt,se uidisse prædictos testes conduxisse: unde cum ipsorũmet habeamus testationes, non est ulterius instandum. Ex suprà dictis igitur est probata possessio requisita utroq; tempore,& turbatio,cum probetur possessio prædictorum à tempore rolli usq; ad turbationẽ & processum. Ex aduerso uident optimè probasse intentionẽ suam etiam prædicti homines de Vuillaffans, in hoc interdicto possessorio retinendæ; & assumendo dicta illorũ testium quæ magis faciunt & quadrant in proposito, eorũ possessio uidetur probata per quintũ testem, qui deponit, quòd à triginta annis post rolla uidit & scit sal esse leuatũ nomine hominũ & habitantiũ de Vuillaffans in loco salinarum,& conductum ad dictum locum, & ibi per primarios & scabinos & eorum cõmissarios & negociatores fuit distributum & uenditum per decem annos continuos,quo postea discessit. Cum itaque
10 hic probetur initium possessionis,& tempore processus & turbij afferant prædicti homines etiam possedisse, præsumit continuata possessio, quod sufficit in hoc interdicto. Pract. Papieñ. in d. forma lib. turba. poss. in uerb. hodie. in fin. Cyn. & Bal. in l. fin. col. fin. C. uti possid. Socin. in terminis nostris in consil. lix. uisis actis. uol. iiij. Idem probat optimè sextus testis, qui deponit se leuasse sal nomine hominũ,& uidisse distribui, & quòd ipsemet distribuit, eorum cõmissione, à tempore rolli usq;(quòd nõ est multum)quòd quidam Franciscus Marnault intromisit se nomine sequestri uendere & distribuere dictũ sal; unde deponit cõtinuationẽ possessionis à tempore rolli usq; ad litis cõtestationem & turbiũ,cum processus à multis annis fuerit incœptus,ut ex actis apparet,& ex mandamento nouellitatis & sequestri. Idem probat nonus testis, deponendo à tempore rolli usq; ferè ad tẽpus præsens, cum dicat esse circa tres annos quòd fuit indigẽtia salis in loco de Vuillaffans,quia pro una die mercati,dicti primarij & scabini cessarũt sal distribuere. Ad idem decimus,qui deponit à tempore rolli usque ad pręsens,& omnes postea super octauo articulo expresse dicunt de possessione. Turbatio autem uidetur probata per dictum mandamentũ gardiæ & nouellitatis emanatũ ex parte dñi Christophori & Annæ. Nam negando dictos homines 11
possidere,uel se possidere,dicit inferri turbatio,ut per Feli. in d. c. licet. not. xij. & ibi Deci. in gl. super uerb. possidet. col. antepen. Et dictam turbationẽ cum sua qualitate expresse probãt decimus & decimusquartus testis. Cum itaque sit probatio æ- 12
qualiter facta ab utraq; parte, uident partes iudicis in pronũciando, uti possidetis ita possideatis, secundum Iacob. Butrig. in l. i. C. uti possid. Vel secundũ Bar. in l. si duo. ff. uti possid. iudex faciet diuisionẽ possessionis. sequunt Pract. Papieñ. in d. libello, in uerb. ad cessandum. & Ang. de Aret. in §. quadrupli. Instit. de actio. col. fin. Verũ iterum atq; iterum bene perpensis & consideratis dictis testiũ, uidet ex pluribus, in fauorẽ habitantiũ esse pronunciandũ. Primo, quoniam cum in hoc interdicto utraq; pars probet de possessione, ille præfertur qui probat de antiquio- 13
re, ut dixi suprà. Et hoc solum fundamentum est sufficiens ad faciendum obtinere in possessorio retinendę, ut ultra ibi dicta firmat bis uel ter Decius d. consil. ccccij. & Dd. alibi sæpe. De eorum autem possessione antiquiore apparet. Nam rolla facta fuerunt de anno 1510. & 1512. unde sunt triginta seu triginta duo anni. Nunc dñs Girardus probat tantum de uiginti sex, uel etiam minus; nam eius tertius testis Nicolaus Perrette deponit de xxiiij. annis, ut primus & secũdus probãt, quòd ante dictum Nicolaũ Petrus Marnault per duos annos cõduxerat. Et idem uult quartus testis, quinimò ille secundus testis qui est illemet Petrus Marnault, testatur & dicit, quòd primo loco sibi fuit locatum illud ius à domino Ferrando, cui postea successit illa dña Anna. Cæteri autẽ testes nihil ulterius dicunt; nam omnes deponunt quòd uiderunt dictos Perret & Marnault leuare & distribuere sal nomine dominorũ, & non deponunt plusquã de xx. annis uel circa. Et confirmat etiam per primũ testem, qui dicit dictos dños fuisse in possessione istius iuris per septem annos ante mandatum nouellitatis, quod emanauit anno 1524. die uigesimoquarto Febr. & sic sunt decẽ & nouẽ anni,

anni, & iunctis septem, sunt XXVI. Ex
aduerso, ex parte hominum & habitan-
tium probat de initio possessionis trigin-
ta annorum & plus, per quintum testem,
qui deponit, quòd post rolla per decẽ an-
nos durantes, id est, continuos & ordina-
riè usq; ad annum 1521. cum discessit, di
cti habitãtes usi sunt illo iure, & rolla fue-
runt facta, ut suprà dictũ est, anno 1510.
& 1512. Cum eo cõcordat decimus testis,
qui deponit, quòd post rolla, id est, ex tũc
usq; ad presens, dicti habitantes fuerũt in
possessione. Et licet testis qui dicit talem
possedisse post talem, non probet statim
post eum possedisse, Domin. in c. i. de cõ-
stit. in vi. Feli. in d. c. licet. col. vi. not. x. &
14 q̃uis testis qui deponit aliquẽ possedisse
à dicto tempore, uel post dictum tempus
citra, nõ probet continuam possessionẽ,
Bart. in l. i. §. quod autem. ff. de aqua quo-
tid. & æst. & in l. Celsus. col. fin. ff. de usu-
cap. Alex. consil. cviij. col. iiij. ij. uol. tamẽ
quando adsunt uerba importantia conti-
nuationẽ, optimè probant, ut dicit idem
Bar. in d. §. quod autem. Sed hic adest illa
dictio, ex tunc, quæ denotat extremitatẽ
temporis, & sic extremitatem principij,
post rolla. Bart. in l. tutoribus. ff. de testa.
tutel. & in l. si his. §. i. ff. de condict. & de-
monst. Item est dictio, usq;, quæ denotat
continuationem. c. ij. extra de capell. mo-
nach. §. quòd si fugerit. Instit. de empt. &
uend. Ex quo infert Alberic. in dictiona-
15 rio suo, in uerbo, usq;, quòd si testis depo-
nat se uidisse aliquem posidere à tali tem
pore usque nunc, intelligitur de tempore
continuo: & licet hic testis erret in tempo
re confectionis rollorũ, dum dicit ea fuis-
se facta de anno 1520. aut 1526. hoc ni
hil refert, quia apparet de uero & præciso
tempore ex productione authentica ip-
sorum rollorũ. Conuenit quoq; cum præ
dictis decimusoctauus testis, qui depo-
nit quòd incontinenti & eodemmet tem-
pore post ordinationes rolli habuit onus
nomine habitantiũ leuandi & distribuen
di sal: & licet uacillet de tempore facti rol-
li, quia dicit esse XXVII. annos, hoc ni-
hil refert, ut proximè dixi, quia aliũde ap-
paret de dicto tempore. Præterea adhuc
hic testis excedit testes D. Girardi per an
num. Ad idem facit decimusnonus testis,
qui deponit de tempore incõtinenti post
factas ordinationes rollorum. Secundo,
pro habitantibus facit pluralitas testium. 16
c. licet. extra de probat. ubi omnes. Bar. in
l. si duo. col. ij. ff. uti posid. Curt. iunior
consil. clxviij. col. penul. præsertim quòd
testes qui faciunt pro dño Girardo sunt
singulares: & licet in possessorio uideantˇ 17
sufficere semipleneę probationes, propter
modicum præiudicium, ut per Bar. in l. i.
col. ij. C. quorũ bonor. Decius d. consil.
dclxiij. & consil. lvi. tamen hoc non est tu
tum nec absolutũ, quia cõtrarium, quòd
nõ sufficiant testes singulares, uult idem
Bart. in extrauag. ad reprimendũ. in uer-
bo, summariè. Panor. consil. xlij. ex mul-
tis. uol. i. Corneus consil. ccxv. uidetur in
hoc. uol. iiij. Et quicquid sit, istud est du-
bium, unde præualere debent testes habi
tantiũ qui sunt concordes. Tertio pro illis
facit, quia in hoc iudicio præferuntur te- 18
stes qui uerisimiliora negocio deponũt,
ut habetur per omnes in d. c. licet. ubi Fe-
lin. notab. x. & Deci. xi. Et uerisimiliora
dicuntur quæ consonant iuri communi.
Sed uidemus cõmuniter hanc distribu-
tionem salis fieri per hunc comitatũ, per
habitantes locorum, non per dominos.

Bellonus. Dolæ.

1 *Collecta in dubio imponitur per æs & libram.*
2 *Bona mobilia & pecuniæ solent æstimari ubi non est æstimum certum.*
3 *Taxæ equorum an debeant imponi capitibus, an uerò rebus.*
4 *Munus aliquod an sit reale uel personale, inspicitur prima causa.*
5 *Collecta debet imponi super fumantibus seu focolarijs, quãdo onus cuius causa imponitur respicit fumantes.*
6 *Collecta est onus fructuum, ideo non soluitur de bonis sterilibus.*
7 *Vsufructuarius soluit collectas, non proprietarius.*
8 *Muneris realis triplex est species.*
9 *Taxa salis debet imponi capitibus.*
10 *Taxæ equorum imponuntur personæ pro rebus.*
11 *Ordinatio ciuitatis est illa, quæ dat modum soluendi collectas.*
12 *Statutum contra ius commune in materia collectarum ualet.*
13 *Consuetudo plurimũ attenditur in solutione collectarũ.*
14 *Forenses ex consuetudine possunt collectari.*
15 *Consuetudo decem annorũ sufficit in solutione collectæ.*
16 *Collecta debet solui etiam de eo quod quis lucratur.*
17 *Vltima derogant prioribus.*

Consilium XII.

DEO opt.max.autore. Cir-
ca distributionem onerũ oc-
currentium in oppido Flo-
renzolæ,aliqua sunt quæ fa-
ciebant dubitationem,quòd
tertia pars dictorum onerum nõ esset im-
ponenda capitibus, maximè respectu ta-
xarum equorum, de quibus uidetur po-
tißimè agi. Et primo,quia in dubio onus
collectæ imponitur rebus,id est,personæ
pro rebus. Doct. in l.iiij. §.actor. ff. de re
iudic.per l.rescripto.§.fin.ff.de munerib.
& hono,fa.l.i.C.de mune.patrimon.ibi,
pro modo fortunarũ,& dicit gl.ubi etiam
Bart.in l.i.C.de apochis pub. quòd colle-
1 cta imponitur per æs & librã,& tam par-
uis quàm magnis,& qui plus habet,plus
soluat. refert & sequitur Bart. in l. unica.
C.de mulierib.in quo loco,lib.10.& idem
uult Bald. in l.i.§.quod si nemo. ff. quod
cuiusque uniuers. nomine. col. xix. qui
2 dicit,quòd ubi non est æstimũ, ut Floren-
zolæ, fit æstimatio bonorũ mobiliũ & pe-
cuniæ. idem uolunt Doct. in l.placet.C.
de sacrosan.eccles.& Petr.de Vbal.in tra-
ctatu collectarũ.col.ij.Et dubium non est
onera in dies occurrentia appellari colle-
ctas, cum non habent cursum ordinariũ
& certum, iuxta tradita per Bart. & alios
in locis sã alleg.maximè moder.in d.l.pla-
cet. & in d. tract. qui ex hoc constituunt
differentiam inter collectã & tributũ. Se-
cundo, licet respectu onerum occurren-
tium,maximè taxarũ equorũ,sit facta cõ-
positio ut tantum soluatur, & propterea
uideatur munus patrimoniale quod per-
sonæ tantũ indicitur, cum unaquæq; per
sona nunc tantum soluat,unde imponen
3 dum crederet personis seu capitibus, ut
de huiusmodi munere dicunt Doctores,
& in fine subijciam: tamen attenta causa
primæua & antiqua,unde hoc munus de
scendit, est munus patrimoniale quod
personæ indicitur pro rebus: olim enim
per loca distributi fuerũt equi & milites,
ut inde alimenta & stipendia fortè etiã ac-
ciperent. Quod cum esset molestũ inco-
lis,transactum est ut tantũ pecuniæ ero-
garetur,atq; omnia sibijpsis subministra-
rent:quo fit ut cum patrimoniũ hoc one-
re defatigaretur, ipsum patrimoniũ hoc
onus respiciat. Vnde succedit cõmunis
theorica Doct. quòd ad cognoscendum
munus quale sit inspiciẽ prima causa, nõ 4
status præsens.Bart.in d.l.unic.C.de mu
lieribus in quo loco. & in d.l.iiij.§.actor.
Bald.in d.§.quòd si nemo. & in l.etiã. C.
de exec.rei iudicat.moder. in d.tract.col.
iij.Socin.consil.cxxix.præstantiss. col.fi.
Concludendũ est itaq;,cum hoc onus pa
trimoniũ respiciat,per æs & libram impo
nendum,iuxta prædicta. Et idem dicunt
Doct. quando esset facta compositio su-
per aliquo onere quod capita respiceret,
ut tunc super capitibus imponatur, ut in
locis sã alleg.maximè Bart.in d.§.actor.&
Socin.in d.consil.Idem quando onus re-
spiceret fumantes siue focolaria, ut tunc 5
focolaribus imponi debeat, ut ibi habeẽ,
licet super his esset transactũ in tanta pe-
cunia. Et facit ad prædicta quod uolunt
moderni in d.tract.col.iij.in fi.quòd si do
minus Mediolani mandet Mediolanen-
sibus ut mittant mille homines ad exerci-
tum, licet res pecunia cõponatur, hoc est
munus reale, quod imponitur personæ
pro rebus,cum pecunia expediatur, ideo
per æs & libram & super patrimoniũ im-
poni debet. Tertio, collecta est onus fru- 6
ctuum.l.neque stipendia.ff.de impens.in
reb.dot.factis.Bart.in l.quod bonis.ff.de
cess.bonor.Bald.in l.ad instructiones.C.
de sacrosan. eccles. & in Auth. defuncto.
col.fin.C.ad Tertull. Hinc est quòd pos-
sessiones steriles quæ non afferunt utilita 7
tem,non collectantur.Moder.in d.tract.
col.ij.in fi.Hinc est quòd fructuarius sol-
uit collectas,non proprietarius.l.quæro.
& ibi Bart.ff.de usufr.legat. Alex.consil.
xxxv.uiso processu.iiij.uol.cum simil. &
tradit latè Deci.consil.cclxxxv.col.i. Sed
persona non parit fructus,neq; computa
tur in fructu.l.in pecudum.ff.de usufr.§.
in pecudũ.Instit.de rer.diuis. ideo dicen-
dum uidetur ut non sit collectanda. Vlti
mo, posito quòd personæ sint collectan-
dæ, debent collectari secundum ordines
Placẽtinos, ad quos se refert compartitũ
Florenzolæ,cum relatũ sit in referente.l.
asse toto.cum simil.ff.de hære. instit. Sed
in ordinibus Placentinis disponiẽ,ut unũ
caput

caput recipiat æstimationem tantum de-
cem librarum, ergo erit tantū pro ea sum-
ma unumquodq; caput collectandū, non
pro tertia parte onerum.

Suprà dictis tamen nõ obstantib. aliud
de iure concludendū arbitror: & conside
randum est quòd agimus de munere rea-
8 li siue patrimoniali, cuius triplex est spe-
cies, ut per Doct. in locis s allegatis in pri
mo fundamento partis cõtrariæ, maximè
Ias. in d. l. placet. col. i. Primū est persona-
le tantū, quod nõ respicit bona nec patri-
moniū, in quo computatur salarium po-
testatis & aliorū officialium, & in effectu
omne onus ex quo persona cõmodū per-
cipit, ut per Bar. in d. §. actor. & in d. l. i. de
mulier. in quo loco. Et istud debet impo-
ni per capita, cum capita ex hoc leuamen
sentiant, etiam si de tali munere transige-
retur ad tantam pecuniam, per dicta s in
secundo fundamento: & appellatur capi-
9 tatio: & in hoc ego computo onus salis,
cum respiciat personas tantū, & per buc-
cas, ut dicitur, distribuatur, ut nouissimè
tenet Ant. Rub. consil. xxi. col. ij. Vnde
respectu salis etiam de iure cõmuni non
est quòd dicti homines Florenzales con-
querantur. Secūdum est munus reale, id
est, quod respicit res, & ideo imponit̃ per
sonis pro rebus habita ratione facultatū:
& in hoc computat̃ omne onus per quod
bona recipiunt leuamen quod respicit pa
10 trimonium: & in hoc computabunt̃ taxæ
equorum, quia per eam solutionem suble
uatur uniuersitas à præstatione alimento
rum præstandorū, ut s dixi, militibus: &
hoc onus siue munus ueniret distribuen
dum de iure cõmuni. Aliud tamen sentio
in hoc casu per infra dicenda. Primo per
ordines dictæ cõmunitatis Florenzolæ,
quæ conuocato solenniter concilio astan
te prætore de consensu principis dicti lo-
ci, statuerunt compartienda onera esse se
cundum ordines Placentinos, approba-
tos per illustriss. Duces Mediolani & san
ctiss. Pontif. ut in actis apparet. Sed in or-
dinibus Placẽtinis statuitur ut tertia pars
onerum capitibus imponatur, ergo &c.
11 Et hęc ordinatio & distributio est illa quę
dat normam & modum solutioni, secun-
dum Bald. in l. i. §. quòd si nemo. qui dicit
collectam imponendam esse per æs & li-
bram, nisi reformatio expresse distribuat̃
in alium modū: quia prout expresse distri
butum est, ita debet solui. allegat in arg. l.
quoties. & l. nõnunq̃. ff. ad Trebel. Facit,
quia dicta cõmunitas Florenzolæ, in his
quæ cõmunitati spectant potest condere
statuta, ut per Bart. in l. omnes populi. in
prima part. principali. ff. de iustit. & iure.
Sed per statutum potest disponi cõtra ius 12
cõmune in solutione collectarū. Alex. in
apostill. ad Bart. in l. neq; stipendiū. ff. de
imp. in reb. dot. fact. & in consil. lij. v. uol.
Decius consil. cccxxxv. quia dicta cõmu-
nitas potuit statuere ut tertia pars onerū
contra ius cõmune capitibus indicatur,
maximè cum ratione mota fuerit, ut sta-
tim dicam. Secundo multum obstat iuri
cõmuni inueterata consuetudo, quæ po-
tuit legi scriptæ derogare, iuxta not. in l.
de quibus. ff. de legib. Siquidem iam per
infinitos annos semper seruatum est hoc
& Florenzolæ, & in toto agro Placenti-
no, ut tertia pars onerum imponeretur ca
pitibus: & hæc cõsuetudo est regina, quæ 13
dominat̃ & regit solutiones huiusmodi,
ut de pædagijs uult Alex. d. cõsil. lij. & plu
ra consilia de hoc allegat Decius consil.
dxxxiiij. & consil. dcxlix. col. i. & dicit ex-
presse Bart. in l. missi opinatores. C. de ex
acto. tribut. lib. x. quòd in hac materia est
principaliter attendenda consuetudo. Et
dicunt moderni Taurinenses in d. l. pla-
cet. quòd licet in sex tantū casibus domi-
nus possit imponere collectam, tamẽ po-
terit in pluribus, si extat consuetudo, quę
secundum eos in hac materia multū ope-
ratur. & faciunt notata in d. apostilla l. ne
que. Hinc uidemus, quòd licet collecta
non possit imponi forensi pro bonis hic
sitis, tamen consuetudine obtentū est cõ- 14
trarium, ut per Bar. & Doct. in locis s sæ
pius allegatis. Hinc est quòd licet à mune
re capitationis, quod personis tantū im-
ponitur, exempti omnes essent, præter ru
sticos, l. ætatem. ff. de censib. Bart. in d. l.
unica. C. de mulierib. in quo loco. & est
rub. C. de capit. ciuium. lib. 11. tamen ho-
die ex cõsuetudine omnibus imponitur.
Vnde cum munus capitationis, quod ca-
pitibus tantū imponebatur, à legibus ex-
tensum sit ut omnibus imponatur, non
debet uideri graue si alia munera pro ter-

tia parte tantum capitibus imponantur, ita moder. in d. l. placet. num. 42. Et ab hac consuetudine recedendum non est, cum sit multum rationabilis, ut tradunt Doct. in c. fin. de consuetud. ubi Rochus Curt. latissime. Et licet Bart. in d. l. unica, dicat exigi consuetudinem temporis cuius nõ existat memoria in cõtrarium, tamen aliter idem sensit in l. i. C. de auro corona. libro 10. ubi uoluit sufficere antiquam con
15 suetudinem, & antiqua dicitur decem annorum. Panor. in c. final. col. viij. extra de consuet. Sequitur Iason in d. l. de quibus. col. viij. & hæc est cõmunis, quam tenent moder. in d. tractatu, col. ij. & in d. l. placet. num. 103. Curt. iunior consil. lx. col. i. & consil. lxi. col. iij. ubi late. Concludo itaque, capitibus onus imponi posse in præsentia, sicut hactenus fuit impositũ. Nec uideo quare conquerant hęc capita, cum etiam hi quorum patrimoniũ oneribus subijcitur, capita collectis obnoxia habeant. Non obstant modò in contrariũ adducta, quibus licet ex suprà dictis pateat responsio, tamen magis in specie respondendo, nõ obstat quòd in dubio collecta imponatur per æs & librã: nam hoc fateor, quando ignoramus ex qua causa onus descendat. ita dicunt Doct. in locis in contrarium allegatis. Sed respectu salis & taxarum scimus ex qua causa hoc onus proueniat, & an sit personale tantũ, uel personale pro rebus, ut suprà ostendi. Præterea consuetudo facit ut non simus in dubio, sed in casu claro, cum det formam his solutionibus. Secundo non obstat quòd taxæ equorũ sint onus quod imponitur personæ pro rebus, cum esset imponendum per æs & libram: nam id procedit de iure cõmuni: sed in casu nostro extant ordines cõmunitatis, & consuetudo antiqua, quæ derogant iuri communi. Tertio non obstat quòd collecta sit onus fructuum, sed persona nõ parit fructum, neq; est in fructu: nam hoc negari potest, quia licet quis nõ possideat immobilia, potest tamen ex sua persona lucrari
16 negociãdo, & super tali lucro imponi collecta, ut per Bald. in d. §. quod si nemo. & in l. etiam. col. penul. C. de execut. rei iud. Posito tamen quòd ex persona sua is non caperet fructum, uel talem fructũ qui uix ad alimenta sufficeret, utiq; tunc non collectabitur. Alex. in d. l. iiij. §. actor. Iason in l. auus. ff. de pactis. & tunc procedet fundamentum in cõtrarium adductum. Et ideo est quòd non omnis persona collectatur, sed à certis annis suprà. Et hac ratione, quòd lucrum etiam personarũ debeat considerari, fuit inducta consuetudo ut pro aliqua portione collectari possit, ut latius deducit Dn. Homodeus in suo discursu, quẽ super hoc facit. Vltimo non obstat quòd unum caput sit tantum collectandum pro summa & æstimatione decem librarum, secundum ordines Placentinos: quia respondeo quòd illa taxa decem librarum fuit tantum facta ut inuenirentur capita, nõ ut pro ea summa essent censenda, cum hoc iniquum fuisset: quoniam propter uarietatem locorũ plus & minus capita ueniunt æstimanda, prout plus & minus patrimonij reperitur. Et quòd hoc fuerit de intẽtione deputatorũ magnificæ cõmunitatis Placentinæ apparet, quia illa regula de decem libris pro capite, fuit facta saltem de anno 1530. & noui ordines Placentini fuerunt facti de anno 1534. in quibus disponitur quòd seruentur ordines antiqui, qui uolunt tertiã partem onerum imponi capitibus. Vnde posito quòd ita aliquando uoluissent, per posteriores ordines est anterioribus dero 17
gatum, arg. eorum quæ notantur in l. pacta nouissima. C. de pactis. & Decius d. consil. cccxxxv. Et ita dico iuris esse, saluo iudicio melius sentientis.

Bellonus. Placentiæ.

1 Statutum de lucrando dotem intelligitur secundum terminos l. hac edictali. C. de secund. nupt.
2 Mulier secundo nubens, censetur dare dotem secũdo marito, secundum l. hac edictali. C. de secund. nupt.
3 Argumentum ualet à pacto ad statutum.
4 Verba, pleno iure, quomodo intelligantur.
5 Ciuitas potest facere statuta in rebus quæ ad se pertinẽt.
6 Casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis.
7 Extensio non est admittenda in correctorijs.
8 Statutũ, unde uir est oriundus, attenditur in lucro dotis.
9 Statutum potest derogare l. hac edictali. quando appa ret de mente statuentium.
10 Relatiuum, qua, uel aliqua, uerificatur in qualibet minima specie.
11 Donatio causa mortis non requirit insinuationem.
12 Verba illa, ex ipso matrimonio, sunt termini restrictiui.
13 Statuti uerba debent ita intelligi ut aliquid operentur.

Gemi-

14 *Geminatio multum operatur.*
15 *Statutum disponens quòd occîdens hominem puniatur pœna mortis, debet intelligi, si dolo occiderit.*
16 *Statutum habens clausulam, non obstante, censetur derogare l. hac edictali. C. de secund. nupt.*
17 *Statutum ambiguum in una parte, declaratur per aliam.*
18 *Exceptio declarat in quibus terminis regula loquatur.*
19 *Statutum de lucrando dotem, recipit interpretationē ab alio statuto loquente de materia, nō à l. hac edictali.*
20 *Statutum disponens maritum debere lucrari totam dotē, censetur derogare l. hac edictali.*
21 *Statutum potest auferre legitimam.*
22 *Dos prolata à statuto, non est uerbum iuris, sed facti.*
23 *Maritus in ciuitate Papiæ lucratur totam dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij.*

Consil. XIII.

DEO opt. max. autore. Casus iste qui in præsentia contingit, frequētissimus est, & propter autoritatē maximorum uirorū qui uariè consuluerūt, dubitabilis. Vnde prima facie plurima sunt quæ me retrahebant à cōsulendo in fauorē magnifici D. Frācisci Basti. Primo, quoniā licet adsit statutū in loco Valentiæ, quòd si aliqua mulier quæ nō sit origine de Valentia, nupserit in aliquē de Valeñ, si decesserit in matrimonio sine liberis, maritus succedat in dote: tamē tale statutū debet intelligi, ut nō plus lucretur
1 le statutū debet intelligi, ut nō plus lucretur maritus, quàm unus ex filijs primi matrimonij, secundū terminos l. hac edictali. C. de secund. nup. Siquidē huiusmodi statutū recipit interpretationē passiuam à d. l. hac edictali. & ab alijs ll. de illa materia loquētibus, iuxta doctr. Bart. in l. i. §. lex falcid. ff. ad l. falcid. & in l. si quis seruo. C. de furtis. & in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. in iiij. q. sextę quęst. principal. ubi etiā moderni. Et ita in specie decidit Bart. in d. l. hac edict. & in q. incipiente, mulier habēs amplū patrimoniū, col. pen. qui idem cō-
2 cludit in cōstitutione dotis, quādo mulier secūdo nubit, ut uideatur dedisse dotē secūdum terminos d. l. hac edict. Et cum Bar. est cōmunis opinio, ut per Dd. in d. l. hac edict. Alex. Ias. Deci. & omnes in Auth. præterea. C. unde uir & ux. & ibi Curt. iunior testatur hanc esse cōmunē: & idem cōsil. cxxij. col. pen. Cōmunē quoque asserit Soci. cons. lij. super hac. col. i. uol. iij. plura consilia deducens, quæ breuitatis causa omitto. Deci. cons. cclxxxiij. & diligenter. col. i. & cōsil. xix. col. i. & pro tenui. & hoc idē in fortiorib. terminis firmāt Curt. senior cōsil. lxxviij. dña. & Ias. in d. Auth. præterea. uolentes ut prædicta decisio habeat locū etiamsi statutū loqueretur per uerba prægnantia & uniuersalia, puta quòd maritus lucretur totā uel integrā dotem: requiritur enim secundū eos expressa derogatio d. l. hac edict. Secūdo fortius facit, quoniam quibuscunque uerbis utatur statutū, non uidetur posse derogare d. l. hac edict. aliàs sequeretur, quòd si maritus totā dotē haberet, filij priuarentur legitima, quæ cum sit de iure naturali, licet possit minui, tamen in totū tolli nō potest per ius ciuile, secundū multorū opinionē, ut refert Bar. in l. Titio. §. Titio genero. col. fi. ff. de cōd. & demon. Dyn. in c. indultū. de reg. iur. quos sequitur Bald. consulendo, Fulg. Cuma. Barbat. Socinus, ut per Deci. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. in fi. Item ualet ar-
gumentū à pacto ad statutū, ita ut cū non 3
potest fieri per pactū, non possit per statutum. gl. in rub. C. de decret. decur. lib. x. Sed per pactum non potest ueniri contra d. l. hac edict. ut ibi in text. habetur & per Dd. ergo nec per statutum. Tertio, posito quòd statutū hoc posset uerbis expresis uel generalib. in casu nostro statutū hoc expresse nō dicit, & uerba generalia non inferūt necessariò statuētes uoluisse derogare l. hac edict. Nam dicitur in statuto, quòd maritus pleno iure succedat in do-
te: illa uerba, pleno iure, possunt intelligi 4
respectu proprietatis & usufructus: ideo, ut dixi, nō inferūt necessariò derogationē d. l. cum aliud importare possint. Facit quod uolūt Dd. in l. centurio. ff. de uulg. & pupil. maximè Galiaul. col. lxxx. quòd si testator grauet hæredē restituere totam hæreditatē, censebitur prohibita Trebellianica, per illud uerbū, totam. Secus si grauauerit restituere hæreditatē pleno iure, cum illa uerba, pleno iure, possint intelligi respectu proprietatis & usufructus. & ita etiā uult Paul. de Cast. in Auth. liij. cū testator. C. ad l. falcid. Felin. in c. auditis. col. xi. de præscrip. Benedict. de Perus. cōsil. xxxvi. punct. dña. Quarto, etsi statutū diceret maritum debere succedere in tota

dote,nõ propterea uidet̃ etiam derogatũ l.hac edict. Probatur,nam cum mulier secundò nubit, si habeat filios ex primo matrimonio,nõ censetur dare simpliciter dotem secũdo uiro, quã dederat primo, sed secundũ terminos l.hac edict.ut uult Bartol.in d. q. mulier habens. Cum illud ergo quod nõ potuit esse in dote propter d. l.hac edict.nõ possit dici dos,igitur nõ ueniet in statuto loquente de dote. & ita in terminis nostris arguit Bald. consil.ccccxcv.quædam dña.col.i.uol.v. Quinto,filij ex primo matrimonio sunt Papienses,
5 unde licet populus Valentinus potuerit facere statutum circa pertinentia ad locũ Valeñ.ut per Bar.in l.omnes populi. i.q. ff.de iustit.& iur.& ibi Dd. & ita in præiudiciũ suorum,non tamen potuerũt hoc facere in præiudiciũ forensium, cum statutũ non soleat porrigere uires suas extra territorium.l.fin.ff.de iurisdict.om.iud.l. cunctos populos.C.de summa trinit.&fide cath.ubi Bar.latè & moderni. Vltimo multũ stringit,quoniã data etiã ualiditate statuti,& quòd statutũ uoluerit derogare dictæ l.hac edict.tamen non haberet locũ in casu nostro. Nam considero statutum quod exhibet̃ habere duo capita. Primũ loquit̃ simpliciter, quòd si mulier forensis nupserit in uirũ de Valentia &c.uir lucretur dotẽ: & hic cum nulla fiat mentio filiorũ primi matrimonij, potest intelligi, quando tales filij nõ extant. Secundũ caput est, quando mulier erat primò nupta Valentino, & tunc statutũ facit mentionem de filijs primi matrimonij, ut dimidiam dotis maternæ consequant̃. Casus igitur noster,quando forensis nupsit Valentino,& extãt filij primi matrimonij,an
6 maritus lucretur dotẽ,est omissus à statuto,ergo relinquit̃ dispositioni iuris cõmunis.l.si extraneus. ff. de cond. ob caus. l.si
7 cum dote.ff.sol.mat.Et cum simus in correctorijs,nõ est licita extensio, etiã à maioritate rationis. gl.in Auth.quas actio. C. de sacrosan.eccles.ubi Dd.Bar.in d.l.omnes populi.in iiij.quæst.vi.q.principal.& in l.si cõstante. ff.sol.matr.in ix.q. primæ quæst.principal.&utrobiq; repetẽtes,maximè cum hic tractet̃ de excludendis filijs ab hæreditate matris,&quod plus est,etiã à legitima.Et ita in simili arguit Curt. senior d. consil.lxxviij. col.v. & Decius d. consil.xix.col.xi.

Præmissis nõ obstantibus, cõsideratis diligenter uerbis statuti Valentini,cõtraria pars uerior in iure uidet̃ ex mente statuentiũ,ut scilicet D.Frãciscus lucret̃ totam dotẽ in præiudiciũ filiorũ primi matrimonij.Et anteq̃ ad fundamenta huius partis, quã intendo tenere, deueniã, sunt primò aliqua pręmittẽda.In primis,quòd 8
licet sit maxima disputatio in lucro dotis quod statutũ attendat̃,an mariti, an uxoris,&cõmunis sit opinio quòd statutũ unde est uir oriundus, in specie debeat attendi, secundũ Bar.in l.exigere dotẽ.ff.de iudicijs.& ibi Dd.maximè Curt.iun.& idẽ Bar.in l.cunctos popul. C.de summa trinit.& fide cath.in i.q.& ibi Ias.& moder. Dec.d.consil.xix.in prin.tamẽ in casu nostro hæc difficultas cessat, cum fortius & clarius sit statutũ in proposito nostro in ciuitate Papiæ, ubi disponit̃ maritũ lucrari totã dotẽ,q̃ in loco Valeñ. Quicquid tamen sit, satis est statutũ uiri inspiciendũ: & ita cum D. Franciscus sit Valentinus, circa statutũ Valentinũ est insistendũ. Secundo præmitto,quòd per statutum tolli 9
potest prouisio dictæ l.hac edict.cum cõtineat ius positiuũ, secundũ Bal. & Paul. in l.i. C.de reuocan.donat. Bal. d.consil. ccccxcv.col.fin. Et hæc est cõmunis opinio,ut post plurimas autoritates testatur Socin.d.cõsil.lij.in prin. cum quo transit Deci.d.consil.cclxxxiij.col.i.& cõsil.xix. col.ij. Tertio præmitto, quòd non modò uerbis expressis,sed generalibus,uel aliàs quomodocũq; constet de mente statuentium,potest derogari d.l.hac edict.ut per Deci.in d. Auth.præterea. C.unde uir & uxor.col.iiij.& in cõsilijs s̃ pluries allegatis.Curt.iun.in d.Auth.præterea. Rom. consil.xliiij. Salic.in d.l.hac edictali. quẽ sequit̃ Soci.d.consil.lij.col.iij. Cum itaq; expresse per statutũ Valentinũ nõ excludantur filij ex primo matrimonio, est perscrutandũ an hoc colligat̃ saltẽ ex uerbis statuti. In hac difficultate solent constitui duo casus,ut per Dd.in locis s̃ alleg. Primus est, quãdo statutũ simpliciter loquit̃ quòd maritus lucret̃ dotẽ, & tunc tale statutum recipit interpretationẽ passiuã à d. l.hac edict.ut per Bar.ibi,&est cõmunis.

& hic

& hic non est casus noster. Secundus ca=
sus est, quãdo statutum habet aliqua uer=
ba ultra suprà dicta, & tunc punctus est
est considerare, an ex illis uerbis inferatur
ad derogationem d. l. hac edict. Et hic est
casus noster, in quo dubitandum nõ est,
per statutum Valentinum esse deroga=
tum l. hac edictali. ut ex pluribus demon=
strabo. Primo cum statutum dicat, si qua
10 mulier &c. & natura illius dictionis est,
ut in qualibet minima specie uerificetur,
ut notat Bart. in l. si seruum. §. prætor ait.
ff. de acquirend. hæredit. Decius consil.
ccccl vi. col. i. Signorol. de Homod. cons.
clxxij. ser Antoni. col. penult. qui conclu
11 dit, quòd licet de iure communi donatio
causa mortis nõ requirat insinuationem,
l. fin. C. de donat. caus. mortis. tamen si sta
tutum dicat, si quis fecerit aliquam dona=
tionem nõ ualeat nisi insinuata, compre=
hendit etiam donationẽ causa mortis, per
illam dictionem, aliquam, quæ uerifica=
tur in qualibet specie. Est itaq; statutum
intelligendum hoc modo, Si qua mulier
&c. uel habens filios uel non, cum statu=
tum loquatur in omni muliere, ut ex illa
dictione patet. Secundo idem colligitur
ex alio, dum statutum defert lucrum mari
to, si mulier non habuerit filios ex ipso ma
12 trimonio. Nam illa uerba, ex ipso matri=
monio, sunt termini restrictiui: & natura
termini restrictiui est, ut quicquid non ex
cipitur, ponat. l. quęsitũ. §. idem respõdit.
& ibi nota. ff. de fund. instru. bonus text.
ad hoc in §. quia uerò aliqui. uers. siue ex
ipso siue ex alio matrimonio. in Authen.
ut nulli iudicum. coll. ix. & hoc modo ar=
guit Bald. in terminis nostris d. consilio
ccccxcv. quem sequitur Soci. d. consil. lij.
col. iij. quamuis idem Soci. aliter tenuerit
cons. lxxv. uol. iiij. Cum itaq; excipiantur
filij ex ipso matrimonio, filij ex alio matri=
monio dicuntur excludi. Alio modo in=
ducuntur per Soci. similia uerba d. cons.
lij. ex mente Roma. consil. xliij. & sequi=
tur Deci. d. consil. cclxxxiij. Nam si statu=
tum uoluisset etiam filios primi matrimo
nij impedire lucrum quod defertur mari
to, satis fuisset dicere, si mulier decesserit
sine liberis: sed cum addatur, ex ipso ma=
trimonio, ut hęc uerba nõ sint superflua,
debent intelligi ut ita ponant filios poste=
rioris matrimonij, quòd excludant filios
primi, maximè quia uerba statuti debent 13
intelligi ut aliquid operentur. l. ij. ff. de u=
sucap. & l. iiij. §. prętor ait. ff. de damno in
fect. & utrobiq; Bar. quod procedit etiam
ad correctionem iuris antiqui, ut habe=
tur per Alexan. in l. i. ff. de offi. eius. & ibi
latius dixi: & prosequitur Deci. d. consil.
cclxxxiij. colum. i. Tertio idem habet̃ ex=
presius dum statutum uult maritum suc
cedere pleno iure in dote, & omni iure
dotali: quæ uerba omnia ut aliquid ope=
rentur, debent intelligi tam de iurib. dota
libus quàm de bonis ipsis: & licet illa uer=
ba, pleno iure, possint aliter intelligi, ut
dixi suprà in iij. fundamento partis aduer
sæ, tamen hic sunt uerba geminata, quæ
geminatio immutat naturam illorũ uer= 14
borum, arg. l. balista. & eorum quæ ibi no
tant̃. ff. ad Trebell. Et hanc geminationẽ
induco alio modo in proposito. Nam li=
cet statutũ simpliciter disponens restrin=
gatur per ius cõmune, tamen hoc non ha
bet locum ubi uerba statuti sunt gemina
ta. Propterea dixit Salic. in l. data opera.
col. iij. C. qui accus. non possunt. quòd li=
cet statutum disponens, ut qui occiderit 15
hominem decapitetur, intelligi debeat, si
dolo occiderit: tamen si statutũ loquatur
uerbis geminatis, puta quouis modo uel
qualitercunque &c. indistinctè intelligi=
tur. & dictum Sali. sequitur Alexan. in l.
& si seuerior. C. ex quib. causis infamia ir
rog. & Ias. in l. in actionibus. ubi aliquan=
do dixi. ff. de in litẽ iur. Et possem de hac
uirtute geminationis plura cõgerere, sed
remitto me ad tractatũ de geminatione.
Item illa uerba, pleno iure, declarant̃ per
uerba sequentia, dum dicitur, Et in omni
iure dotali: quę uerba uniuersalia, omnia
includunt. gl. in l. à procuratore. C. man=
dati. facit decisio Bart. in l. generaliter. §.
uxori. in fi. ff. de usufruct. lega. Et uirtutẽ
geminationis in proposito nostro perpen
dit Bal. consil. xij. quæstio formatur. uol.
iiij. Idem expresse colligitur ex uerbis sta=
tuti dum dicit, non obstante aliqua ratio=
ne iuris uel iure. Pondera illam dictionẽ,
aliqua, iuxta dicta in prima coniectura.
Item põdera geminationẽ uerborũ iuxta
proximè dicta, quo fit ut præcise sit subla=
ta d. l. hac edictali, quocunq; casu: quod

ſuadetur ex eo, quoniam ſtatutũ adeò uoluit maritum lucrari dotem, quòd non ſolum tollit iura in contrarium facientia, ſed rationes iuris; & quando huiuſmodi
16 ſtatuta habent clauſulam, non obſtante, ſaltem generaliter, omnes conueniunt ut ſit derogatũ d.l.hac edictali.Bal.d.conſil.xij.Curt.ſenior d.conſil.lxxviij.col.final. Quinto,ſtatutũ habet duas partes:in una loquitur ſimpliciter, non facta mentione filiorum primi matrimonij,ut maritus lucretur dotẽ.In altera uult, ut ſi mulier habuerit uirum Valentinum,& ex eo ſuſceperit filios, quòd dimidietas dotis uadat ad dictos filios:ergo quando habet alium uirũ quàm Valentinũ,ſtatutũ debet intel
17 ligi prout iacet. Nam una pars ſtatuti aliã declarat.l.utrum.ff.de petit.hæred. l. i.ff. de reb.dub. & ita in ſpecie arguit Decius dicto conſil.xix.Confirmatur,nam ſtatutum in uerſ. etſi dicta mulier.loquitur eodem retento themate, quod apparet dum dicit, dicta mulier, & ita loquitur de muliere de qua ſuprà. & ille uerſ.uenit limitando ſuprà dicta:uult enim ſtatutũ excipere caſum,quãdo mulier nubens habue
18 rit alium uirum Valentinũ; ſed exceptio declarat in quibus terminis loquatur regula,cum debeat eſſe de genere regulæ.l. nam quod liquidæ.§.fin. ff.de penu lega. Alex.in l.ſenium. C.qui teſta. fac. poſſ. Decius in l.i.ff.de reg.iur.num.26. Igitur prima pars ſtatuti etiam loquitur, quãdo mulier habuit alium uirum quàm Valentinum,& ex eo ſuſcepit filios &c. Vltimo facit,quoniam,ut præſupponitur mihi in facto, adeſt aliud ſtatutum Valeñ. quòd mulier ſecũdo nubens poſsit dare totam dotem ſecundo marito; quod ſtatutũ derogat l. hac edictali. aliàs nihil operaretur illud uerbum, totam. & ita de ſtatuto Papienſi eo modo loquente tradunt Curtij in d.Authen.præterea. Itaq; ſtatutum
19 de lucranda dote debet recipere interpretationem ab illo ſtatuto,nõ à l.hac edictali.cum in habentibus ſymbolum facilior ſit tranſitus.& ita per hanc regulam dixit Petrus de Anchar.conſil.xciij.iſta domina.referunt & ſequuntur moderni in l. centurio.ff.de uulg.&pupill.Poſſem ſubtiliter alias coniecturas ſumere ex uerbis dicti ſtatuti ad derogationem d.l.hac edictali.ſed iſta luce clarius oſtendunt, illi l. eſſe expreſſe derogatum, & in claris non eſt opus alijs coniecturis.l.continuus.§. cum ita.ff.de uerb.oblig.Per hæc ſatis apparent ſublata in contrarium adducta: reſpondebo tamen in ſpecie, ut magis confirmetur præcedens opinio, quam fui ſequutus.

Non obſtat primo deciſio Bart. in l. hac edictali. quæ ſecundum Curtium & Iaſonem procedit,etiam ſi ſtatutum dicat 20
maritũ lucrari totam dotem; quia reſpondetur cõmunem opinionem eſſe in contrarium,cum Bartol.cõmuniter intelligatur quãdo ſtatutum ſimpliciter loquitur, ut per Decium d.conſil.xix.col.i.&Soci. d.conſil.lij.col.penult. & in ſpecie reprehendit hos Doct. Curt.iunior in d. Authen.præterea.Secundo dici poteſt,quòd in caſu noſtro ſunt uerba geminata,&adeſt clauſula,non obſtante; quibus ſtantibus non negat Curtius d. conſil. lxxviij. quin ſit derogatũ l.hac edictali. Non obſtat, quòd ſi ſtatutũ induceret lucrum dotis in totum, quòd filij ex primo matrimonio priuarentur legitima, & ſtatutum nõ poteſt tollere legitimam.Nam reſpondetur, magis cõmunem opinionem eſſe in 21
contrarium: quia licet ratione naturali ſit inducta legitima, eſt tamen inducta per ius poſitiuum, unde tolli poteſt.l.omnes populi.cum materia.ff.de iuſtit.& iur. & hanc eſſe cõmunem apparet ex cumulatis per Decium in d.l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur. quod quidem nõ habet dubium quãdo ſtatutum mouetur ex cauſa iuſta, ut in caſu noſtro, quò mulieres facilius reperiant maritos,&non ſtent uiduæ in maximis honoris periculis,ut experiẽtia docet. Item quia poſſet mulier habere alia bona, unde ſtatutum non tolleret certitudinaliter legitimam, quod fieri poteſt; & ita in terminis ſtatuti noſtri cõcludit Curtius in d. Authen.præterea. & Decius latè d.conſil.xix.col.pen. Nec obſtat aliud, quòd ſi non poteſt fieri per pactum, ergo nec per ſtatutum; quia reſpondetur ut in terminis per Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſtit.& iur.in iij.quæſt.iij.quæſt.principal. & ibi ſequuntur cõmuniter Doct. idem Bart.in l.non impoſsibile. ff.de pactis.& ibi omnes. Nõ obſtat tertio, quòd illa

illa uerba, pleno iure, non inferant necessariò, uoluntatem statuentium esse derogare l. hac edictali, iuxta notata in d. l. centurio. Primo, quia illa differētia inter uerba, totam & integram, & pleno iure, reprobatur ibi per modernos. Præterea hic adsunt alia uerba uniuersalia, scilicet omni iure: item uerborum geminatio, ut dixi suprà. Nō obstat quarto, quòd ex quo à principio non potuit dari tota dos, sed secūdum terminos l. hac edictali. id quod non potuit dari, non dicitur dos, ergo nō uenit in statuto loquente de dote. Ad hoc respondetur ut per Bald. d. consil. cccc
22 xcv. col. iij. quòd uerbum, dos, prolatum à statuto, non accipitur pro uerbo iuris, sed pro uerbo facti, ut designet res datas in dotē: quo casu quicquid in instrumento dotis continetur, dicitur dos, ut ibi latius per eum. Secundo dicitur, quòd in casu nostro adest aliud statutum, disponens ut mulier secundo nubens posit dare totam dotem secundo uiro, unde cessat penitus argumentum, cum l. hac edictali locum habere non posit. Non obstat quinto, quòd filij alterius matrimonij sunt forenses, qui non ligantur statuto Valentino. Nam ad hoc potest responderi, quòd mulier uidetur dedisse dotem secundum statutum loci mariti, d. l. exigere dotem. unde illis statutis ligaē, & per consequens filij eius hæredes. l. cum à matre. C. de rei uendic. & hanc responsionem prosequereut latius per Decium d. consil. xix. in fine. Secūdo nō curamus in casu isto quòd
23 statutum attendatur, cum in ciuitate Papiæ sit communis obseruantia uigore statuti sui, quòd maritus secundus lucratur totam dotem in præiudicium filiorū primi matrimonij, ut per Curtios in d. Authen. præterea. & practic. Papieñ. in forma libelli quo mulier agit ad dotē, in uerbo, dictæ dominæ Marga. in prin. & Curtius dicto consil. lxxviij. col. iij. Vltimo non obstat quòd casus noster fuerit omissus à statuto, quoniam in superioribus ex pluribus demonstraui clarissimè statutū in prima parte intelligi etiam de muliere quæ filios haberet ex alio uiro. His sublatis remanet firma hæc conclusio, dominū Franciscū Bastum debere lucrari totam dotem suæ secundæ uxoris, exclusis filijs primi matrimonij. Et ita sentio, subijciēs me iudicio saniori.

Bellonus. Papiæ.

1 *Institutio hæredis facit præsumi quem uoluisse testari, nō codicillari.*
2 *Testamentum nuncupatiuū non requirit scripturam, sed potest probari per testes.*
3 *Testamentum in terris ecclesiæ ualet coram duobus testibus & parochiano, uel saltem corā quatuor sine parochiano.*
4 *Hæres institutus in testamento, an posit testificari pro testamento.*
5 *Legatarius dicitur, cui est relicta pars bonorum.*
6 *Testis in causa propria quis esse non potest.*
7 *Legatarius quando posit deponere pro testamento in quo est sibi factum legatum.*
8 *Mulier non potest esse testis in testamento.*
9 *Testium numerus quamuis diminuatur, non tamen tollitur idoneitas.*
10 *Testis dictum nō probat si examinatur extraiudicialiter.*
11 *Testamenti publicatio qua solennitate sit facienda.*

Consil. XIIII.

DEO opt. max. autore. In casu proposito præmittendum est, uoluntatem ultimam de qua agitur esse testamentum, & testatricem uoluisse testari, ut expresse deponunt testes, & colligitur ex eo, quòd septem testes adhibiti sunt, & quod magis est, institutio 1
hæredis, ut est casus in l. illud. §. tractari. & ibi Bald. ff. de iure codicill. & in l. non codicillum. & ibi Alexan. & moderni. C. de testam. doctrina Bart. in l. i. in prin. ff. de iure codicill. Angel. de Aret. Instit. de uulg. substit. in prin. col. ij. Vnde si non ualebit ut testamentum, nullo alio modo ualebit. est casus in d. l. i. & not. per Doct. in dictis locis. Non est tamen curandum an interuenerit notarius, uel an sit confecta alia scriptura: quia cum hic tractetur de testamento nuncupatiuo, potest fieri 2
uerbo tantum sine scriptis. §. final. Instit. de testamentis. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. eod. & ibi omnes. Alexand. consil. cv. uiso. col. ij. uol. iiij. Et licet nuncupatiua testamenta in scriptis redigantur quotidie, illud fit ad probationem. glossa in d. §. per nuncupationem. & sequūtur Doct. in locis suprà allegatis.

facit l.contrahitur.ff.de pignor. & hypo. Secundo præmittendum est, quòd licet de iure ciuili in testamẽto requirant septẽ testes, d.§.fin.Instit.de testa. d. l.hac consultissima.in prin. & §.per nũcupationẽ. tamen de iure canonico, cum testamentũ est confectum in terris ecclesiæ, cõmunis

3 est opinio ut sufficiant duo testes cum parochiano, uel quatuor sine parochiano. Panor. Barbat. & alij in c. cum esses. per illum text. extra de testa. Alex. cõsil. cxlvi. uiso themate. col. ij. uol. ij. & consil. xvij. ponderatis. col. penult. uol. iij. Et licet aliqui in foro ciuili hoc non teneant, tamen cõtra eos firmat hanc esse cõmunem opinionem Deci. consil. cclxxxiiij. uiso puncto. col. iiij. Licet ergo om̃es testes de quibus agitur, nõ probarent sufficienter, sufficient quatuor ex eis, ut in simili proposito dicit Corneus cõsil. xxxi. in causa. col. i. uol. ij. Discurrendi ergo sunt omnes testes, & uidendum quomodo probent. Et

4 primo quantũ ad eum, qui etiam est ipse hæres institutus, nullam fidem facit. §. sed nec hæres. Instit. de testam. Et ratio assignatur ibi in fin. text. quia sibijpsi quodãmodo testimoniũ diceret, & non admittitur ut quis sit testis in causa propria. l. omnibus. C. de testibus. l. nullus. ff. eod. Sed propter hanc rationem saltem uideretur quòd respectu aliorum cohæredum posset testificari, tamen conclude cõtrarium, cum testamentum sit quid indiuiduum, nec possit pro parte probari, & pro parte improbari; nec possit iste pro alijs testificari, quin etiam pro se testificetur. Cyn. in l. furiosum. C. qui testam. fac. poss. Bal. per illum tex. in l. si is qui legem. ff. de testam. Corneus in terminis in consil. cclxvi. circa primum. col. iiij. uol. iiij. Quo ad Iacobum Ant. de Bosco, aut dicimus ipsum hæredem, & nõ potest esse testis, ut dictũ

5 est. Aut dicimus legatarium particularẽ, quod credo, cum sit sibi relicta pars bonorum, iuxta notata in l. si qui seruum. §. fin. per Bart. ff. de legat. ij. & in l. fin. ff. de usufruct. leg. & not. per gl. in l. mulier. §. fin. ff. ad Trebell. & ibi Alexan. & cõmuniter Doct. in l. his uerbis. ff. de hæred. instit. & Decius consil. ccclxxxvij. quæritur. & tunc uidetur dicendum quòd possit esse testis. §. legatarijs. Instit. de testam. l. qui testamento. ff. eod. l. si quis ita. ff. de reb. dubijs. l. dictantibus. C. de testa. In contrarium facit, quia legatarius nõ potest deponere de testamento, quin deponat de causa sua, cum legata dependeant ex testamento. l. eam quam. C. de fideicõm. l. si nemo. ff. de testa. tutel. ergo erit testis in cau- 6

sa propria. l. omnibus. C. de testib. cum similib. Ista est maxima difficultas, & Bart. in d. l. omnibus. dicit quòd est durum cõtrarium. Imol. in d. l. qui testamẽto. quòd est passus difficilis. Ias. in d. l. dictantib. reliquit cogitandũ. Pro resolutione distinguendum est, aut sumus in testamento in scriptis, aut in testamẽto nũcupatiuo per notarium confecto, quibus casibus nõ est necessaria depositio testium, sed creditur instrumento testamenti. Ias. in d. l. publicati. col. i. Aut pars confitetur ueritatem testamenti, tamen dicit non adfuisse legitimum numerũ testium, & istis tribus casibus indubitabile est legatariũ posse esse 7

testem in testamento, ut concludit Aretinus in d. l. qui testamento. & ibi Angel. & Salic. in d. l. dictantibus. & Socin. in d. l. si quis ita. Et ratio est ut per eos, quia de solennitate tantum tractatur, & non de ueritate. Aut sumus in testamento nuncupatiuo, quod probari debet per testes, & tunc cum tractetur de ueritate testamenti res est ambigua, & tunc est casus noster. In hoc passu fuerunt plures opiniones, prout multifariam soluuntur cõtraria suprà adducta; duæ tamen principales, altera Ioan. And. Panor. Ant. de Butr. in c. insuper. extra de testibus. qui uoluerunt quòd legatarius sit testis in testamento, tamen nõ sit integra persona, cum aliquod cõmodum sit ad eum peruenturũ, iuxta notata in c. personas. extra de testib. & eos sequitur Alexand. consil. clxxvij. uiso themate. col. pen. uol. ij. Aret. consil. lxxxij. col. iij. factum super. Feli. in d. c. insuper. col. vi. qui propterea inferũt, quòd quãdo ueniret probandũ testamentũ minori numero q̃ septem testiũ, legatarius nõ probaret, & in specie Alex. ubi s̃ infert ad c. cum esses. & sic ad terminos nostros. Altera est principalis opinio Bar. in d. l. qui testamẽto, quòd legatarius non possit testificari super suo legato, sed uniuersaliter poterit interrogari super toto testamento, & tunc

tunc nõ dicitur deponere super facto suo
principaliter, sed in consequentiã, quod
admittit, ut colligi poterit ex locis statim
allegandis; & ista est opinio cõmunis, ut
dicit Porc. in d. §. legatarius. & ibi moder
ni Bononien. & hanc dicit esse cõmunẽ
Alex. in d. l. dictantib. & Ias. ibi tandẽ fir-
mat, & Aret. in d. l. qui testamẽto, quòd le
gatarius est plenus & integer testis, & hoc
aliquibus rationibus, ea maximè, quia est
approbatus à testatore. & hanc quoq; esse
cõmunẽ opinionẽ uoluit Riminal. in d. l.
dictantibus. & sequitur Alberic. in tract.
de testib. quando testes repellant ratione
affectionis. viij. col. Alex. consil. xiiij. col.
v. uisis & cõsideratis. vi. uol. Afflict. decis.
Neapol. ccccij. nobilis. col. ij. Quo ad mu
8 lierem, de iure ciuili clarum est non posse
esse testem. casus est in l. qui testamento.
§. mulier. ff. de testa. & ibi gl. reddit ratio-
nem, & omnes Doct. ibi sequunt, nemi-
ne discrepante. & in §. testes. ubi moder-
ni Bononien. latè. Instit. eo. tit. De iure ue
ro canonico in testamento ad pias causas
potest esse testis. ita est cõmunis opinio, li
cet aliqui tenuerint contrariũ, ut habetur
in c. relatum. extra de testam. & in locis s
allegatis; & possent adduci infinita consi-
lia & autoritates, quia tamen res non ha-
bet dubitationẽ, non insisto. In testamen-
to ad non pias causas, in terris Imperij ser
uatur quod dictum est suprà, & habetur
in d. §. mulier. In terris uerò ecclesię (ut est
casus noster) uidetur dicendũ quòd mu-
lier posit esse testis, & ita expresse in ter-
minis c. cum esses, tenuit Panor. in d. c. co
lum. i. & ibi Petr. de Anchar. in iiij. notab.
& idem Panor. in c. relatum. eod. tit. col. i.
Verùm cõmunis opinio est in contrariũ,
ut per Alberic. in prima parte statutorũ,
quæst. cxxx. sequitur Alex. cons. ccxxvi.
uiso themate, in fin. uol. ij. & consil. ccxij.
uiso cõsilio, col. pen. & consil. cccxxi. ubi
omnino uidendum, quia uidetur ibi con
sultus in casu nostro. eod. uol. per totum
consiliũ. Barbat. consil. lviij. col. xvi. i. uol.
incip. clemẽtiss. Et hoc procedit siue quis
esset ruri, siue tẽpore pestis, uel belli; nam
9 licet ob necessitatem sit diminutus nume
rus testium, nõ tamen idoneitas, ut latius
per Alex. in dictis consilijs, maximè ccc-
xxi. Est bene uerũ, quòd si probaretur nõ
habitam fuisse copiam masculi nec actu,
nec potentia, tunc fœmina admitteretur.
Ripa in tract. de peste, in ij. quæst. secun-
dæ quęst. principalis. Quo ad duos testes
mortuos, nihil probãt etiam; nec prodest
quòd fuerint examinati, quia eorum de-
positio fuit extraiudicialis, & sine requisi 10
tis in tali publicatione, ut uoluit glos. in l.
hac consultissima. §. si quis autem. in uer-
bo, depositi. C. de testam. & ibi omnes, &
maximè Alex. qui limitat; & ideo esset ad
uertendum an essemus in aliqua ex dictis
limitationibus. Ias. in d. l. publicati. col. i.
eod. tit. Alex. d. consil. cccxxi. col. ij. Nec
prodest quòd testes superuiuentes dicant
alios duos adfuisse, quia perinde est ac si
ipsi tantum adfuissent, ut per Alex. d. con
sil. cccxxi. col. penult. Quo ad alios qua-
tuor testes qui supersunt, uidetur adhuc
posse probari dictum testamentum, iuxta
dicta superius in prin. maximè cum fue-
rint examinati cũ iuramẽto, cum autori-
tate iudicis, uidetur facta publicatio dicti 11
testamenti, & per consequens eorum di-
cta ualida esse, iuxta ea quæ habentur per
gl. & Doct. maximè per Alex. in d. l. hac
consultissima. §. si quis autem. Sed cõclu-
dendum est cõtrarium, quia dicta exami-
natio est nulla, cum sit facta sine citatione
eorum quorum interest, qui saltem uenie
bant per generale proclama citãdi, ut per
Alberic. Bart. Ang. Bal. Alex. & moder.
in d. l. publicati. Item non est sequuta ali-
qua declaratio iudicis interloquentis &
publicantis tales depositiones, quæ om-
nia requiruntur, ut ibi habetur. Item du-
bito etiam, quia non est commissa exami-
natio testium specialiter speciali notario.
Sed de hoc ultimo remitto me consuetu-
dini & stylo. Concludendum itaq; est, for
tasse non deficere ius, sed probationem.

Bellonus. Papiæ.

1 *Pactum de non succedendo hodie ualet si sit iuratum.*
2 *Renunciatio facta à filia in personam fratrum, ualet consentiente patre.*
3 *Renunciatio facta à filia, nocet nepotibus quò ad bona materna & sororis.*
4 *Filia dotata quæ renunciauit, nocet nepotibus si superuiuat patri.*
5 *Filia renunciante & decedente in uita patris, an nepotes posint uenire ex successorio edicto.*

6 *Dictio, omnino, significat omni casu.*
7 *Renunciare & repudiare differunt.*
8 *Renunciatio facta à filia, consideratur secundum statum præsentem, non futurum.*
9 *Filia aliquid accipiens in uita pro sua legitima, nihil ulterius consequi potest.*
10 *Renunciatio matris nocet filijs quando sunt hæredes.*
11 *Ratificatio quibus modis inducatur.*
12 *Renunciatio facta à filia in fauorem agnationis, nocet nepotibus.*
13 *Donatio inducitur quandò quis patitur scienter rem suã alienari in personam coniuncti.*
14 *Filia à statuto exclusa si renunciet, indistinctè obest nepotibus.*

Consil. XV.

DEO opt. max. autore. Quotidianus est casus qui mihi nunc offertẽ consulendus, & per Dd. nostros propter eius difficultatẽ uariè exagitatus, an renũciatio iurata facta per filiã, cum traderetur nuptui, de hæreditate patris, obstet nepotibus, maximè in facto mihi exhibito, cum Francisca filia mortua sit adhuc uiuo patre. Vnde ut melius & clarius res percipiatẽ, erũt distinguẽdi duo casus principales. Primus, quid iuris quo ad bona materna & fraterna. Secũdus, quo ad bona patris. Anteꝗ̃ tamẽ ulterius procedã, præmitto dictam renunciationẽ ualere.

1 Quãuis enim pactum de nõ succedendo esset reprobatũ à iure ciuili, l. pactũ quod dotali, C. de collat. & ibi gl. tamen nũc sustinetur de iure canonico si sit iuratũ, per c. ꝗ̃uis, de pactis, in vi. ubi casus, quia nõ est cõtra bonos mores, Bart. & Dd. in l. fi. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de uerb. obli. & in d. c. ꝗuis. Paul. de Cast. cõsil. cccxi. in princip. Viso puncto & alijs, in antiquis. Chassaneus cõsil. xxviij. col. ij. Nec obstat si dicatẽ, prædicta procedere quãdo filia renunciat patri: secus quãdo renunciat in manib. fratrũ, ut est in casu nostro: nam tũc inducitẽ uotum captandæ mortis in persona fratrũ aduersus patrẽ. Bal. cõsil. ccccxxvij. i. uol. & Cuma. in d. l. stipulatio. Nam respondetẽ, hoc

2 esse uerũ quando soror renũciaret fratrib. nõ cõsentiente patre: sed hic pater cõsensit & perseuerauit in cõsensu usꝗ̃ ad mortem, & ideo cessat uotũ captandæ mortis. l. fi. C. de pact. & latius per Ias. in d. l. stipulatio. col. v. & vi. ubi Crotus de Montefer rato col. ix. Soci. consil. lxxiij. super cõtrouersia. col. ij. uol. iij. Et licet causa agitetur in curia seculari, cum tamen tractetẽ de obseruando iuramẽto, & sic de peccato mortali, seruabitẽ ius canonicũ, iuxta not. in c. i. extra de no. op. nũc. & tradit Paul. in terminis nostris d. cons. cccxi. in fin. Quantũ modò attinet ad bona materna & sororis, 3 ualuit renunciatio, & obest nepotib. cum iam soror & mater essent mortuæ, & quæ sita hæreditas filiæ renuncianti, & ista renunciatio sit quædã donatio. Ideo cũ filij uenire non possint ex successorio edicto ex persona propria, quia mater eos antecedebat in gradu, & quæsiuit hæreditatẽ, est necesse ut ueniãt ex persona matris, quæ renunciauit, ut per Alex. cõsil. cxlix. uiso themate. col. ij. uol. vij. Paul. d. consil. cccxi. col. iij. Dec. consil. clxxxi. col. iij. Quantum ad bona paterna solent à Doct. in hac materia fieri plura capita. Aut filia quæ re 4 nunciauit & fuit dotata superuixit patri, tunc obest nepotib. quia dos quã habuit filia succedit loco legitimæ, & filia dicitur exclusa nõ uirtute simplicis renunciationis, sed quia partẽ suã percepit, ut per Bal. in d. l. pactũ. ij. q. C. de collat. & in d. l. fin. C. de pact. i. q. uidetẽ em̃ successisse, ideo tractandũ nõ est de successorio edicto. Et ꝗ̃uis aliter senserit Imol. in d. l. qui superstitis, opinio tamẽ Bal. cõmuniter recipitur, ut per Alex. in d. l. pactũ. col. fi. & ibi Dec. & Dd. in locis ſ alleg. maximè Georgius Nata in d. c. ꝗ̃uis. & Paul. d. consil. cccxi. col. fi. & hic nõ est casus noster. Aut filia decessit uiuo patre, & iste est casus no 5 ster, & tunc indistinctè renunciatio nõ nocet nepotib. si uelint uenire nõ ex persona matris, sed ex persona propria per successoriũ edictũ, ut per Bal. in d. l. fin. C. de pact. & in d. l. pactũ. sequuntẽ cõmuniter Dd. in d. l. qui superstitis. & d. l. pactum quod dotali. Et ratio est secundũ Paul. & Imol. quia mater dicitẽ potius excludi morte ꝗ̃ renunciatione: unde filij admittuntẽ ex persona propria ex successorio edicto, & renũciatio censetẽ facta sub cõditione, si hęreditas renuncianti deferatẽ: igitẽ cum non fuerit delata, cessat renunciatio, ut latius per Alex. in d. l. pactũ. & hanc partẽ pluribus rationibus tanquam cõmunem secutus

secutus est Steph. Bertrandi consil. cxxx-viij. thema, col. ij. uolu. i. Lud. Gonzad. consil. lxxv. col. pen. Limitatur tamē hæc cōmunis, quādo filia recepit dotem, & ea fuit cōtenta, tunc nocet nepotibus, ut per Lud. Roma. in d. l. qui superstitis. Ratio est, quia uidetur partē suam recepisse, unde filij eius nihil ulterius petere possunt, (quod mihi placet) per gl. fi. in d. c. quamuis, quæ intelligit text. in uerb. detrimentum, ut huiusmodi renūciatio noceat nepotibus. & tex. dicit, omnino pactū & renunciationē seruandam: & tantum est di-
6 cere omnino, quantū omni casu. gl. in l. si cum except. §. quatenus. ff. quod met. causa, & ibi Bart. i. notab. c. ex parte. el i. extra de off. deleg. Card. in Clem. i. q. xi. de uita & honest. cler. Nec potest bona ratio assignari diuersitatis inter casum quando filia moritur in uita patris, uel post mortē, cum accepit dotem, & ea fuit cōtenta pro portione sua. Nam licet cū simpliciter re-
7 pudiat, censeatur repudiare sub ea cōditione, si sibi hæreditas deferatur, nō sic est quando renunciat dote accepta, quoniā de præsenti dicit̄ accepisse portionē suā, cum renunciatio presupponat necessariā acceptationē, & postea in alium transtulisse, nullamq́ considerationem habuisse ad tempus mortis. Et hanc differentiā inter renunciare & repudiare facit Paul. de Cast. in l. sicut. C. de repud. hæred. & in l. si actione. C. de pact. sequitur in terminis nostris de renunciatione Soci. cons. xxxiiij. uisa renūciat. uol. iiij. Simile in eo qui donat omnia bona sua post mortē: nam censetur donare bona præsentia quæ donatarius habeat post mortē, ut per Imol. & alios in d. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. Effectus itaq́ huius
8 renunciationis consideraт̄ de præsenti, & dicitur datio dotis quædam satisfactio & quodammodo successio in partem suam, ideo non est tractandū de successorio edicto. Bar. in l. i. §. qui habebat. iiij. quæst. ff. de contra tab. Et in filia renūciante idem dixit Bald. in l. huiusmodi. §. final. ff. de legat. i. & ibi Paul. Ang. Alex. Ias. sequuntur. Facit quòd tempus acceptationis dotis subrogatur loco temporis mortis paternæ, quod adeò est uerum, ut si filia ali-
9 quid acceperit pro sua integra legitima, nihil ulterius habebit, etiā quòd augeant̄ facultates patris. Iacob. Butrig. in d. l. pactum. Bal. in l. q̄uis. C. de fideicōm. Curtius senior cōsil. ult. Quemadmodū itaq́ filij excluderent̄ si mater accepisset suam legitimā post mortem patris, ita & quando in uita. Et quicquid sit in filia simpliciter renunciante, quo casu potest procedere cōmunis opinio, de qua s. tamen quando accepit dotem, & ea fuit contenta pro portione sua, opinio Ludouici Romani dum limitat cōmunem contra Paulū de Cast. uidet̄ uerior & magis recepta, quā tenet Deci. in d. l. pactū. & consil. clxxxi. col. pen. & fin. ubi latius respondet rationibus Pauli. & Chassaneus consil. xlvij. Francis. Ripa lib. i. responsorū. c. vi. Ant. Rub. cōsil. xlij. in facto. col. fin. qui adducunt alios ita tenuisse, maximè Oldradū consil. xl. Ad hæc, posito & non concesso quòd opinio Pauli in se esset de iure uerior, saltem in casu nostro nō posset habere locū. Nam uult ipse cum suis sequacibus, quòd nō obstante renūciatione filiæ, quæ decessit in uita, filij filiæ ueniant ex persona sua per successoriū edictū, ideo non potest eis officere renūciatio matris. Secus uerò quando filij uenirēt ex perso- 10
na matris tanq̄ hæredes matris. Sed in casu nostro, ut ex processu apparet, filia quę uult succedere auo materno, expresse fatetur se adiuisse hæreditatem matris, in qua reperit illam dotem quā habuit mater loco legitimæ & portionis suæ ut renunciaret, ideo non potest eius facto contrauenire, maximè cum filia renuncians promiserit per se & hæredes suos non contrauenire. l. cum à matre. C. de rei uend. & ita in specie uult Ant. Rub. d. consil. xlij. in fin. & Guido Pap. q. ccxxviij. incip. ex dicto. Chassa. d. consil. xlvij. col. pen. & Frācus in d. c. q̄uis. de pact. qui post distinct. factam in hac materia secundum communem, subdit suprà dicta omnia procedere nisi mater renūcians promiserit per se & hæredes suos: nam tunc si filij sint hæredes matris, renūciatio illis nocet. Rursus quòd filia ueniat ex persona matris, non ex sua, apparet ex portione hæreditatis auitæ, quam petit ab auunculo suo, per quam demonstratur eam uenire in stirpem, & non in capita. Sed si ueniret

ex persona propria, ueniret in capita, nõ in stirpes: igitur renũciatio matris sibi nocet, ut tradit Chassaneus d. cõsil. xlvij. col. vi. in quarto dubio, qui tandẽ dicit ita fuisse iudicatum in curia parlamenti Diuionensis. Cum itaq; casus noster non differat ab eo super quo testatur Chassaneus fuisse iudicatũ, non dubito eisdem rationibus curiam Diuionensem idem in præsentia iudicaturam. Facit, quia hęc filia renuncians habuit à fratribus suis, in quorum gratiam renunciabat, ultra dotẽ datam à patre, unã domũ, quã cum adeundo matris hæreditatẽ filij acceptauerint,
11 dictam renunciationẽ ratificasse dicunt: nam facto magis quàm uerbis uolũtas declaratur, l. Paulus respon. ff. rem rat. hab. Et ex perceptione fructuũ & census, ratificatio contractus inducitur. Bal. consil. clxxxiiij. ad intelligentiam. uol. ij. Similiter agens ex contractu. Ang. consil. cli. uiso. col. fin. faciunt cumulata per Decium in l. semper qui nõ prohibet. ff. de reg. iuris. Vnde contrauenire non possunt. d. l. cum à matre. Cõfirmant prædicta, quòd hæc renunciatio expresse est facta in fauorem fratrum, & sic in conseruationem fa-
12 miliæ & agnationis, ideo nepotibus ex filia nocere debet. Chassan. d. consil. xlvij. & plenius cons. xxiiij. per totum. Crotus in d. l. stipulatio hoc modo concepta. col. xi. Præterea q̃uis prædicta renũciatio nõ noceret nepotib. prout stat in finibus renunciationis, alia uia ipsis obstaret: siquidem cõsidero ualere donationem factam à patre filio quando est iurata, & hæc est cõmunis opinio, ut ex cõpluribus probat Bart. in l. frater à fratre. col. pen. ff. de cõd. indeb. ubi moderni, Dec. cõsil. ccccxxxij. col. i. & consil. ccxvi. col. i. Item considero quòd in casu nostro filia nõ renũciauit patri, sed fratrib. patre præsente & expresse consentiente, cum iuramento. Modò in proposito dico hanc renunciationẽ ualere tanq; donationem factam à patre filijs.
13 Nam quoties quis sciens patitur, uel expresse cõsentit, ut hic, alium de rebus suis disponere in tertiũ, illi tertio censet donare, si sit sanguine coniunctus. casus est in l. si seruus cõmunis. ff. de donat. inter uir. & uxo. Et istud sine dubio procedit in patre erga filium, iuxta doctrinam Bar. in l. quæ dotis. col. iij. uers. quæro ulterius. ff. sol. matr. & ibi. Alex. & moderni. Erit ergo perinde atq; si pater donasset reliquũ quod ad filiam spectare potuisset ultra dotem dictis filijs, nec possunt nepotes uenire contra talem donationem, nisi esset inofficiosa, per tit. C. de inoff. dona. quæ inofficiosa considerari non potest, cum filia renuncians habuerit dotem plus ualentẽ q̃ sua legitima, quæ successit loco legitimæ, ut dictũ est s. in qua isti nepotes successerũt acceptando & adeundo hæreditatẽ matris. Vltimo circunscripta renunciatione excluduntur à bonis auitis hi nepotes, uirtute consuetudinis quæ est in titulo de successionib. §. xij. per quã disponitur, quòd mulier dotata à patre nullũ habeat regressum ad bona paterna, nec descendentes ex ea, donec extant filij masculi, uel filij filiorũ: & quamuis nihil dictum esset de descendentib. ex filia, tamẽ fuissent exclusi à iure cõmuni. Quamuis enim Doct. quando filia excludit renunciatione, distinguant an ipsa filia decesserit uiuo patre uel mortuo, ad hoc ut noceat nepotibus, tamen cum excludit à sta- 14
tuto fauore alterius, tenent indistincte nocere nepotibus. Et ratio est, quia etiã mortua filia, militat semper ratio statuti, quæ est fauor alterius, puta masculorũ & agnationis, ut latius per Bart. in l. liberorũ. col. pen. ff. de uerb. sig. & in l. ij. §. uidendũ. ff. ad Tertull. cuius doctrinã passim sequũtur Doct. consulendo. Curt. iunior consil. xciij. habita. col. iij. Deci. cõs. cclxxxiij. & diligẽter. col. iiij. pro qua adducitur casus x. collat. qui feud. dare possunt. §. hoc autẽ, ubi sicut excluditur fœmina, ita nepotes ex ea, & hoc fauore dñij. Et ideo Chassaneus in d. consuetudine §. xij. dicit, quòd uerba illa, de descendentib. sunt superflua. Ex suprà dictis omnibus apparet, diuersis capitibus nepotes istos exclusos ab hæreditate aui, & auunculum eorum solum esse admittendum.

Bellonus. Dolæ.

1 *Statutum quòd uxor non possit testari sine consensu mariti, non habet locum in relictis ad pias causas.*

2 *Legatum non dicitur ad pias causas, si fiat diuiti etiã pro anima.*

3 *Legatum factum cõsanguineo pauperi, uidetur in dubio factum ratione consanguinitatis, non paupertatis.*

Lega-

4 *Legatum factum pro puella maritanda, est pium.*
5 *Pauper quomodo sumatur ut legatum dicatur pium.*
6 *Legatum an dicatur pium quando quis est nobilis, tamen indigens secundum statum suum.*
7 *Diues qui indiget, æquiparatur pauperi.*
8 *Legatum dicitur pium attenta summa parua.*
9 *Paupertas quomodo probetur.*
10 *Dictum Doctoris debet intelligi secũdum autoritates per eum allegatas.*

Consil. XVI.

DEO opt. max. autore. Stat
statutũ, quòd uxor nõ pos=
sit testari sine consensu mari
ti: modò quædã uxor absq;
consensu mariti reliquit se=
xaginta scuta cuidam puellæ suæ consan
guineæ, pro amore Dei & exonerãda con
scientia sua, pro ea maritanda: quærit̃ de
ualiditate talis legati. Circa hanc quæstio
nem in primis aduertendum est, quòd ta=
1 le statutũ nõ uendicat sibi locũ in relictis
ad pias causas. Bar. in l. cunctos populos.
C. de summa trinit. & fid. cath. in v. quęst.
Panor. in c. relatũ. el i. extra de testa. per il=
lum tex. Et hæc conclusio posset probari
ex infinitis decisionib. ibi cumulatis per
Barbat. col. vij. cum seq. sed sufficit hanc
esse cõmunẽ opinionẽ, quam sequit̃ Bal.
expresse consil. cclix. ij. uol. incip. super di
ctis. Alex. cõs. cccliiij. ij. uol. incip. statutis.
qui hoc latè cõprobat, i. & ij. col. Corn. cõ
sil. cclix. iiij. uol. col. ij. incip. dictæ disposi.
Ias. in d. l. i. C. de sacrosan. eccles. col. fin.
Dubium modò est, nunquid tale legatũ
dicat̃ pium, ita ut debeat̃ non obstante sta
tuto. Et prima facie uideretur dicendum
quòd nõ, per id quod notat gl. in l. illud.
C. de sacrosan. eccles. in uerb. alia, quæ di=
2 xit, quòd quando donatur uel relinquit̃
consanguineo uel amico, etiam quòd ex=
primatur hoc fieri ex causa pia, nihilomi=
nus causa non dicitur pia, neq; dispositio
pia. & illam gl. ibi sequitur Bald. & Paul.
& sequuntur cõmuniter Doct. Panor. in
rub. extra de testam. col. ij. Ias. in d. l. i. col.
penul. idem Bal. in l. si quis Titio. in fi. ff.
de lega. ij. Et ratio est secundum Doct. in
dictis locis, quia non statur assertioni ip=
sius relinquentis in hoc, quia posset face=
re fraudem legi, & facere legatum pium,
quod non esset, & sic uertere colorem: &
in prohibitis non statur assertioni partis.
not. in l. si donatio. C. de collat. in l. si fortè.
ff. de castren. pecul. ubi Bart. probat. Pet.
de Anchar. in proposito nostro cons. xxv.
col. fi. uers. præterea. incip. uerùm prima
facie. Et in dubio uidetur potius attendi 3
ratio consanguinitatis, quæ est naturalis,
quàm causa pietatis, quæ est accidentalis.
l. qui habet. ff. de tutel. His non obstan
tibus concludendum uidetur contrariũ,
quòd tale legatum dicatur pium: & mo=
ueor per gl. notab. in d. l. si quis Titio. ff.
de lega. ij. quæ dixit, quodcunq; relinqui=
tur pro anima, dici relictum pium. & eam
notat ibi Bart. & cõmuniter sequunt̃ Do
ctores in locis suprà alleg. & referunt plu
res Doct. consulendo, quos non refero,
quia non habet dubitationem. Et quòd
dos sit causa pia, tradunt Doct. in l. i. ff. so=
lut. matri. Et in specie quòd relictum pro 4
puellis maritandis sit pium, est text. in l.
cum is. §. si mulier. ff. de condict. indeb. &
ibi Iason & Barbat. in c. ad hæc. col. iiij. &
in fin. extra de testam. & in c. relatum. col.
xi. eod. tit. & expresse Bald. in Authen. ni
si rogati. C. ad Trebell. in illa quæst. quæ=
ro an monaste. Non obstat modò gl. in d.
l. illud. cum alijs in contrarium adductis,
quia breuiter respondetur, procedere in
relicto uel donatione facta diuiti: secus si
pauperi, quia tunc cum qualitas expressa
à disponente congruat personæ, non po=
test dici color quæsitus: conueniunt enim
uerba & effectus rei. Et ita se resoluunt in
locis omnibus suprà allegatis Doct. ideo
non est insistendum: neq; hoc casu atten=
ditur magis causa naturalis quàm accidẽ=
talis, quia sumus in casu claro, & regula l.
qui habet. procedit in casu dubio, ut per
Decium consil. infra allegando. col. final.
Ex p̄ dictis igitur infertur discutiendum
quis dicatur pauper, ut cognoscat̃, nun=
quid in casu nostro relictum pauperi fa=
ctum dicatur. Et reperio quòd pauper ua 5
rijs modis accipitur: unde cum certa do=
ctrina dari nõ possit, relinquitur arbitrio
iudicis, quia iudicare hoc debet secũdum
qualitatem & statum personæ, & subie=
ctam materiam. ita uoluit gl. in uerb. locu
ples. in Authen. præterea. C. unde uir &
uxor. quam cõmuniter ibi Doct. sequun=

tur. & Alex. consil. cxxiiij. col. ij. in fin. iiij. uol. incip. in hac hæsita. & consil. clviij. in fin. vij. uol. incip. uiso testamento. Decius consil. cxx. col. ij. incip. & pro tenui. In materia autẽ nostra, quomodo accipi debeat pauper, ut legatũ dicatur pium. D. Iason in d. l. i. col. pen. referendo decis. Io. And. in addit. Spec. in loco per eum ibi allegato, uult quòd sit uerè pauper. Idem uoluit expresse Pet. de Anch. d. cons. xxv. & Deci. d. cons. cxx. col. ij. qui propterea consuluit quòd legatũ factum alicui puellæ pro ipsa maritanda, etiã quòd dictũ sit pro anima, nõ est pium, attento quòd pater eius nõ erat uerè pauper, sed uiuebat ex redditibus. Et ita uidet̃ Dec. decidere casum nostrum: & mouet̃, quia Doct. qui dicunt legatum factũ puellæ pauperi pro ipsa maritanda esse piũ, intelligũt de uerè paupere: & ad hoc adducit d. consil. Anch. His non obstantib. ulterius cogitando dico legatũ de quo in casu nostro, esse pium, & mereri priuilegia piæ causæ. Et considero quòd in materia de qua agimus, potest cõsiderari triplex species personarũ. Aut eñ aliquis est euidenter diues, & legatum sibi factũ etiam pro anima nõ est pium, ita procedant dicta Doct. s̃, & doctr. Bart. in d. l. i. C. de sacrosan. eccles. in ij. q. ij. quęst. principal. num. 33. qui expresse loquitur in euidenter diuite. Aut quis est euidenter pauper, & tunc ualet legatum, & est pium, & de hoc nemo dubitat. Aut ali-
6 quis est nobilis & non pauper, tamen indigens secundum statum suum, ita quòd non potest defendere neq; conseruare dignitatẽ suam, & isto casu quicquid dicat Decius, idem iudico in hac materia de eo quod de uerè paupere. Et in primis hoc uoluit expresse Bart. in d. l. i. in ij. q. quòd si aliquis est diues, & tamẽ indigens secũdum statum suum, laudabile est ei facere eleemosynã. Et illã doctrinã dicit cõmunem Barbat. in d. c. ad hæc. col. fi. Sequit̃ Alex. d. cõsil. cxxiiij. col. ij. qui uult quòd legatum factum alicui, qui non est neq; diues neq; pauper, dicitur relictum ad pias causas: & ideo ibi consuluit quibusdã procuratoribus, ut legatum factum indigenti, licet non pauperi, iudicetur esse datum ad pias causas. Idem uoluit Bal. in d. l. i. in v. quæst. col. xi. qui loquendo de legato facto diuiti, distinguit: Aut est diues secun 7
dum conditionem personæ suæ, & ei superdare, nõ est piè dare, sed perdere. Aut est pauper relata paruitate patrimonij ad qualitatem personæ, & tunc est piè dare quatenus datur egenti, non quatenus datur supra modum. Sed in casu nostro dando sexaginta, non sunt supra modum, quum sit parua summa; & maior etiam summa respectu personæ de qua agitur, non diceretur supra modum. Idem etiam expresius uoluit Baldus in l. si quis ad declinandam. colum. ij. C. de episcop. & cleric. qui quærit: Quid si est unus nobilis qui habet alimenta, sed suam dignitatem conseruare nõ potest, & habet fortè puellas quas maritare non potest, utrum in subsidium uitæ suæ uel dotium possit sibi aliquid dari ut pauperi. Respondet quòd sic, quoniam licet non sit omnino mendicus, tamen secundum statum natalium suorum aliqua sustentatione indiget, ideo inter pauperes est connumerandus, & dicit de hoc esse casum in d. l. si quis ad declinandam. Item cum sit parua 8
summa, facit etiam ut legatum dicatur pium, attenta qualitate personæ, ut idem Bald. in d. l. illud. col. i. Corn. consil. l. i. uolum. incip. uidetur in hoc. col. v. Et ex his puto satis sufficienter probatum, non esse uerum ut requiratur quem esse uerè pauperem, ut uolebat Decius, sed sufficere ut sit pauper & indigens secundum statum suum. Et ita est in casu nostro, ubi licet puella cui est factum legatum sit nobilis, & aliquid habeat de suo, tamẽ est indigens, cum ex redditibus suis non possit sustentari, sed indigeat ope aliena, scilicet affinium & amicorum, neque etiam habeat tantum in bonis ut possit secundum statum suum dotari. Probato ergo ex parte ipsius puellæ quòd habita relatione patrimonij ad qualitatem personæ sit pauper, omnino legatum erit pium, & ita in specie decidit Bald. nouell. in suo tractatu dotis, in quinta part. col. penult. uers. posset bene. & Crotus in l. si constante. in prima lectura, num. 15. ff. solut. matr. qui allegat idem uelle moder. in tract. de eligendo Imperatore. Modus aũt probandi poterit 9
sumi ex consil. Alex. xxxvij. in vij. uol. incip. consultus sum. & ex locis traditis per Decium

Decium d.consil.cxx. Non obstant modò in contrarium adducta,&primo dum Ioan. And. quem refert Iason in d.l.i. & Anchar.in d.consil.uolunt intelligi de uerè paupere, ut legatũ dicatur pium: quia respondeo eos loqui de uerè paupere respectu euidenter diuitis,non respectu diuitis qui indiget. Declaro: nam ipsi dicũt non ualere legatum factum diuiti pro anima, ut dicatur pium, sed requiritur ut sit uerè pauper,aliàs illa adiectio,pro anima, nihil facit;unde accipiũt uerè pauperem, id est, non diuitem. Et ita intellexit Anchar.in d.suo consilio, qui postquam dixit intelligi debere in uerè paupere, subdit quòd hoc uoluit expresse Bald.in l.habeat.quæ est l.i.C.de sacrosanct.eccles.& Bald.ibi,ut suprà dixi, considerat pauperem habita relatione patrimonij ad qualitatem personæ.Intelligẽdo igitur dictum Doctoris secũdum autoritatem per eum allegatam,iuxta doctrinam Bar. in l.non solum. §. si liberationis uerba. ff. de liberat. legat. intellexit Anchar. de uerè paupere,id est,de non euidenter diuite.Non obstat consilium Decij,quia non est uerũ ut ipse dicit, quòd Doctores in locis per eum in prin.dicti cõsilij adductis,loquantur in uerè paupere;imò contrarium colligitur ex Baldo, quem ipse ibi allegat in d.l. si quis ad declin. Præterea etiã quòd hoc expresse dicerent, debent intelligi Doct.ut suprà declaraui, aliàs malè dicerent.Item ad consiliũ Decij potest in specie responderi, quòd maiores facultates præsupponebantur in casu suo, ubi ille Andreotus uiuebat de redditibus proprijs;quod nõ est in casu nostro. Et ita cõcludo,suprà dictum legatum esse pium, & habere priuilegia legati pij,ita ut potuerit fieri,nõ obstante tali statuto, de quo suprà in prin.

Bellonus. Papiæ.

1 *Donatio propter nuptias mortuo marito redit ad hæredes mariti.*
2 *Vxor extantibus filijs habet usumfructum tantum in donatione propter nuptias.*
3 *Statutũ de lucranda dote habet locum in donatione propter nuptias.*
4 *Aequiparata à lege antiqua per uiam regulæ, ueniunt etiam in materia correctoria.*
5 *Pactum factum super lucro dotis habet locum quoque in donatione propter nuptias.*
6 *Statutum in uno ex correlatiuis, censetur statutũ in alio.*
7 *Pactum appositũ in donatione propter nuptias, habet locum etiam in dote.*
8 *Statutum de lucranda dote recipit interpretationẽ paßiuam à l.hac edictali.C.de secund.nupt.*
9 *L.hac edictali.potest derogari etiam per statutum.*
10 *Vxor quod lucratur constante matrimonio,præsumitur acquisiuisse de bonis mariti.*
11 *Mulier negociatrix præsumitur quæsiuisse ex negociatione,non de bonis mariti.*
12 *Vidua acquirens, ex cuius bonis præsumatur acquisiuisse.*

Consil. XVII.

DEO opt. max. autore. In casu proposito paucis agendo concludendum uidetur, scuta quinquaginta quæ donata fuerũt à dño Pantaleone Belingerio propter nuptias dñæ Isodinæ de Nazarijs eius secundæ uxoris,spectare post mortẽ dictæ dñæ Isodinæ, dño Thomæ Belingerio filio prędicti dñi Pantaleonis ex alia priore uxore & hæredi. Nam uulgatum est,quòd dos & donatio propter nuptias pari passu ambulant. Et sicut dos mortua uxore spectat ad hæredes uxoris,ita & donatio propter nuptias 1
mortuo marito redit ad hæredes mariti, c.fin.§.fin. extra de donat.gl.in Auth.dos data.C.de dona.propt.nupt.& gl.in §.penul.Instit.de donat.ubi Ioan.de Plat. Angel.de Aret. & moderni. Et adeò hoc est uerum, quòd si extent filij, mulier habet 2
tantum usumfructũ in dicta propter nuptias donatione, & ea mortua redit ad filios. Ang.in §.i.ad Tertull. Cremeñ. singulari ultimo. Accedit quòd mulier tenẽ conseruare lucra filijs illius matrimonij unde processerũt.l.fœminæ.C.de secun. nupt.& ibi Dd. Ex his fui aliquandiu dubius, quòd dicta scuta quinquaginta remanere deberent dicto Thomæ: uerùm ulterius perscrutando, dico d.dñam Isodinam lucratam fuisse dicta scuta & donationẽ propter nuptias,& per consequens illa spectare ad D. Ioannem Baptistam de Fassatis hæredẽ uniuersalẽ prędictæ dñæ Isodinæ. Et considero hic esse statutũ seu decretũ, quòd decedente uxore sine filijs ex ipso matrimonio, uir lucretẽ dotẽ;& li-

cet hoc decretũ loquatur tantũ de dote lucranda à marito, tamen idem dicendum est, ut eodem modo uirtute dicti statuti,
4 mulier & uxor lucret̃ donationẽ propter nuptias, nõ extantibus liberis: & hoc pluribus rationib. Primo, quia dos & donatio propter nuptias non differũt nomine & substantia, & quantũ ad lucra paribus passib. ambulant, & in hoc sunt æquiparata. l. fin. C. de dona. ante nupt. Vnde quoties duo sunt æquiparata à lege antiqua, dispositũ in uno, censet̃ etiã dispositũ in alio. gl. & Bart. in l. si quis seruo. C. de furt. quod procedit etiam in correctorijs. Soci. l. ij. ff. de lega. i. & etiã in pœnalibus. Dec. in l. factũ suum. §. in pœnalib. nu. 16. de reg. iur. Secũdo in lucris matrimonialibus pactum & statutũ æquiparant̃. Bal. in l. deo nobis. C. de episc. & cleric. sequit̃ Curt. senior cõsil. lxxix. col. iiij. Sed si fiat
5 pactum super lucro dotis, & nihil dicatur de donatione propter nuptias, idem pactum censetur repetitũ in donatione. d. l. fin. uers. sin autẽ donatio. & notat Ant. de But. Abbas, Card. Alex. & omnes in d. c. fin. §. fi. de donat. inter uir. & ux. Soci. in l. cum fuerit. col. pen. ff. de cõd. & demõst. Ergo idem erit in statuto: & idem notat etiã Bal. in d. l. fin. in summario, qui ulterius magis in specie uidet̃ decidere casum nostrũ, dum postea in fine super illis uer-
6 bis, æquis passibus, notat quod statutũ in uno ex correlatiuis, censetur in alio statutum. & pro hac eadem parte faciũt notata per Cyn. in Auth. dos data. & ibi Salic. in vi. q. C. de donat. ante nupt. qui similiter uolunt ut pactũ de lucranda dote habeat locũ in donatione propter nuptias. Vltimo facit quod cõsuluit Cum. consil. xxvi. col. ij. quòd pacta apposita de lucrãdo su-
7 per donatione propter nuptias, habebũt locũ in dote: & ita arguit in casu è conuerso, qui propterea subdit, quòd tantum est ius seruandæ æqualitatis inter dotem & donationẽ propter nuptias, ut unum ad aliud extendatur. & idem uult Soci. consil. xxxij. in præsenti. col. pen. uers. unde est diligẽter. uol. iij. Ex his apparet respõsum ad cõtraria, ut scilicet procedãt de iure cõmuni quando nõ adesset statutũ: sed stante dicto statuto non est dubiũ dictam dñam Isodinã lucratã donationẽ propter nuptias. Obstat tamẽ adhuc unũ, quia uidetur quòd ueniat diuidenda inter prædictam dñam Isodinam & d. Thomã, quia statutũ de lucranda dote recipit interpre- 8
tationẽ passiuã à l. hac edict. C. de secun. nupt. per quã disponit̃ quòd plus non habeat coniunx quàm unus ex filijs primi matrimonij, ut per Bar. in d. l. hac edictali. & sequunt̃ Dd. cõmuniter, ut passim in consilijs habet̃. Verũ respondet̃ prædictã opinionẽ nõ procedere quando ex uerbis statuti colligit̃, statuentes uoluisse derogare 9
d. l. hac edict. ut tradunt Deci. & Curt. iunior in Auth. præterea. C. unde uir & ux. idem Deci. cons. xix. Sed in statuto nõ adsunt illa uerba, ex ipso matrimonio, quæ sunt termini restrictiui, & ita ponũt filios ipsius matrimonij, quòd excludũt filios alterius matrimonij, ut in simili põderat Soci. in proposito nostro cons. lij. super hac. uol. iiij. Bal. cons. ccccxcv. quædam dña. uol. v. Ergo excluso dicto dño Thoma nato ex alio matrimonio, dña Isodina totũ habebit. Circa secundũ, quo quærit̃ de lucratis per uxorẽ cõstante matrimonio, ex quo nullũ proponit̃ factũ, summatim respondeo, quòd uxor si quid lucrat̃ cõstan 10
te matrimonio, præsumit̃ lucrari de bonis uiri. l. Quintus. ff. de dona. inter uir. & ux. l. etiã. C. eo. tit. & ratio ibi ponit̃, ideoq́ teneretur probare contrariũ, iuxta not. in l. fin. ff. quod met. cau. Si tamẽ negaret quęsita constante matrimonio, maritus, uel eius hęredes tenerent̃ hoc probare, scilicet quòd cõstante matrimonio quęsierit. Ista sunt uerba Sali. in dictis ll. Et prędicta cõclusio tenet̃ etiam à Dd. l. cum oportet. C. de bon. quę lib. maximè Bal. & Soc. cons. ccxlix. col. fi. Limitat̃ tamen, nisi esset aliquid per quòd tolleret̃ dicta pręsumptio, puta secundũ Bal. in d. l. cũ oportet. quia
mulier esset negociatrix, tunc enim pręsumeret̃ quęsijsse ex negociatione, cum cesset ratio de qua in dictis ll. Et nisi haberet amplam hęreditatẽ, ut per Dd. in dictis locis. & Soc. in d. cons. Et nisi maritus interueniret in instrumento, & permitteret apponi nomen suũ, maximè si mulier faceret mentionẽ quòd emit de pecunia sua, uel maritus hoc confiteret̃, ut per Sali. in d. l. Quintus. & in l. si nõ uerũ. C. de don. int. uirũ & ux. & in l. si mater. C. de contrah. empt. 11

emptio. Sed in effectu melior cautela est quam tradit Cyn. in d. l. Quintus. refert et sequitur Bald. in d. l. cum oportet. col. iiij. uers. quæro nũquid sit aliquod remediũ. scilicet quòd mulier faciat sibi dari pecuniam ab aliquo consanguineo palàm, & de illa emat. Est bene uerum, ut ibi ipse dicit, quòd si pecunia esset uerè mariti, deciperetur ecclesia militans, sed non triumphans, cui nihil est absconditum. Esset etiam aduertendum, ne redderetur statim illa pecunia cõsanguineo: quia si hoc probaretur, incideremus adhuc in dispositionem l. Quintus. & l. etiam. Et ad prædicta uide etiam Deci. consil. ccxxxvij. in casu. col. fi. ubi concludit, empta ab uxore constante matrimonio, censeri empta de bonis mariti. & ibi, quòd illa l. Quintus. ha-
12 bet locum etiam in uidua, post Benedictũ Capram consil. xiij. pro declaratione. col. ij. & ibi etiam an illa l. Quintus. procedat quando mulier contendit cum extraneo, non autem cum marito uel eius successore. Et ad id quòd quando in instrumento acquisitionis diceretur rem emptã de pecunia mulieris, & maritus erat prẽsens cõtractui, quod prẽsumatur acquisita de bonis uxoris, uide Alex. consil. xxiij. uisis dubijs. col. i. uol. iiij. & Ripam lib. 3. respõsorum. c. iiij. ubi alias ponit limitationes ad d. l. Quintus. quas latius anno proximo tractaui in l. ij. ff. de probat.

Bellonus. Papiæ.

1 *Rescriptum in dubio debet intelligi ne alicui præiudicet.*
2 *Rescripti uerba in dubio debent conformari cum iure cõmuni & æquitate.*
3 *Clausula in fine posita, qualificat omnia præcedentia.*
4 *Clausula, cognoscas secundum ius & rationem, quid importet.*
5 *Clausula, cognoscas de æquitate, de qua æquitate intelligatur.*
6 *Rescriptum est nullum, quando in supplicatione omittitur aliquid quod potuisset mouere principem ad nõ concedendum petita.*
7 *Iuramentum de non contraueniendo, facit minorem maiorem, ita ut non possit peti restitutio in integrum.*
8 *Minorem qui iurauit, non est necesse certioratum fuisse de beneficio restitutionis, ut ab eo excludatur.*
9 *Habilitatio à iuramento, quando dicatur nulla.*
10 *Habilitatio à iuramẽto nihil operatur quo ad tollendam confirmationem contractus.*
11 *Minor habilitatus à iuramento, non propterea potest in integrum restitui.*
12 *Minori datur quadriennium ad restitutionem loco anni utilis.*
13 *Minori currit tempus quadriennij ad restitutionẽ, à tempore scientiæ.*
14 *Metus iustus quando dicatur.*
15 *Metum allegans quid probare debeat.*
16 *Minor factus maior, quando possit in integrum restitui.*
17 *Differentia inter titulum C. si maior factus. lib. 5. & C. si maior factus. lib. 2.*
18 *Ratificatio inducitur per solutionẽ census & pensionis.*
19 *Restitutio ut habeat locum in minore, quæ requirantur.*
20 *Minor qui in libello dicit se tantum minorem & læsum, non bene concludit.*
21 *Restitutione in integrum pendente, nihil debet innouari.*
22 *Titulus C. in integ. restit. postul. non habet locum quando petitur restitutio aduersus contractus, & in alijs casibus, ut ibi.*
23 *Restitutio in integrum non impedit iam incœpta.*
24 *Possessione sua utens, puta colligendo fructus, nõ dicitur aliquid innouare.*
25 *Appellans, si pendente appellatione impediat appellatũ uti possessione sua, censetur renũciare appellationi.*

Consil. XVIII.

DEO opt. max. autore. Perpensis & omnib. diligenter consideratis quæ in facto mihi proposita fuerũt, duo erũt principaliter uidenda & discutiẽda. Primũ, an subsit aliqua causa iusta, ex qua possit Iacobus & debeat in integrũ restitui. Secundũ, an pendente cognitione restitutionis in integrũ, Hugo possit impediri exigere à dicto Iacobo annuos reditus quos hactenus percepit, & prosequi subhastationes incœptas. Quo ad primũ, anteq̃ ueniã ad ea quæ iuris cõmunis sunt, tollam de medio quoddã rescriptũ Cæsareũ impetratũ, ut dicit, à Iacobo, ne de eo mihi ulterius obijciat in infra dicendis, prẽmittendo quòd super tali rescripto nõ potest Iacobus ullum facere capitale, cũ in eo nulla sint uerba expresse dispositiua, quæ tendant in præiudiciũ iurium Hugonis, aduersus quem fuit rescriptum impetratũ: unde sequit quòd in du-
bio rescriptum debet ita intelligi ne alicui 1
præiudicet. & ideo solet dici rescripta esse modici præiudicij. Bal. in l. i. C. de diuers. rescript. & recipere eas interpretationes, quas recipit ius cõmune in tali materia, ut per Dd. in c. licet canon. §. fi. de elect. in vi. & uerba rescripti in dubio debent potius

impropriari, ꝙ ut alteri præiudiciũ inferatur, notat gl. ubi Doct. in c. ad aures, extra de rescrip. & est tex. in c. super eo, extra de offi. deleg. ubi Feli. late, Deci. consil. ccix. in casu proposito, col. ij. qui propriè loquitur in quodam minore, qui aduersus uenditionẽ impetrauerat rescriptũ regiũ, ut in casu nostro. Et dicit Chassaneus Doctor Burgundus cons. vij. col. pen. quòd
2 uerba in rescripto posita debent cõformari æquitati, licet etiã uerba non patiant: &, quòd ꝗuis princeps rescribat motu proprio, ita tamen semper intelligendũ est rescriptũ in dubio, ne quis grauetur. Et hęc multò magis procedunt in casu isto, ubi princeps expresse se retulit ad ius & æquitatem, ut proximè dicam. Vlterius posito quòd uerba tenderent ad aliquod præiudiciũ iuriũ dicti Hugonis, quod tamẽ negatur, restringunt postea & qualificãtur per clausulã in fine rescripti positã, Secundum ius, rationẽ, & æquitatem. Nam hoc
3 est regulare, ut clausula in fine posita per se principaliter, ut ista est, determinet & qualificet omnia præcedentia. l. talis scriptura, §. fi. ubi Bar. & alij. ff. de lega. i. c. secundo requiris, & ibi Canonist. extra de appell. & latius tradit Steph. Bertran. consil. lxxix. uisis testament. col. i. uol. ij. Et d. clausula in fine rescripti posita, ut ad omĩa præcedẽtia referat, habet in specie in d. c. secundo requiris, & in c. olim. & in c. causam que. extra de rescript. In hoc itaq; rescripto nihil aliud continet ꝙ simplex & nuda cõmisio Principis facta curiæ Dolanæ, ut secundũ ius, rationẽ, æquitatẽ cognoscat de supplicatis per d. Iacobũ. Et il-
4 la uerba, ius & rationẽ, uolunt in se, id est, iustitiam facias prout iuris erit, ut decidit Chassan. d. cons. vij. col. pen. dicẽs, quòd si in rescripto principis sint hęc uerba: En faisant sur tout ausdictes parties bon & brief droit, tantũ important quantũ dicere, iustitiã facias, uel fiat quod iuris est. & alias autoritates ibi ad hoc propositũ allegat. Et dum postea adijcit, & æquitatẽ, scilicet informatã à iure. Nam ubi dicit iudi-
5 cem debere habere æquitatẽ præ oculis, et iudicare secundũ æquitatẽ, debet intelligi de æquitate à iure informata, ut per Alberic. & moder. in l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod cer. loc. notat in c. ex parte, per Panor. & alios, extra de offi. deleg. & censent remissa ea quæ sunt de apicib. iuris tantũ, ut per Deci. d. c. ex parte. Addo adhuc unum, quòd ex quo in instrumento cõtra- 6
ctus Iacobus iurauerat de nõ cõtraueniẽdo, & de hoc nõ est facta mẽtio in sua supplicatiõe porrecta Cæsari, quòd rescriptũ est nullũ, & non ualet, ut in terminis uult Chassan. cons. xxi. incip. De cas de noble. col. iiij. nu. 12. allegat etiã consil. Roma. Et considerandũ est quòd dictũ rescriptũ respicit processum, nõ decisionẽ causæ: unde concludendũ est nihil penitus officere dicto Hugoni, cum res remissa sit cognoscenda per curiã Dolanã, secundũ quòd ius postulat. Subsequens igitur erit & opportunũ, cũ negociũ cõmissum sit cognoscendum secundũ ius cõmune, ut uideamus de ueritate utriusq; articuli in principio propositi. Et quo ad primũ, an subsit aliqua iusta causa, propter quam Iacobus debeat in integrũ restitui, respõdet nullã adesse, imò plures esse rationes quibus in integrũ restitui nõ debeat, quarũ singulæ sufficerẽt ad excludendũ eũ à restitutiõe.
Prima ratio est, quia iurauit in contractu 7
de nõ cõtraueniendo, unde est factus maior. Auth. sacramenta puber. C. si aduers. uend. & tale iuramẽtũ operat ne possit peti restitutio in integrũ aduersus cõtractũ, ut per Bar. in d. Auth. sacramẽta. Et ꝗuis aliqui tenuerint, necesse esse minorẽ qui 8
iurauit certioratũ fuisse de beneficio restitutionis ut excludat, tamẽ Bar. contrariũ tenet in d. Auth. quòd nõ requirat certioratio. Sequit Alex. consil. xxvij. uiso libello, col. iij. uol. i. Curt. iun. cons. xlvij. col. fi. incip. habita diligenti. & hanc dicit cõmunem opinionẽ à stylo approbatã, & à qua nõ esset tutũ recedere in cõsulendo & iudicando, Chassa. cons. xxviij. incip. le cas est tel. col. ij. & latius Steph. Bertrand. consil. clxix. incip. uisis duob. col. fi. Nec obstat quòd sit obtenta habilitatio & absolutio à iuramẽto, unde debet haberi cõtractus ac si nõ esset iuratus. Primo respondeo dictã habilitationẽ esse nullã ex plurib. capitib. 9
nec debuisse concedi. Primo, quia iam Iacobus incurrerat in periuriũ, cõtraueniẽdo cõtractui iurato ante petitã absolutionem. Secũdo, quia à Pontifice cõcedi debuit. Tertio, quia cõcessa sine causę cognitione

tione, non citata parte, & aliјs de causis de quib. per Feli. in c. i. extra de iur. iur. col. v. cum plurib. sequentib. & pulchrè cõsulit Steph. Bertran. consil. cliiij. incip. multa sunt. uol. i. per totũ. Pręterea q̃uis dicta ab solutio à iuramẽto ualuerit, tamẽ nihil o-
10 peraƭ quo ad tollendã cõfirmationẽ cõtractus, sed ut habilitatus possit sine metu periurij docere de iure suo. Est itaq; necesse ut post habilitationẽ, is qui dicit se lęsum, petat se in integrũ restitui, & doceat de iure suo, ut per Bertran. cons. cv. uiso casu. col. ij. & ita in terminis nostris consuluit Paul. de Cast. cons. ccxviij. incip. præsupposito. in antiquis, ubi quidã minor iura-
11 uerat, quo casu per iuramentũ nõ poterat in integrũ restitui; uolebat habilitari à iuramento, ita ut postea cõtractus in consequẽtiã tolleretur; respõdet Paul. quòd q̃uis possit habilitari à iuramẽto, ut sine metu periurij agat ad rescissionẽ contractus, tamen quo ad auferendũ ius acquisitũ alteri ex cõtractu iurato, habilitatio etiã à summo Põtifice cõcedi nõ potest, & plures rationes adducit, quę uideri possunt. Secũda ratio est, quia elapsa sunt tẽpora cocessa his qui uolũt in integrũ restitui, scilicet
12 quatuor anni, qui dantur loco anni utilis post x x v. annũ. l. fi. C. de tẽporib. in integ. restit. Dec. notab. cons. ccccxxxvi. col. ij. Nec obstat si dicaƭ, dictũ quadriennium
13 nõ incipere currere nisi à tẽpore scientię: quia respõdeo quòd in facto proprio scientia præsumiƭ, ut in terminis istis uoluit Rom. cõs. cxxvij. incip. posito. in fi. Aret. cons. xv. in fi. Dec. d. cons. ccccxxxvi. Nec obstat quòd impeditus fuit Iacobus petere restitutionem, ideo impedito nõ currit tẽpus. l. fi. C. de annal. except. §. rursus. Instit. de act. Sed impedimentũ fuit iustissimũ, cũ dictus Hugo esset officialis & potens, unde metu eius magnitudinis perteritus Iacobus, restitutionẽ nõ petijt. Nam
14 ubi subest iusta suspicio periculi, diciƭ iustus metus. Bal. in l. interpositas. col. ij. C. de trãsact. Bar. in l. metũ. C. de his quę ui metúsue caus. Albert. Brun. cons. lxxxij. super col. ij. Ad hoc primo respõdeƭ timorem uanũ fuisse, & nõ iustũ, cũ in ciuitate Dolana sit senatus amplissimus, in quo uiri integerrimi, nobiles & ecclesiastici & Doctores existũt: unde nõ debuit timere d. Iacobus cũ ad talẽ Curiã potuerit habere recursum, ut expresse dicit tex. in l. fi. ff. quod met. cau. in pri. Secũdo dico, quòd necesse esset dictũ Iacobũ probare, prædictum Hugonẽ solitũ malè & iniustè tractare & sęuire in eos qui aduersus eum litigabant, aliàs non diciƭ iustus metus, ut per Bar. in l. de pupill. §. si quis ipsi prætori. v. q. cũ seq. ff. de op. no. nunc. & ibi Dd. & in d. l. metũ. C. quod met. cau. Quinimò q̃d plus est, etiãsi probareƭ dictũ Hugonẽ minatũ fuisse Iacobo, quòd si peteret restitutionẽ in integrũ eũ malè tractaret, adhuc iste non esset iustus metus, sed requiriƭ ut probeƭ, eum qui minaƭ esse talẽ qui soleat minas mandare executioni, ut per Bar. in d. §. si quis ipsi prætori. & in d. l. metũ. & & idẽ uult Chassan. cons. lviij. col. iij. nu.
Tertiã est ratio, quia Iacobus factus maior, ratificauit tacitè & expressè factis contractũ, unde nõ potest amplius cõtrauenire, nec in integrũ restitui, etiã quòd alienatio esset facta sine solennitate & decreto iudicis, ut est tex. in l. fi. C. si maior fact. lib. 5. Et tacitè ratificauit cum permisit labi quadriẽniũ, quod incipit currere statim post x x v. annũ. d. l. si quãdo. & de hac tacita ratificatione loquiƭ ille tit. C. si maior factus. li. 5. Expressè factis ratificauit soluendo pensiones solitas ex illo contractu, cui uult cõtrauenire, & facto magis q̃ uerbis uolũtas declaraƭ. l. Paulus. ff. rem rat. hab. & hoc casu loquiƭ tit. C. si maior factus. lib. 2. & ita distinguit hos titulos, qui uidebant similes & idẽ disponere, Salic. in l. f. C. si maior fact. lib. 2. sequiƭ Curt. iun. cõs. 50. col. pen. & in specie quòd soluẽs cẽsum & pensionẽ dicaƭ ratificare contractũ, est tex. in l. si proponas. §. i. ff. de inoff. testa. et cõsuluit Bal. cons. clxxxiiij. incip. ad intelligentiã. uol. ij. in nouis. Et de minore qui maior factus ratũ habuit cõtractũ ut non possit amplius cõtrauenire, etiã obtẽto rescripto regio, cõsuluit Dec. d. consil. ccix. qui in terminis decidit casum nostrũ. Nec potest hic considerari aliquis dolus, cum uenditio facta fuerit à dicto Iacobo, interueniente eius fratre & cõsanguineis consortibus eiusdem census uenditi, qui iam erant maiores & personę prudentissimæ, iuxta notata in l. transactione. per moder. C. de transact. Vltimo fingamus dictum Iacobum adhuc esse in tempore dato his qui uolunt restitui, quod tamen negatur

per s dicta, certè nõ propterea uenit resti-
19 tuendus. Nam ad hoc ut quis restituatur, nõ solum requiritur quòd sit minor, sed quòd sit læsus. l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiur. Sed non probatur necessariò læsio ex eo quòd dicatur, preciũ quod fuit solutũ ab Hugone, peruenisse tantũ ad alios cõsortes uẽditores: nam ipse erat præsens quando fuit facta realis solutio, & potuit sibi cauere percipiendo partem suam. Præterea posito quod uerè ex hoc fuisset læsus, nõ tamen est adhuc iusta causa obtinendæ restitutionis in integrũ: nam opus est & requiritur ut sit minor, & sit læsus, & sui facilitate, & dolo aduersarij. Ita decidit Bar. in l. fin. in fi. C. de in integ. restit. tradit Ias. in d. l. nam postea. §. si minor. de iureiur. quã legit cum l. ait prætor. la ij. sequitur in terminis Steph. Bertrand. consil. clxix. col. i. i. uol. Et hoc adeò est uerum, quòd quis minor in libello suo dicat se minorẽ & læ-
20 sum, nõ tamen bene cõcludit nisi addat se læsum sui facilitate, & dolo aduersarij, ut per Bar. in d. l. fi. & alios s allegatos, & Decium in l. nihil cõsensui. §. i. ff. de reg. iur. Sed nullus dolus Hugonis potuit causare læsionẽ dicto Iacobo, cum ipse Hugo realiter numerauerit preciũ: si itaq; in hoc est Iacobus grauatus, agat contra consortes uẽditores ut habeat partẽ suam precij. Venio ad secundũ principalem articulũ, an pendẽte cognitione restitutionis in integrum, possint impediri uel saltẽ suspendi quædã subhastationes factæ per dictũ Hugonẽ aduersus Iacobum, & similiter exactio dicti census. Et uidetur dicẽdum
21 quòd suspendantur, quoniã nihil debet innouari pendente restitutione in integrũ, C. in integ. rest. postul. ne quid noui fiat. in rubro & nigro. Cõcludendum tamen est contrarium, quòd dictus Hugo non impediatur s dicta facere propter pendentiam restitutionis: & considerandum est
22 quòd ille tit. C. in integ. restit. postul. non habet locũ in proposito nostro, quãdo petitur restitutio aduersus contractum, sed quando petitur aduersus sententiã ad impediendum executionẽ: nam tũc sicut nihil noui fieri debet appellatione pendente, ita nec pẽdente in integrũ restitutione. Item d. tit. habet locum quando petitur restitutio de iure cõmuni: secus quando petitur de iure speciali, puta uigore principalis rescripti. & has declarationes ad illũ tit. dat Corneus cons. iij. incip. licet uideatur. col. i. uol. i. quas alibi nõ inuenies. Præterea fingamus quòd essemus in casu in quo procederet dispositio illius tituli, certè adhuc pendentia restitutionis nõ noceret Hugoni, quoniã dictus tit. nõ procedit quando sunt indicia & præsumptiones contra petentẽ restitutionẽ: nam tunc nõ impeditur executio sententiæ, modò præstetur cautio ab alio de restituẽdo id quod soluitur, si minor uicerit in causa restitutionis. c. suscitata. ubi Canonist. extra de integ. restit. Bar. in l. defendere. in fi. ff. de aut. tut. & Corn. d. cons. iij. Sed præsumptiones sunt maximæ cõtra dictũ Iacobum, quę colligi possunt ex dictis in priore articulo, scilicet minoris ætatis lapsus, item ratificatio postꝗ est maior, item iuramentũ appositũ in cõtractu de nõ cõtraueniendo. Præterea ut dicitur in facto, anteꝗ peteretur restitutio in integrũ erant inceptæ subhastationes: unde petitio restitutionis nõ potest eas impe- 23
dire: nam in simili petitio restitutionis nõ impedit executionẽ sententię, quãdo fuit intentata post incœptã executionẽ, ut per Bal. in l. fin. col. ij. C. si ex fals. instru. & ita declarat illum tit. C. in integ. restitut. postul. Alex. consil. lxij. incip. egregiè. col. ij. uol. vi. Vltimo dico, quòd Hugo exigendo suos census, & quia nõ soluuntur, faciendo subhastationes fieri & huiusmodi, nõ dicitur aliquid noui facere. Nam qui utitur 24
sua possessione colligendo fructus & pensiones solitas exigendo, etiã pendente appellatione uel restitutiõe, nõ dicitur aliquid innouare, ut per gl. in c. non solũ. in uerb. reducendũ. uers. dic tamen secundũ Garner. de appellat. in vi. & idem uoluit gl. in l. Imperatores. §. si magistratus. in uerbo, ab aduersario. ff. de appellat. sequitur Alex. in apostill. ad Bart. in l. i. ff. nihil noua. appell. pendente. in apostilla in litera D, in fin. Imò quòd plus est diceretur fieri innouatio contra utentẽ sua possessione, si impediretur uti, ut per gl. in d. c. non solũ. quæ innouatio faceret uideri esse renunciatũ restitutioni in integrũ. Nam quoties quis appellat uel petit in integrum restitui, qui casus æquiparantur in materia ista, si pẽdente appellatione uel restitutione impediat,

uel

uel turbet alium contra quem appellatur
uel petitur restitutio, quò minus utatur
possessione solita, censetur renunciare ap
pellationi & restitutioni, ut pulchrè per
Mathesil. notab. xxvij. incip. not. quòd a-
ctor. sequit̃ Deci. l. i. C. de secun. tab. col.
ij. Ex quo infero, quòd tit. C. de in integ.
restit. postul. allegatus per Iacob. contra
Hugonẽ potest retorqueri, pro Hugone
contra Iacobũ, cum Hugo turbet̃ perci-
pere suos census, & perficere subhastatio
nes inchoatas, pendente causa restitutio-
nis. Bellonus. Dolæ.

1 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatã, an poßit rescin di rescripto principis.*
2 *Laudum confirmatum per iudicem reductionis, an poßit retractari.*
3 *Præsumitur in dubio quem deceßisse sine liberis.*
4 *Conditio, si sine liberis, quomodo intelligatur.*
5 *Substitutio compendiosa post aditam hæreditatem resol- uitur in fideicõmissariam.*
6 *Substitutio compendiosa quibus uerbis inducatur.*
7 *Fideicõmissum nõ censetur remissum per simplicem diui sionem.*
8 *Fideicõmissum censetur remissum per promißionem de euictione.*
9 *Promißio de non contraueniendo ex causa de futuro, in- ducit remißionem fideicõmißi.*
10 *Fideicõmissum non censetur remissum, nisi quis sciat fi- deicõmissum adesse.*
11 *Grauatus restituere si decesserit sine liberis, potest detra- here duas quartas.*
12 *Hæres grauatus non conficiens inuentarium, amittit Tre bellianicam.*
13 *Fideicõmissarius quando habeat beneficium l. fin. C. de edict. diui Adria. toll.*
14 *Filius grauatus potest testari de legitima.*
15 *Substitutus uulgaris habet remedium l. fin. C. de edict. di- ui Adria. toll.*
16 *Verbum Dare, est obliquum.*
17 *Vsufructuarius debet cauere de utẽdo arbitrio boni uiri.*
18 *Dotis legatum quando habeatur ut dos, uel ut legatum.*
19 *Fideicõmißi detractio quomodo fiat.*

Consil. XIX.

DEO opt. max. autore. In
causa Iacobi de Guartarijs,
& Margaritæ de Casali, at-
tentis sententijs arbitramen
talibus & iudicialib. latis, est
pro D. Margarita cõsulendũ, cum pro di
ctis sententijs præsumat̃, nec sit ab eis rece
1 dendũ, ita quòd nec princeps possit rescri
bere contra sententiã quæ in iudicatum
transiuit. l. fi. C. senten. rescind. nõ posse,
Alex. consil. xciiij. in causa. uol. ij. etiam
quòd expresse diceret, nõ obstante priore
sententia. Decius consil. cccviij. in casu, in
prin. & consil. cxcviij. col. ij. ubi de senten
tia & laudo ratificato: de quo tamen uide
Perusinũ, & eundẽ Deci. in c. si à nobis. ex
tra de appellat. Et quòd pro laudo præsu-
matur, idem consil. ccclxxv. maximè cum
laudũ in casu nostro fuerit per iudicẽ re- 2
ductionis confirmatũ, unde nõ licet am-
plius reclamare. Panor. in c. quintauallis.
col. xx. de iureiur. Rom. cõsil. ccxlix. in ca
su. Verum quia petitur ut dicam quid iu-
ris super mero facto, remotis processibus
agitatis & sententijs, ideo assumo primò
testamentũ Ioãnis aui paterni dñi Iacobi,
& considero quòd in d. testamento Ioan-
nes instituit hæredes uniuersales Iacobũ
suprà dictũ & Vitalem nepotes suos ex fi
lio, eosq; inuicẽ substituit, si decesserint si
ne liberis. Vnde cum euenerit casus sub-
stitutionis, quia Vitalis decessit sine libe-
ris, quod etiam in dubio præsumit̃, ut per 3
Alex. consil. xx. in fin. & clxxi. uiso thema
te. i. uol. Iacobus debet admitti ad fideicõ-
missum. Illa enim cõditio, sine liberis, ue- 4
rificatur, siue non nascantur liberi, Deci.
consil. ccxxvij. col. ij. siue nascant̃, tamen
non extent tempore mortis. Soci. in l. sole
mus. ff. de cond. & demonst. in fin. Alex.
consil. ci. super. uol. vij. in iij. dubio. Nec
dicat aliquis hanc esse reciprocã substitu-
tionẽ, quæ nõ continet fideicõmissariam,
ideo post aditã hæreditatẽ à Vitali, & post
pubertatem expirauit, ut habetur in l. Lu
cius. per Bart. & alios. & in l. centurio. ff.
de uulg. & pupill. l. Gallus. §. i. ubi gl. &
Bar. in quarto intellect. ff. de liber. & post
hum. & ibi dixi. Nam respõdeo, quòd in
hac reciproca inest etiam compendiosa,
quæ post aditam hæreditatem & puberta 5
tem resoluitur in fideicõmissariã, ut per
Doct. in d. locis, & l. precib. C. eod. Deci.
consil. ccxxxvi. col. iij. & latius cõsil. cccc-
xxxi. Adsunt enim in hac substitutione
plurima uerba habentia tractum tempo- 6
ris, dum primò fit mentio mortis, quæ ha
bet tractum successiuum. glossa in l. in te
stamento. C. de milit. testamen. quam se-
quitur Decius in d. l. precibus. col. viij.

& consil.ccxxvij. col.ij. Soci.consil.ccxc. quoniã pręsens. Item est dictũ, sine liberis seu filijs, quæ uerba habent etiam tractũ successiuũ, & faciũt substitutionẽ cōpendiosam. Bart.in d.l.centurio. col.ix.uers. secundo oppono. & ibi Doct. Item adest clausula codicillaris: item clausula, omni meliori modo, quæ faciũt substitutionem fideicōmissariam, ut habetur per Doct.in d.l. centurio. & l. Lucius. & in terminis nostris ita uult Decius consil. lxxxvi. in prin. Est itaq; cōcludendum, deberi Iacobo fideicommissum ex testamento auito.

Nascitur tamen extra testamentũ unũ dubiũ, quòd Iacobus & Vitalis post mortem aui diuiserunt bona, per quam diuisionem uidetur remissum inuicem fidei-
7 cōmissum: quoniam licet per simplicem diuisionem nō censeatur remissum, Bar. in l.qui Romæ. §. duo fratres. in i.quæst. de uerb. oblig. quem omnes sequuntur, & Crotus de Montefer. ibi dicit ueram & indubitatam conclusionem. Decius consil. cccxliij. col. i. tamen quando diuisio non est simplex, sed promissum est nō ueniri cōtra diuisionem, uidetur remissum fideicōmissum, maximè quando adsunt clausulæ prægnantes, ut in casu nostro, ubi facti sunt fines generales, & pactũ de nō petendo perpetuum super toto quod peti potuisset ex quacũq; causa etiam incogitata, ut latius d. instrumento continetur. Adsunt etiam alia quæ solent indu-
8 cere remissionem, puta promissio de euictione, & huiusmodi, quæ non recenseo, quia sum sublaturus omnia unica solut. Bart.in d.§.duo fratres.vi.quæst. & in locis allegatis per Crotum, d. §.duo fratres. ij.quæst. At paucis agendo, licet articulus sit disputabilis, communis opinio est in contrarium, quòd etiam si promissum sit non contraueniri, censeatur remissum fideicōmissum. Bar.in d.§.duo fratres.q. ij. quem ibi sequũtur Doct. maximè Crotus col.xxiiij. qui alios adducit: & per plura cōprobat Decius consil.lxxxvi. & consil.ccccxcv. Non obstant clausulæ prægnantes positæ in diuisione, cum not.per Bart. in d.quæst.vi. quia respondetur il-
9 las procedere quando quis promisisset nō contrauenire & ex causa de præterito & de futuro. ita loquitur Bart. & qui eum sequuntur, ut per Deciũ d.consil.ccccxcv. Nam quando promissio refertur tantum ad ius quod de præsenti uel præterito cōpetit, certissimũ est non remitti fideicommissum per uerba quantumcunq; generalia. Decius d. consil. lxxxvi. colum.iij. Sed in casu nostro est facta promissio de non petendo aliquo quod deberetur ab hodie retro, unde non uenit fideicōmissum, quod nondum debebatur pendente conditione, l.cedere diem. ff. de uerb.sig. cum simil. Ad hæc posito etiam quòd promissio de non contraueniendo respiceret futurũ, adhuc nō censeretur remissum fideicōmissum. Nam requirit, ut di- 10
catur remissum, quòd qui diuidit sciat fideicōmissum, ut per Bar.d.§.duo fratres. ij.quæst. & ibi cōmuniter omnes. Si igitur pars aduersa nō probauerit Iacobum sciuisse, in dubio in suis hæredibus præsumitur ignorantia. Nam cum etiã citra testamẽta essent successuri ab intestato auo suo, uident illa bona diuisisse, ut obuenientia ab intestato. Et quòd in fratribus diuidentibus præsumat ignorantia fideicōmissi, uult Bar. in d.§.duo fratres.q.iij. & ibi Crot. declarat, & sequunt simpliciter omnes. Dec.d.cōsil.ccccxcv.col.iiij. Concludendũ itaq; est, deberi fideicōmissum Iacobo. Iuxta suprà dictam conclusionem consentaneũ est uidere, quid ueniat in hoc fideicōmisso. Et uidetur dicẽdum uenire tantũ dimidiam bonorũ peruentorum à Ioanne auo ad Vitalem nepotẽ ex filio. Ratio est, quòd cum Vitalis sit de descendentib. fideicōmittentis, & sit grauatus restituere sub cōditione, si sine libe- 11
ris decesserit, potest detrahere duas quartas, legitimam & Trebellianicam, quæ detractio fit ut habetur in l. quanquam. C. ad l.falcid. & in consilijs infra allegandis, maximè Deci. consil.dcxiij.colu.final. & illud ius detrahendi transmisit ad hæredes suos etiam extraneos. Bartolus in d.l. quanquam. & ibi Doct. Decius consil. lxxxi.in prin. & lxxxvi.in prin. & ccxliij. col.i. & dcxiij.col.final. Ego uerò à suprà dictis in aliquo dissentio, & quantum attinet ad legitimam transeo cum communi, quoniam in illa non potuit filius grauari, nec eam amittere potest, etiam approbando testamentũ aui. Pet. de Anch.

consil.

consil.cli.col.iiij. sequit Deci.d.consilijs. Quantũ attinet ad Trebellianicã, licet de iure cõmuni potuisset detrahi à dicto Vitali seu hæredibus eius, tamen eam amisit facto suo, scilicet, quia non apparet Vita-
12 lem fecisse inuentarium, ideo sicut amittitur falcidia, ita & Trebellianica: in quo licet aliqui aliter tenuerint, communis opinio est quòd perdatur, ut latè per Decium consil.ccccxcv.col.v.& cõsil.ccxxxvi.col. iij. quæ habet locum etiam in filijs primi gradus, ut per eum: quam etiam ueram et cõmunem testatur Curtius iunior consil. liiij. uisis ac diligenter. col.iij. His sic stantibus non uideo quare D. prætor Curtis maioris, cui primo fuit cõmissa causa, nõ miserit in possessionem illorum bonorũ, excepta legitima, dictum Iacobum ex remedio l.fin. C.de edict.diui Adriani toll.
13 cum ipse hoc peteret: quod beneficiũ habet locum etiam in fideicõmissario, in casibus in quibus transeunt iura ipso iure, ut per Doct. in d.l.fin. & casus noster est de illis, cum idem fideicõmissarius ueniat ab intestato, & sit proximior, Decius in c. in præsentia. secũdo notab. de præsump. Nec poterat impedire hanc missionẽ domina Margarita quæ nitebat ex testamento Vitalis, & ita non erit legitima contradictrix, nec habebat requisita quæ ponũtur in d.l.fin. ut quis contradicere possit: siquidem nullum ius prætendebat in hæreditate, sed ueniebat tanquam legataria dotis uel ususfructus.

Transeo nunc ad testamentũ Vitalis, qui testatus est instituendo fratrẽ Iacobũ, seu potius substituendo eũ uentri, si posthumus nõ nasceret, & reliquit uxori suæ libras quatuor centũ, quas cõfessus est habuisse nomine dotis: & ultra legat libras sex centũ quãdo trãsierit ad secũda uota, dandas per hæredes suos. Item casu quo nõ peteret dotẽ, reliquit eam usufructuariam. Et uidendũ est quid iuris circa hæc relicta. In primis, anteq̃ ulterius procedã, præsuppono quòd dictus Vitalis respe-
14 ctu legitimæ quæ nõ cõprehendebat in fideicõmisso, potuit testari & relinquere uxori suæ uel cui uellet. c.Rainald. §.dilectus filius. de testa. Deci. consil. ccxxxvi. col.iij. in iiij. dubio. in fin. Hoc præmisso, cũ euenerit casus substitutionis, quia posthumus non est natus, potuit dictus Iacobus adire hæreditatẽ fratris, & petere se mitti in possessionẽ bonorũ illius, per d.l. fi. C.de edict.diui Adria.toll. cuius beneficium secundũ cõmunẽ cõpetit substitu- 15
to uulgari, ut per Bar. & alios in d.l.fi.iiij. quæst. & illam hæreditatẽ haberet cũ beneficio l.falcid.d.c.Rainald. in fi. Nec posset obijci quod nõ fecerit inuentariũ, quoniam nõ stetit per eum, sed per partem ad sam, quæ occupauit bona Vitalis: quinimò ipse perquisiuit facere inuentariũ omnibus modis, ut apparet in processu facto corã prætore Curtis maioris, chart.ij. Hoc facto dña Margarita tanq̃ legataria debebat petere legata sua, & illa accipere de manu hæredis, tum de iure cõmuni, l. legatũ.ff.de lega.i.l.nõ dubiũ.C.de legat. cũ materia, tum etiã ex mẽte testatoris qui legat dictæ Margaritæ illas libras dandas per hæredẽ suũ: & uerbum, dare, est obli- 16
quum.l.fundi Trebatiani.ff.de usufr.leg. Bar.in l.centurio. in ij.q.princip.in prin. de uulg.& pupill.& ibi cõmuniter omẽs. Propterea significat ut è manu hęredis accipiat, ut ibi tradit: quod cum non fecerit D.Margarita, sustentabile esset ut priuata sit dicto legato, per not. in d.l.non dubium. nolo tamen nũc intrare hanc difficultatẽ. Si uerò noluisset legatũ librarũ, sed usufructũ, debebat pręstare cautiones 17
quæ solent pręstari ab usufructuarijs &c. ut habet in locis cõmunibus. Nam ut ex testamento Vitalis colligitur, alterũ tantũ habere poterat, uel usumfructũ uel legatum illarum librarũ. Modus ergo in distribuẽda hęreditate Vitalis erat iste, ut prius deduceret æs alienũ & funeris impensa, ex reliquo Iacobus hæres haberet quartã falcidię, quod inde superfuisset erogari legatarijs, ut docet Imp. in l.in imponenda. C.ad l.falcid.& §.cum autẽ. Instit.eo. Est tamen aduertendũ ad unũ, quòd quantũ attinet ad quatuor centum libras legatas sub nomine dotis, si potest probari illã do- 18
tem fuisse datã aliunde q̃ ex testamẽto Vitalis, debebit tanq̃ dos, & ita detrahetur tanq̃ æs alienum. Si uerò nõ posset aliter probari quàm ex testamento, debebit ut legatũ, unde pateretur falcidiam sicut cætera legata. §.sed si uxori. Instit.de lega.& ibi gl.& Aret.l.si non designata. in utroq;

respons. C. de falsa causa adiect. legat. &
ibi Bald. notat & alij. Bart. in l. qui uxori.
de auro & argent. lega. Bald. nouell. in tra
ctatu dotis, viij. parte, xi. priuileg. Alex.
consil. cxxij. uol. vij. Posset alius breuior
modus esse, ut scilicet Iacobus ueniret tã-
tum ex testamento fratris, & in solutione
19 onerum & computatione patrimonij de-
duceret fideicõmissum sibi debitum, tan-
quam æs alienum, deinde ex reliquo de-
traheret falcidiam, ut suprà dixi, ut est ca-
sus in terminis de fratre grauato, qui fra-
trem instituit, in l. irritum. C. ad l. falcid.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Ius accrescendi non habet locum in contractibus, nisi hoc agatur tacitè uel expresse.*
2 *Distributiuum tribuit actum unicuiq; in solidum.*
3 *Inuestiti pro se & quolibet eorum, uno deficiente alter totum habebit, uel ius accrescendi.*
4 *Feudo concesso Titio & Sempronio & pro cuiuslibet eorum filijs, uno decedente non accrescit alij.*
5 *Transactio inter aliquos facta, alijs non præiudicat.*
6 *Princeps in dubio non censetur uelle alij præiudicare.*
7 *Concessio quando dicatur facta loco uel personis.*
8 *Immunitas censetur realis, quando per modum beneficij est concessa.*
9 *Princeps concedendo alicui iurisdictionem in castro, uidetur in dubio eam concedere territorio.*
10 *Concessio censetur realis quando est facta in perpetuũ, uel pro se & hæredibus.*

Consil. XX.

DEO opt. max. autore. In-
spectis uerbis transactionis
initæ inter magnificam ciui-
tatem Casalis, & magnificos
dños Albertum & Galeotũ
de Carreto, quibus dicitur, quòd ipsi do-
mini fratres & ab eis & quolibet ipsorum
ex legitimo matrimonio descẽdentes usq;
in infinitum, contribuere tantum tenean
tur pro dimidia &c. an si unus eorum de-
cesserit sine descendentibus, immunitas
pro parte sua accrescat alteri, siue alius eã
habeat per ius non decrescendi? Prima fa
cie uideretur dicendum quòd sic. Nam li
1 cet in contractibus non habeat locum ius
accrescendi siue non decrescendi, ut habe
tur latè per Bart. & Doct. in l. si mihi & Ti
tio. ff. de uerb. oblig. & in l. re coniuncti.
col. fin. ff. de legat. iij. quia imputandum
est partibus cur legem apertius non dixe
rint, & sibi non prouiderint, tamen si hoc
actum est ut locũ habeat aut expresse aut
tacitè, locum habebit. At in casu nostro a-
ctum uidetur ut habeat locum, quia non
simpliciter cõcessa fuit immunitas dictis
fratribus de Carreto, sed cum adiectione
dictionis, & quolibet, quæ dictio est distri
2 butiua, & tribuit actum unicuiq; insoli-
dum, ut per Bar. in l. hoc articulo. ff. de hę
red. instit. & in l. si pluribus. in prin. ff. de
lega. ij. Et per istam rationem ita in termi
nis in feudo concludit Bald. in c. i. §. fin. in
fin. de success. feudi. & in l. unica. C. quan
do nõ petentiũ partes. in xi. quæst. quòd
3 si princeps inuestiat Petrum & Sempro-
nium & quemlibet eorum, tunc uno defi
ciente etiam post emolumentũ acquisitũ,
superstes totum habebit, propter illud di-
stributiuũ, quemlibet. Sequit̃ Alex. con-
sil. xxx. quoniã omne datum. col. iij. i. uol.
quod est repetitum cõsil. ij. v. uol. & idem
Alex. in d. l. si mihi & Titio. & ibi Aret. &
latius Curtius senior consil. xlix. memo-
riæ recolendę. col. xxxvij. uers. undecimo
& fortius, qui dicit, quòd insolidum spe-
ctabit alteri fratri & eius filijs: & quòd ista
est cõmunis conclusio, quæ nõ habet con
tradicẽtem. Per quæ uidetur in tutissimo
portu esse causa pro dictis magnificis do-
minis de Carreto.

Vlterius tamen inuestigando, contra-
rium de iure uerius uidetur, ut scilicet im
munitas prædicta non transiuerit ad altẽ
rum fratrem nec ad eius filios, sed sit extin
cta in personam domini Galeoti. Et con
siderandum est quòd suprà dicta proce-
dunt, quando dictio distributiua est appo
sita ipsis fratrib. hoc modo, quòd ipsi fra-
tres & quilibet ipsorũ: nam tunc uno de-
ficiente, alter per ius nõ decrescendi totũ
haberet, & ita loquunt̃ Doct. suprà allega
ti, & sic procedit dicta cõmunis cõclusio.
Sed secus est quando distributiua est ap-
posita in persona filiorum, puta, concedo
4 feudũ Titio & Sempronio, & pro cuiusli
bet eorum filijs & descendentibus: nam
tunc uno decedente feudum redit ad do-
minum, nõ autem redit ad alium coinue-
stitum. Et ita in terminis cõsuluit Petrus
de Anchar. cõsil. ccxlv. duo prima dubia.
Sequitur Curtius iunior in tract. feudali.
in ij.

in ij.par.col.fi.idem Curt.consil.lv.col.fi.
moderni Papienses in repetitione l.re cõ=
iuncti.ff.de leg.iij.nu.165.& melius Alex.
consil.xiij.uol.v.col.fi.qui cõsuluit,quòd
si duo fratres sint inuestiti de feudo pro
se & cuiuslibet eorũ descendentibus,alte
ro deficiente sine descendentibus, nõ ha=
bebit locũ ius nõ decrescendi in personã
alterius.Et per ista uidet̃ fundata intentio
cõmunitatis, & sublata quæ in contrariũ
adducta fuerũt, ut scilicet immunitas ex=
tincta fuerit pro portione magnifici dñi
Galeoti, qui decessit sine descẽdentibus,
nec acquisita fuerit dño Alberto fratri aut
eius filijs descendentib. Circa secundũ
dubiũ,an trãsactio inita inter dictos dños
de Carreto & illustriss. Marchionẽ,pręiu
dicauerit in aliquo ipsi ciuitati,respondet̃
quòd nõ,propter regulã generalem,rem
5 inter aliquos actam alijs nõ præiudicare,
ut in rub. C.res inter alios acta. & l.sæpe.
cum simil. ff. de re iud.Et id quod nostrũ
est, sine facto nostro ad aliũ transferri nõ
potest,l.id quod nostrũ.ff.de reg.iur. Cũ
itaq; ciuitas nõ sit nominata in dicta trans=
actione,nec interueniẽdo illi consenserit,
nullũ potuit ei inferri præiudiciũ, etsi per
principẽ fuerit facta dicta transactio:nam
6 in dubio princeps per suas concessiones
nõ intelligit̃ uelle tertio pręiudicare:quin
imò potius uerba rescripti impropriant̃,
q̃ quod damnũ alteri inferat̃. not.gl. ubi
Dd.in c.ad aures.extra de rescript.&in c.
super eo.extra de offi.deleg.ubi Feli.latè.
Deci.cõs.ccix.in casu proposito.col.ij.Et
q̃d plus est,etiã si uoluisset,non potuisset,
cũ nulla appareat causa ita faciendi: siqui
dem d.regula,Id quod nostrũ.habet locũ
etiã in principe, quãdo nulla subest causa
præiudicandi tertio,ut tradunt gl.& Dd.
in l.fin. C. si contra ius uel util. pub. & in
c.ecclesiæ sanctæ Mariæ. extra de constit.
Dec.in d.l.id quod nostrũ.Et ex his rema
net expeditus punctus principalis. Ex=
trinsecus modò de alio quærit̃,an immu-
nitas concessa à ciuitate burgensib.cuius=
7 dam loci nõ subditis,sit personalis uel rea
lis,id est,an concessa sit loco uel personis:
quæ materia est intricata,ut testat̃ Ias.in l.
i.ff.de constit.prin.& laboriosam difficul
tatem appellat Alex. in l.quia tale,ff.solu.
matr. Videret̃ prima facie dicendum,esse
cõcessam personis, cum in ea dicat̃ quòd
burgenses sint immunes, &c. burgensi=
bus ergo,non loco immunitas est conces=
sa,facit c.quoniã Abbas. extra de offi.de=
leg.& c.si is cui.eo.tit.in vi. & ibi Dd. ubi
habetur quòd concessio facta aliquib.no
mine proprio,dicitur personalis.Et ita ad
cognoscendũ an cõcessio sit realis uel per
sonalis,arguit Petr. de Anch. consil.ccc=
xxvij.& Dec.cons.cclxij.in prin.Et in du
bio, ut priuilegiũ iudicari debeat persona
le,probat latè Alex.consil.ci.in fin.uol.i.
His tamen nõ obstantib. in casu nostro
plurib.rationib. & coniecturis contrariũ
uerius uidetur,ut scilicet cõcessio immu=
nitatis sit realis seu localis,& non persona
lis.Primo, quoniã in hac concessione tra
ctatur tantũ de præiudicio dictæ ciuitatis
illam concedentis,unde huiusmodi con=
cessio est beneficiũ,nõ autẽ priuilegiũ,ut
per Bart.in l.fin. ff.de mand.princip. ubi 8
Ias.col.iiij.ex quo sequitur quòd est latis=
simè interpretandũ,ut ibi habet̃. Et secun
dum cõmunem sententiã Dd. beneficia
in dubio censent̃ realia,ut per Bart.in l.fi.
ff.de seruit.lega.Alex.in d.l.quia tale.col.
iij.Pet.de Anch.d.cons.cccxxvij.Barbat.
consil.xliiij.col.vij.ij.uol. Deci. d.consil.
cclxij.col.antepen. Secũdo,q̃uis esset pri
uilegiũ,tamen quando concedit̃ uniuersi
tati,censetur reale.ita Bar.in d.l.fi.de ser=
uit.leg.per tex.& ibi gl.in l.forma.§.quan
quam.ff.de censib.& in fi.decidit,quòd si
princeps cõcedat iurisdictionẽ in aliquo
castro, & dubitet̃ an Comiti an territorio 9
sit facta concessio, in dubio intelligi factã
territorio.Tertio,quicquid sit in nuda &
simplici cõcessione,certũ est in concessio
ne facta in modum pacti & mutuę cõuen
tionis,prout nostra est, dici realem, ut ex
plurib.ostẽdit Ias.in l.si sic stipulatus.la ij.
col.iiij. & v. ff.de uerb.obli.qui dicit se ita
consuluisse in ciuitate Albæ patriæ meæ
Montisferrati.Præterea ad cognoscendũ
an dispositio aliqua sit realis uel persona=
lis, inspiciẽda sunt & diligenter obseruan
da uerba concessionis, ut probat Barbat.
d.consil.xliiij.col.i.Sed ex pluribus conie
cturis quæ colligi possunt ex uerbis no=
stræ immunitatis, arguitur concessio rea
lis.Prima est,quia facta in perpetuum, ut 10
per Pet.de Anchar. d.consil. cccxxvij. &

Barbat. d. conſil. xliiij. col. viij. Socinum conſ. lxxxiiij. i. uol. Iaſ. conſil. cxvij. uol. ij. ubi idem dicūt quando cōceſsio eſt facta pro ipſis & hæredib. prout eſt in caſu noſtro. Secunda, quia facta burgenſibus, & ſic uniuerſitati, quæ nunq̃ moritur. l. proponebaī. ff. de iudi. Tertia, quia facta per nomē adiectiuū, ſcilicet burgenſib. Idem Anchar. ibidem. Nō obſtant nunc in contrarium allegata, quibus apparet reſponſum ex proximè deductis, ut nō procedāt in beneficio, & ut nō procedant quando ſunt coniecturæ in contrariū. & ita in ſpecie reſpondet Deci. d. conſil. cclxij. col. antepenult. Bellonus. Papiæ.

1 *Cōtractus natura & qualitas ante omnia eſt inſpicienda.*
2 *Contractus factus in perpetuū, dicitur emphyteoſis, non locatio.*
3 *Emphyteotæ nō ſolet fieri remiſsio propter ſterilitatem.*
4 *Clauſula, ut de bonis facere poſsint quicquid uoluerint, ſignificat dominij translationem.*
5 *Verba & effectus rei ſi cōcurrant, attēditur effectus rei.*
6 *Volūtas cōtrahentiū magis attēditur q̃ cōceptio uerborū*
7 *Cōtractus cēſualis quomodo cognoſcatur ab emphyteoſi*
8 *Locatio quibus modis cognoſcatur ab emphyteoſi.*
9 *Remiſsio mercedis an fiat conductori per longū tempus.*
10 *Ratio quare emphyteotæ non fit remiſsio.*
11 *Verba intelliguntur ſecūdum ſubiectum materiæ: ex quo plura inferuntur.*
12 *Conductor renuncians omni iuri ac legis auxilio, non poteſt petere remiſsionem.*
13 *Conductori ut fiat remiſsio, quale damnum debeat interuenire.*

Conſil. XXI.

DEO opt. max. autore, Adhęrendo uerbis inueſtiturę mihi propoſitæ, in primis apparet inueſtiturā factam de unciјs quinq; in latitudine, & unciјs decē in altitudine, ex aqua de qua in d. inueſtitura: quę quidē aqua cōtinuò debet decurrere, ſecundū pacta & cōuentiones quæ ibi habenī. & hoc habeī in d. inueſtitura in principio, & latius in quarto pacto. Et poſtquā ita promiſſum eſt, ita obſeruari debet. l. ſicut. C. de act. & oblig. maximè attēta ampliſsima forma obligationis, quæ in d. inueſtitura contineī. Ad hæc cōuentū fuit inter partes, ut in quinto pacto habeī, quòd caſu quo flumē Sicide impleret buccā &c. quòd pro uno mēſe cū dimidio nō teneaī dn̄s Sartiranæ facere aliquā detractionē fictus, ſed abindè ꝫ, pro rata tamē tēporis, ut latius ibi cōtineī. Cōtigit modò quòd aqua nō decurrit ut deberet, ex quo cōductores maximū damnū patiunī, quęriī an poſſint denegare & retinere fictū, & ſic ipſis cōductorib. ueniat faciendū reſtaurū. Circa d. quęſtionem nō inutilis & neceſſaria erit inueſtigatio, cognoſcere quis contractus ſit celebratus inter partes, ut in ſimili inquit Soci. cōſ. clxvij. incip. nō inutilis. in prin. Cū enim multifariā ſint cōtractus, & diuerſæ naturæ, diuerſus eſt etiā effectus, & idē nō eſt inter eos cōiugiū, ut ſunt uerba Bal. in rub. C. de iur. emph. In primis itaq; dicendum uideī, dictā cōceſsionē aquæ eſſe cōtractū emphyteoticū, ita enim tenor inueſtituræ loquiī, qui uim contractus oſtendit. Dec. conſ. dcxiiij. nu. 3. incip. in cauſa. Et apparentia facit præſumi diſpoſitionē, prout prima facie ſe offert. l. item apud Labeonē. §. ſi quis uirgi. ff. de iniur. latè Deci. in l. fin. C. de edict. diui Adria. toll. in v. notab. Talis em̄ præſumiī cōtractus, qualis in prima ſui figura apparet. l. i. C. ſi quis alteri uel ſibi. l. ad probationem. la i. C. de probat. l. ſancimus. C. de fideiuſſ. Et dicit Bal. in d. rub. de iur. emphy. eſſe cōtractū emphyteoticū, quādo diciī quòd datur in emphyteoſim, & ita habeī in inueſtitura. Nec obſtat ſi dicaī, quòd fit mētio etiā de locatione alternatiuè: quia dico, quòd cū cōceſsio dictæ aquæ ſit facta in perpetuū, contractus quando eſt factus in perpetuū propriè diciī emphyteoticus, nō locatio. Ang. de Aret. in §. adeò. Inſtit. loca. & Iaſ. in l. i. C. de iur. emph. nu. 6. Et ſtante hac concluſione q̃d ſit cōtractus emphyteoticus, ſequiī cōcluſio cōtra inueſtitos de d. aqua, ut ipſis nō debeat fieri reſtaurū aliquod, ſed teneanī ad integrā pēſionē. Cū enim pręſupponaī in facto, aquā aliqualiter decurriſſe, licet nō plenè, emphyteotæ nō fit remiſſio propter ſterilitatē etiā maximā, niſi res in totū perierit, ita Bar. in l. i. C. de iur. emph. & ibi om̄es, maximè Iaſ. nu. 18. qui dicit cōmunem. Idem uoluit gl. expreſſe in c. potuit. extra de locat. in uerb. expelli. quam cōmuniter ſequunī Dd. ut ibi per Panor. nu. 16. & Barb. nu. 25. 26. & idem Panor. in c. propter. eo. tit. nu. 3. qui dicit cōmunē, & habeī per Bar. & Doct. in l.

in l.interdum.§.ex naufragio.ff.de acqui.
possess. & ista est regula satis trita & nota
bilis, ut dicit Soci. consil.ccxvij. prope fi.
incip.circa hanc.& plura alia possent cu-
mulari, quæ breuitatis causa omitto. Ra-
tio autem prædictæ cōclusionis est ut per
Bar.& Panor.in dictis locis, quia id quod
dat emphyteota domino, nō dat respectu
rei, sed in recognitionem directi dominij:
ideo donec superest aliqua substantia rei,
debet præstari pensio. Secundo, quòd fie
ri non debeat dictum restaurū, facit, quia
ex uerbis inuestituræ uidetur translatum
dominium ipsius aquæ etiam directò in
4 inuestitos, ex illis uerbis, Et de eis & in eis
faciant & facere possint & ualeant quic-
quid uoluerint, ut notat Angel. per illum
text. in Authent. de restitut. in prin. col.
viij. refert & sequitur Deci. consil. clxiiij.
col.i.incip.non fuisset. Vnde fortasse dici
posset esse contractum censualem, ut la-
tius ibi per eundem Decium. quo fit, ut
quando dominium est translatum, om-
ne periculum spectet ad dominum: res e-
nim domino perit, ut habetur in simili de
emptore, per Bart.& alios in d.l.i. de iure
emphyt. in l.si uno. §. item cum quidam.
col.fin.ff.locati. reassumit Decius consil.
cccxij.incip.licet.col.i. Tertio, quòd non
debeat fieri restaurum, facit, quia in d.in-
strumento inuestituræ renunciatū est om
ni iuri & auxilio legis, quo seu quibus se
tueri possint: per quam clausulam impe-
ditur ne fiat restaurum, ut uoluit Alberi-
cus de Rosa. in l.item quæritur. §.exerci-
tu.ff.locati. refert & multum notandum
dicit Ias.in d.l.i.de iure emphyt.num.101.
col.penult. Hæc sunt quæ mihijpsi uiden
tur facere posse cōtra dictos inuestitos ne
fiat restaurum: si tamen aliæ mouebūtur
difficultates, conabimur eas resoluere.

Quibus tamen non obstantibus, dico
dictam concessionem esse contractum lo
cationis, & propterea teneri dominū Sar
tiranæ ad faciendum restaurum, propter
aquam nō decursam. Et pro huius rei de-
monstratione sciendum est, quòd licet in
contractu aliquando sit facta mentio em-
phyteosis, aliquando locationis, aliquan-
do libellarij cōtractus, tamen hæc expres-
5 sa nominatio nihil facit, sed attenditur ef-
fectus rei. l. insulam. ff. de præscript. uerb.
l.si olei.C.locati.l.si uno.ff.eod.tit.c.con-
stitutus.ubi Abb.col.fi. extra de religios.
domib.Roma.consil.cccccix. incip.circa
consultat.Alex.consil.cvij.incip.perspe-
ctis.uol.iij.& est cōmunis opinio. Socin.
consil.clvi.incip.pro funda.in prin. Ver-
ba enim intelligūtur secundū subiectam
materiam, & attenditur potius uoluntas 6
contrahentiū quàm cōceptio uerborū. l.
fin.in prin.C.quæ res pignor.oblig.poss.
l.promittendo.in prin.ff.de iur.dot.& in
materia nostra hoc uoluit Bart.in d.l.i.de
iur.emphyt.in ij.oppos.& ibi Ias.& alij se
quuntur. Vnde si in aliqua concessione
usus sit concedens uerbo donare, tamen
erit & iudicabitur feudum, si effectus con
cessionis aliter nō indicabit. ita consuluit
Dec.cons.ccccxiij.incip.cōsuluit. Et si in
concessione sit facta expressio contractus
emphyteotici uel libellarij, si tamen effe-
ctus cōtradicat, puta quòd sit translatum 7
dominiū, iudicabitur contractus censua-
lis uel permutatio. Deci.consil.clxiiij.in-
cip.non fuisset. & in terminis nostris ex-
presse hoc uoluit Bald.in rub.de iur.em-
phyt.qui dicit, quòd si facta est locatio in
emphyteosim, iudicabitur hic cōtractus
emphyteoticus uel locatio, secundū quòd
effectus indicabit. & uide eū ibi in prima
& ij.quæst. sequitur Barbat.in rub.extra
de locato.col.fin. In proposito, cum sit di
cta concessio uario modo nuncupata, ui-
dendum est cui nominationi magis effe-
ctus conueniat: & non est dubium conue
nire locationi, hoc ostenditur ex plurib.
Primo, quia in dicta inuestitura dicitur, 8
quòd quinquaginta scuta dantur pro affi
ctu. Item facienda est annua solutio, quæ
omnia arguūt locationem, ut per Barbat.
in d.rub. Soci.d.consil.clvi. in prin. Item
adest pactum, quòd pro eo tempore quo
uti frui non possent dicti inuestiti, ut fiat
remissio, quod sapit locationem. Socinus
consil.lxxxviij. col.i. prope fin. ubi etiam
ponit alia quibus dignoscitur locatio ab
emphyteosi. Vltimo notabiliter hoc ostē-
ditur, quia datur magna pensio correspō
dens fructibus, non autem datur aliquod
modicum in signum recognitionis domi
nij, quo casu censetur locatio: & iste est ue
rus modus ad cognoscendum locationē
ab emphyteosi, ut tradit Bart.in d.l.i.in ij.

oppos.ubi Ias.num.35. & Doct.in d.c.potuit.extra de locato.Barbat.in d.rub.in fi. & d.consil.xiiij.clementiss.col.fi.qui dicit ita semper consuluisse, & fuisse iudicatū. Præsupposita igitur hac conclusione pro uera,quòd sit locatio, an conductorib.debeat fieri restaurū,posset dubitari:quia licet fiat simplici conductori,l. ex conducto.& l.si merces.§.uis maior.ff.locati.ta-
9 men in locatione ad longum tempus uel perpetua, ex quo uidetur similis emphyteosi,cum transeat utile dominiū,uidetur quòd nō deberet fieri,ut nō fit in emphyteosi. His tamen & quibuscūq; similibus nō obstantibus contrariū concludit Bar. in d.ij.oppos.& ibi Ias.nu.18.& 36. qui dicit cōmunem.& gl.Panor.Imol. Barbat. & omnes in d.c.potuit.& Barb.in d.rub. extra de locato. & in d.consil. xiiij. & Socin.in consil.s allegato. Aret.consil.lv. in causa.per totum.Et de hac cōclusione nō est dubitandum,pro qua consuluit in specie Alex.consil.cxlviij.ij.uol. in præsenti.
10 per totum. Ratio autem differentiæ inter contractū emphyteosis & locationē est,secundum Bar.in d.ij.oppos.& cōmuniter Doct.in d.locis,quia emphyteota præstat aliquid modicū pensionis in recognitionem dñij:& ideo cum dñium uel eius substantia duret,debet durare pensio.Sed cō ductor soluit pensionem pro usu rei, ideo cum re utifrui nō potest,nō debetur pensio.Vnde inferebat Alex. in d.consil.cxlviij.num.24.quòd si emphyteota solueret pensionē correspondentē fructibus,tunc idem esset dicendū de eo,quod de conductore ad longū tēpus.Tamen Alex.nō aduertit quòd tunc nō esset propriè emphyteota. Et hæc procedunt de iure cōmuni. Quibus tamē circunscriptis, adhuc ex d. inuestitura teneret ad faciendū restaurū, propter aquā nō decursam, cū ita cōuentum fuerit inter partes, ut habet in d.inuestitura in quinto pacto:& hoc solum sufficeret ad obtinendum dictum restaurum. Nō obstant modò adducta in contrariū. Et primo dum conatur ostendere cōcessionem dictæ aquæ esse contractū emphyteoticum, quia apparet responsum ex ijs quæ deduxi pro contraria parte, ubi planè probaui esse contractum locationis,& non emphyteosis:uerba enim contractus non attenduntur quando effectus cōtradicit,ut s latè probaui. Et ex hoc destruit correlaria cōclusio quam faciebam,quòd emphyteotæ non fiat restaurum. Præterea dici posset,etiam quòd esset cōtractus emphyteoticus, tamen quando emphyteota soluit pensionē quæ correspondeat fructibus,idem iudicari de eo quod de cōductore ad longum tempus,ut per Alex. in d.consil. uerè tamen dici non posset eo casu emphyteota,ut s dixi. Non obstat secundum fundamentū,dum dicebatur dominium esse translatum, ideo rem perire, uel fieri deteriorē domino,per illam clausulam,ut facere possint de aqua quicquid uoluerint.Nam respondet,quòd ex quo suprà clarè probatum est ex alijs cōiecturis firmissimis,hunc esse cōtractum locationis,illa clausula intelligēt secundū sub 11
iectam materiā, scilicet locationis, in qua non transfert dominiū,sed præstatur tantum patientia utendi & fruendi,d.l.ex cō ducto. facit quod habetur in simili in l.final. C. de edict.diui Adria.tollen. ibi,rerum quæ testatoris mortis tempore fuerunt. iūcta l.in testamēto. eod. ad l.falcid. ubi illa uerba in l.in testamento.importāt dominium,& in l.fin.secus:& ibi Bart.in iij.oppos.dicit esse ratione subiectæ materię. Et ad hoc plura adducere possem,maximè id quod notat Bar.de uerbo,assignare,in l.si constante.in prin.in ij.q. quartæ quæst.principal.ff.sol.matr. Secundo respondeo,quòd argumentū habet annexā solutionē: non enim illa clausula,ut facere possent, est simpliciter prolata, sed additum fuit, ut facere possint quicquid uelint secūdum usum talis locationis:ita expressum est in inuestitura, cuius usus est, ut transferatur utile dñium tantū, l. i. ff.si ager uectig.uel emphy.non autem etiam directū. Et quòd utile tantum dominiū translatum sit in conductores,est expressum in d. instrumento, in quarto pacto. Nō obstat tertio, esse appositā illam clausulam, quòd renunciarunt omni legis & 12
iuris auxilio, quia Iason loquitur quando apposuerunt illam clausulam,& addiderunt, ut nō possent se tueri à præstatione canonis uel pensionis:quod non est in casu nostro; imò expresse conuentum est in quinto pacto,ut si uti nō possent aqua,
non

non tenerentur ad pensionem. Præterea etiā quòd esset facta talis renunciatio, non uideret̄ includi casus ubi culpa ipsius locatoris deberet fieri remissio, & non solui pensio, ut in simili habetur de casu fortuito; nam suscipiens in se casum fortuitum, non uidetur suscipere casum qui culpa alterius partis contingit, ut notat Bartol. & Bal. per illum tex. in l. cum proponas. C. de nauti. fœno. Ex suprà dictis itaq; cōcluditur, dictam concessionem esse locationem, & propterea teneri dominū locatorem ad faciendam remissionē pensionis conductoribus pro aqua nō decursa, pro rata, tam de iure cōmuni quàm ex cōuentione ipsarum partium, probata tamen læsione & sterilitate per dictos cōductores. Et si dicatur, quale damnū debeat pati cō-
13 ductor ut fiat remissio, diuersæ sunt opiniones. Recurrendum igitur erit ad Panor. in d. c. propter steril. nu. 12. & ibi Barbat. nu. 24. extra de locato. & Alex. d. consil. cvij. incip. perspectis. col. fin. uol. iij. Et quorundam fuit opinio ut requiratur damnum in dimidia, aliorum in tertia, aliorum ut Barbat. ubi suprà, ut relinqueret̄ arbitrio iudicis. Quicquid tamē sit, puto in casu nostro omnem opinionem habere locum. Bellonus. Papiæ.

1. *Locator quando teneatur ad interesse conductori.*
2. *Interesse multifariam consideratur.*
3. *Prouisio hominis quando faciat cessare prouisionem legis, & ibi plenè examinatur.*
4. *Inducta in fauorem, non debent in odium retorqueri.*
5. *Abundans cautela non nocet quando fit ad declarationē.*
6. *Instrumentum aliud est, aliud quod continetur in instrumento.*
7. *Statutum annullans contractum notarij non matriculati, non censetur annullare contenta in instrumento.*
8. *Dicta testium in scriptis redacta, quando habeant executionem paratam uirtute statuti.*
9. *Instrumenta & testes æquiparantur.*
10. *Testium dicta in scriptis redacta, faciunt notorium sicut instrumentum.*

Consil. XXII.

DE EADEM MATERIA.

DEO opt. max. autore. Iuxta præcedens cōsilium quæritur pro complemēto, quia ē dicta procedūt ut fiat remissio pensionis tantū pro rata, nunquid fortè tenebitur dn̄s locator etiam ad interesse, & ad id quod potuissent lucrari cōductores. In hoc paucis & cōclusiuè agēdo, dico quòd sic. Nam cōmunis est distinctio Iurisconsulti, aut conductor nō potest uti frui sine 1
culpa locatoris, & tunc fit remissio pensionis tantum pro rata; aut culpa locatoris, et tunc teneatur locator ad remissionē pensionis, & ad omne damnū & interesse cōductoris. Sed in casu nostro nō est dubiū dictos conductores nō posse uti frui aqua ex culpa locatoris, qui nō facit ut tenetur, quòd bucha rugiæ sicut debet sit aperta, ut aqua possit commodè & plenè decurrere. ita distinguitur l. si fundus quem. & l. si uno. §. ubicunq;. & ibi Bart. Paul. Salicet. ff. locati. Bart. notanter in l. si uno. §. item cum quidā. col. i. uers. tertio casu. eo. tit. Alex. consil. lxxxiiij. incip. pōderatis. num. 2. col. vi. & consil. cli. incip. in causa Bartolam. prope finem, eod. uol. Roma. consil. clxxviij. incip. pro decisione. Soci. consil. lxxxviij. incip. considerata. col. ij. uers. circa secundam. & consil. clvi. col. i. Et si dicatur, quia interesse est multiplex, 2
ut per Bar. latè in l. unic. C. de senten. quę pro eo quod interest. quod interesse ueniat. Dic, aut loquimur in nō solito negociari, & ueniet interesse circa rem tantū: aut in solito negociari, & ueniet interesse etiam extra rem. ita pulchrè distinguit Socin. in d. consil. clvi. col. iij. uers. ex quibus quarto loco, qui ita declarat d. l. si fundus. Verùm contra hanc determinationē uidetur facere ingens difficultas. Nam dicti conductores pacti sunt cum locatore, ut quoties non purgaret rugiam, & aqua nō decurreret, quòd remittatur pensio, & nihil teneātur soluere: unde per prouisionē factam in hoc casu, uidet̄ recessum à prouisione legis in alio, cum prouisio hominis specialis, faciat cessare prouisionē le- 3
gis magis generalem. l. maritus. C. de procur. l. fin. C. de pactis conuent. c. nónne. de præsumpt. Hoc non obstante, non recedo à suprà dicta conclusione. Et sciendum est, quòd prouisio hominis specialis non tollit prouisionem legis ordinariam magis generalem, & de iure communi. ita gl. cōmuniter approbata in l. ij. C. de iure emphyt. & ibi Ias. nu. 176. 177. & idem Ias.

in §. item Seruiana. Instit. de actionib. nu. 69. Bart. in d.l. fin. in fin. & in l. si cum dotem, ff. solut. matr. num. 5. & ibi Alex. in secundo notab. & est casus in l. creditor. ff. si certum pet. ubi uide Decium plura accumulantem, in fin. & l. qui mutuam. ff. mandati. & ibi Alberic. Et nō est dubium nos esse in iure ordinario. d. l. si fundus quem. Idem est ut nō tollatur prouisio legis per hominē saltem in alio casu, quàm in eo, ubi prouisum est per hominē. Bart. in d.l. si cum dotem, nu. 6. & ibi Alexand. num. 14. Licet ergo prouisum sit in pensione, nō extenditur prouisio ad alium casum, ut quo ad interesse cesset ius cōmune: & de hoc uidetur casus in d. l. si cum dotem. ff. solut. matr. Et ratio horum est,
4 ne inducta in fauorem & augmentum, retorqueantur in odium. l. quod fauore. C. de legibus. Alex. in d. secundo notab. & in consil. cxxx. incip. in causa & lite. iij. uol. col. i. Et per hanc rationem ausus est Decius in d.l. creditor. tenere contra communem, quòd imò etiam prouisio hominis non faciat cessare prouisionē legis extraordinariam. Præterea illud pactum est factum ex abundanti, & ad declarationē, & ad exprimendam magis uoluntatem:
5 unde abundans cautela & expreßio uerborum non nocet. l. testamentū. & ibi Iason. C. de testam. Et quæ dubitationis tollendæ gratia in contractibus subijciūtur, nocere non debent. l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. & quod per illum text. uult Bar. in l. iij. de leg. i. col. fin. Et quòd quando prouisio hominis est facta ad declarationem eius quod omnino fuisset, nō tollatur prouisio legis, dixit notab. Decius in consil. cx. incip. uerè ut puto. col. ij. nu. 6. Et ex ijs apparet responsum ad contraria, ut procedant quando prouisio legis erat extraordinaria, uel de iure speciali. & ita respōdent Doct. omnes in locis suprà alleg. Ad hæc dubitatur de alio. Quoniam aliàs propter bella instrumentū inuestituræ fuit deperditum, & eius tenor fuit probatus per testes, & eorum dicta in scripturam redacta, quæritur modò, nunquid hæc scriptura debeat habere executionem paratā. Pro cuius difficultatis re-
6 solutione cōsidero, quòd aliud est instrumentum, aliud contractus qui cōtinetur in instrumento, & sunt quid separatum. Bart. l. si quis legati. col. fin. ff. de falsis. & ideo licet annulletur instrumentū per statutum, non tamen annullatur cōtractus, qui poterit per testes probari, ut notabiliter uoluit Paul. de Cast. consil. xcix. notandum est, & in terminis statuti annul- 7
lantis contractum notarij non matriculati, Decius consil. xvij. uiso puncto. Modò in proposito, an contractus postea ita per testes probatus, habeat executionem paratam uirtute statuti, Angel. in l. final. C. de edict. diui Adria. tollen. super gl. in uerbo, depositionibus. decidit expresse, quòd dicta testium in huiusmodi casu habebūt executionem paratam: & ibi Curt. sequitur, num. 65. In contrarium tamen adducit ibi Alex. Bartolum l. i. in fin. ff. de his quæ in testam. delentur, eundem Bart. in l. iij. col. pen. C. de pignorib. Paul. expreßius in l. nostram. C. de testam. qui uolūt, quòd si instrumentū sit deperditum uel cancellatū, & eius tenor probetur per testes, quòd dicta testium nō habebunt exe- 8
cutionem paratam. & dicit Ias. in d.l. fin. quòd decisio Ang. est falsa: & hanc eandem partem tenuit Bald. in l. generali. C. de sacrosanct. eccles. Paucis agendo, existimo utranque opinionem ueram in casu suo, distinguēdo duos casus. Primus est, quando tenor instrumenti probatus est per testes, & dicta testium redacta in scriptis, & tūc procedat opinio Angeli, & ita intelligit Dec. & bene, in d.l. fin. Pro quo facit, quia par est uirtus testium & instru- 9
menti. l. in exercendis. C. de fide instrum. Secundus casus est, quādo solum fuerūt adhibiti testes, non tamen in scriptis eorū dicta redacta, & tunc contractus ita probatus nō habebit executionem paratam. Ratio diuersitatis est, quia dicta testium 10
in scriptis redacta faciunt notorium, sicut instrumentū & cætera acta iudicij, iuxta gl. in c. significant. extra de testibus. & ita fuit etiam de mente Pauli & Baldi in locis suprà allegatis, qui dicūt dicta testium nō habere executionem paratam, quia non faciunt notorium sicut instrumentū: unde intelligendum est, quando in scriptis non sunt redacta. & ideo cum mysterio Baldus in d.l. generali. dicit, quòd sola adhibitio testium non habet executionem paratam,

paratam, sed scriptura sic. Quo fit, ut istis sic stantibus, cum in casu nostro testes sint solenniter examinati, & eorum dicta in scripturam publicam redacta, quòd habebunt executionem paratam uirtute statuti, cum & ipsa sint etiam instrumentum.

Bellonus. Papiæ.

1 *Legatum factum à debitore creditori, ualet propter commodum repræsentationis.*

2 *Relatum, non referens attenditur, & agitur ex confirmato, non ex confirmante.*

3 *Relatio si fiat ad aliquid de præterito de quo constat, fit restrictio ad relatum.*

4 *Statutum inducens usuras in causa dotis, an ualeat.*

5 *Vsuræ in actione de dote debentur à tempore moræ, cum sit bonæ fidei.*

6 *Mora irregularis contrahitur post biennium à die ductionis uxoris ad domũ mariti in extraneo dotante.*

7 *Vsuræ in causa dotis debentur iure actionis, quum sit ius uniuersale.*

8 *Legatum factum à debitore creditori de eo quod constat per instrumentum, potest peti actione ex contractu, & actione ex testamento.*

9 *Redditus ad longum tempus iudicatur ut res immobilis.*

10 *Minor sicut non potest alienare bona immobilia, ita nec redditus ad longum tempus.*

11 *Obligatio in alternatiuis tollitur per solutionem unius in totum.*

12 *Vsuræ non currunt ubi nulla est mora.*

13 *Actio ex testamẽto est stricti iuris, habet tamen naturam bonæ fidei.*

14 *Mora in actione ex testamento contrahitur re ipsa.*

15 *Titulus C. de plus petit. quando habeat locum.*

16 *Cumulatio actionum non admittitur, quando sententia lata in una, obstat exceptio rei iudicatæ in alia.*

17 *Libellus debet esse ita clarus, ut reus posit esse certus an cedat uel contendat.*

Consil. XXIII.

DEO opt. max. autore. Proponitur in facto, quòd anno M. D. XIII. Ioannes de Lantoye & Barmont, dedit & constituit in dotem Annæ de Roppe nepti suæ pro se & suis hæredibus summam francorum duodecim centum: & donec dicta neptis cum marito suo secum morarentur, noluit ex dictis pecunijs solui aliquid nomine arragiorum, id est, usurarum: sed casu quo non possent, uel nollent secum morari, prouidit his uerbis: En ce cas le dict seigneur de Barmõ ou ses hoirs deans ung an apres quilz seront departiz dicelle cõmunion, sera tenu bailler & deliurer ausdictz maries auenir & a leurs hoirs la dicte somme de douze cens frans: ou pour payer icelle, le reuenu annuel de soixante frans, pour en ioir per leurs mains, sur ladicte seigneurie de Lãtoye bien & souffisamment, ou la seigneurie de Vy lez montIustin auecq ses membres & appertenans, & ce au choix dudict seigneur de Lantoye & de sesdictz hoirs le terme a rechat perpetuel, au proufit dudict seigneur & de sesdictz hoirs. Euenit postea casus, quòd dicti iugales recesserunt à domino de Lantoye, qui cõdemnatus secũdum formã promissionis, assignauit redditum annuum sexaginta francorum Annæ & marito, anno M. D. XVII. quo gauisi sunt, ut dicitur probatum per testes. Deinde castrum de Lantoye fuit occupatum per ducem de Vuirtenberg & Comitem Montis peliardi, postea dominus de Lantoye decessit ex humanis, anno M. D. XXXVI. & in testamento grauauit hæredes suos, ut suis sumptibus curarent cum effectu quòd dicta Anna recuperaret dictum castrũ de Lantoye: quòd si non fecissent, uoluit per dictos hæredes solui prędictæ Annę dictos duodecim centum francicos cum illismet conditionibus, qualitate & forma, quæ in nuptiarum tractatu continentur, ad quem se refert, & cui non uult esse derogatum. Modò dicta Anna, quia castrum non potuit recuperari, petit ab hæredibus duo. Primo de præsenti illos duodecim centũ francicos: præterea arragia, id est, usuras uigintiquinq; annorum: quęritur modò, nunquid ista omnia petere possit, & ulterius, posito quòd probauerit quæ in scripturis suis principalibus continẽt, quæritur tertio loco, an sit receuable, id est, an aptè & competenti iure & actione egerit. Circa primum uidetur dictam Annam petere posse in præsentia illos duodecim centum francicos: quoniam quicquid contineatur in tractatu nuptiarum domini de Lantoye, postea legauit eosdem francicos in testamẽto suo dictæ Annæ purè & sine aliqua conditione: un-

de ſtatim ex teſtamento legati debentur.
l.eum qui ita.§.final.ff.de uerb.oblig.§.
1 omnis. Inſtit. eod.tit. Et quando debitor
legat creditori,ſolet dici legatũ ualidari et
utile eſſe propter cõmodũ repræſentatio-
nis.§.ſed ſi uxori.ubi gl.Inſtit.de legat.l.ſi
creditori.ubi Doct.ff.de lega.i.Ex aduer
ſo contrariũ ſuadetur,quoniã legatum il-
lud duodecim centũ francorũ licet ſit pu-
rum,tamen fuit qualificatũ,ut francici ſol
uerentur ea forma, qualitate & conditio-
ne quæ in tractatu nuptiarum cõtinetur,
ad quem ſe expreſſe refert teſtator, & cui
non uult per teſtamentũ & legatũ eſſe de-
rogatum. Sed in tractatu illi francici de-
bentur ſub hac forma & qualitate, ut li-
ceat & ſit in electione domini de Lantoye
& hęredum ſuorũ,ſoluere uel dictos fran
cicos,uel pro eis in ſolutum dare redditũ
annuum ſexaginta francorum ſuper di-
cto caſtro de Lantoye, uel ſuper caſtro de
Vy,lez montIuſtin: igitur non poteſt al-
terutrum petere,ſed eſt in electione hære
2 dum debitoris ſoluere quod ſibi libuerit:
quoniã relatũ,nõ referens attendit,& agi
tur ex relato,nõ ex refe-ente,& ex confir-
mato,nõ ex confirmante.l.aſſe toto.ff.de
hær.inſtit.l.ſi quis priore.ff.ad Trebell.
Bar.in l.eos.in fine prin.C.de appell.Bal.
3 in l.petens.C.de pact. Et quoties fit rela-
tio ad aliquid de præterito de quo cõſtat,
fit reſtrictio ad relatũ.Bar.in extrauag.ad
reprimendum.in uerb.prout. & in l. edi-
ta.col.pen.C.de edend.Alex.conſil.xlvi.
uiſis & accurate.col.pen.uol.i.quod pro-
cedit etiam ſi diſpoſitio referens eſſet ple-
nior,& aliter diſponeret,quia ex errore fa
cta uidetur. ita Alex.conſil.ix.põderatis.
col.pen.uol.v.ſequitur latius cõproban-
do Curt.iunior conſ.xcij.col.iij. Verùm
ſuper hoc exiſtimo ulterius nõ eſſe inſtan
dum, quum in ſeptimo capite & articulo
accordantiarum,dicta dña Anna dicat &
proteſtetur ſe etiam nunc futuram cõten-
tam,ut pro ſumma pręfata ſibi aſsignetur
dictus redditus ſuper aliqua re ſufficien-
ti:& ſic conueniunt in ſolutione huius le-
gati iuxta formam tractatus. Circa ſecun-
dum res clara uidetur, arragia & uſuras
deberi dictæ Annæ à tempore quo fuit fa
cta promiſsio ſolutionis dotis, ita diſpo-
nente conſuetudine huius Comitatus in
titulo Des gens maries. uerſ. Deniers de
mariage.quę cum cõmuniter recipiatur,
non diſputabo an ualeat ſtatutum uel cõ- 4
ſuetudo inducens uſuras etiã in cauſa do-
tis, quod apud Scribentes eſt dubitabile,
ut per Bald. & moder. in l.rogaſti. §. ſi ti-
bi.ff.ſi certum pet.moder.repetentes in l.
curabit.C.de act.empti.i.& ij.col. & paſ-
ſim Doct. in conſilijs. Secundo, quia hæ
uſuræ promiſſæ ſunt in prædicto tracta-
tu,in quo habetur,quòd ſi non fuerint ſo
luti duodecim centum francici, ſoluatur
annuus redditus ſexaginta francicorum:
& quamuis nõ eſſent promiſſæ, deberen
tur tamen à tempore moræ in actione do- 5
tis,quæ eſt bonæ fidei. §. fuerat. Inſtit. de
actionib. l.unica. §.ſed non ignota. C. de
rei ux.act. quæ mora fuit contracta & in-
ducta per tempus præfixum & aſsignatũ
ſolutioni dotis. l.magnam. C. de contra-
hen.empt.cum materia. Dd. in l.uinum.
& in l.quod te.ff.ſi cert.peta. & in dote eſt
tex.in d.l.unica. §. exactio. quem ibi Bal.
notat, & Aret.in d.§.fuerat.col.iiij.ubi Ia
ſon.Et quando etiam non eſſet pręfixum
tempus ſolutioni, contracta fuiſſet mora
irregularis ſaltem poſt biennium à die du 6
ctionis uxoris ad domum mariti in extra
neo dotante,ut in caſu noſtro.l.fin.§.præ
terea.C.de iur.dot.ubi Bar.& alij notant,
& ad practicam perpetuò notandum ad-
monet Ang.in d.§.fuerat.ſequitur ibi Ia-
ſon col.iiij. Nec obſtat ſi fortaſſe dicatur,
propter legatum factum de ſorte,& acce-
ptatum à dicta Anna,expiraſſe petitionẽ
uſurarum,quę potuiſſent peti uirtute tra
ctatus tanquã ſint acceſſoriæ. l.iiij. C. de-
poſiti.ubi Bald.& Salic.late.Bart.in l.fin.
ff.de eo quod cert.loc. col.pen.& fin. ubi
Iaſon:nam reſpondetur illud procedere,
quando uſuræ debentur officio iudicis,
non iure actionis, ut in dictis locis habe-
tur. Sed in caſu noſtro debentur uirtute
promiſsionis factæ in dicto tractatu, &
condictione conſuetudinis in ſcriptis re-
dactæ. Et ultra, etiam ſi promiſſæ non eſ-
ſent,nec deberent ex conſuetudine, cum
dos ſit ius uniuerſale, deberent iure actio 7
nis:ſiquidem in iudicijs uniuerſalibus ac-
ceſsiones ueniunt tanquam pars rei uir-
tute actionis.l.item ueniunt.§.fructus.ff.
de petit.hæred.& l.ij. C.eod.tit. & in do-
te eſt

te est text. in l. si marito. §. fin. & ibi Alex. optimè declarat in prin. ff. solut. matrim. His non obstantibus teneo quòd usuræ uigintiquinq; annorum non debeantur, prout indistinctè fuerant petitæ: sed considerãdum est quòd hæc Anna potest eas petere & uirtute tractatus nuptiarum, & uirtute legati facti in testamento. Nã quo
8 ties debitor legat creditori debitũ, de quo constat per instrumentum uel alias probationes, tale debitum potest peti actione ex contractu, & actione ex testamento. l. Lucius. §. quisquis. le ij. ff. de leg. ij. l. cum quis. §. codicillis. ff. de legat. iij. Aret. in d. §. sed si uxori. col. i. Instit. de legatis. glossa Bart. & alij in l. debitor. eod. tit. de lega. ij. gl. & Aret. in §. è contrario. eod. tit. de legatis. Si modò petuntur usuræ actione ex contractu uirtute tractatus, dico eas nullo pacto deberi: siquidem aduertendum est ad unum, quòd in ipso instrumẽto tractatus non fuerunt promissæ usuræ, sed duo æquè principaliter, scilicet summa duodecim centum francorum, aut in eius defectũ redditus annuus sexaginta francorum super altero ex dictis castris: quo casu talis redditus non est usura, nec quid accessorium ad sortem principalem, sed uenit æqualiter & principaliter in obligatione sicut summa duodecim centũ francorum, ut apparet etiam ex uerbis expressis ipsius tractatus, ubi ille redditus datur in solutum pro dicta summa francorum.
9 Confirmatur, quia de tali redditu ad longum tempus super re immobili non iudicatur tanquam de pecunia, sed tanquam de re immobili. l. iubemus nulli. in uerbo, annonas ciuiles. C. de sacrosanct. eccles. l. hac edictali. §. his illud. in uerbo, immobilium. C. de secund. nupt. & utrobique notatur. Hinc est, quòd sicut fratres mendicantes non sunt capaces bonorum immobilium, Clement. exiui. de uerb. signif. ita non sunt capaces horum redditũum. Federic. de Senis cõsil. xij. incip. fratres Prædicatores. Et quemadmodum possidens immobilia releuatur ab onere satisdandi, l. sciendum. ff. qui satisda. cogan. ita possidens huiusmodi redditus. Guilielmus de Cun. in d. l. sciendum. ubi Alexand. &
10 Iason in fine principij. Et similiter minor prohibitus alienare immobilia à statuto,
non potest hos redditus alienare. Alex. consil. xv. attentis. vij. uol. Cum itaque deberentur ista alternatiuè & principaliter, & dominus de Lantoye, ut dicitur probatum per testes, assignauerit dictæ Annæ & eius marito redditum sexaginta francorum super castro de Lantoye, sicut conuenerat, & eo castro & redditu sint gauisi, censetur in totũ sublata obligatio. Nam
in obligatione alternatiua licet plures res 11
sint in obligatione, per solutionem unius sequitur liberatio à toto. l. illud aut illud. & ibi notatur per gl. & alios. ff. de constit. pecun. Et legatum alternatiuum dicitur unum tantum respectu solutionis. l. si illud aut illud. ubi glos. Bartol. & cæteri. ff. de lega. ij. Sublato itaque principali, non potuerunt ex eo sequi usuræ, quæ sunt accessorium. l. iiij. cum materia. C. depositi. Non potest enim accessorium subsistere sine principali. c. accessorium. de regul. iuris. in vi. l. cum principalis. ff. eod.
tit. Et cum solutione esset sublata obliga- 12
tio & actio, nulla supererat petitio, ergo nulla mora induci potuit, ergo nullæ usuræ. l. nulla. illo tit. de regul. iuris. l. si pupillus. ff. de uerb. obligat. l. lecta. uersic. dicebam. ff. si certum pet. Et si dicatur, licet suprà dictus redditus fuerit assignatus super castro de Lantoye, tamen dictum castrum fuit postea occupatum per ducem de Vuirtenberg & Comitem de Montbelliart: respondeo, istud nihil facere ad casum nostrum, nec propterea dicta Anna potest inniti dicto tractatui nuptiarum, quum sit sublata obligatio solutione, sed debebat uti remedio euictionis, si sibi competebat. Ex his apparet solutio & responsio ad allegata in contrarium, ut procedant quando obligatio non fuisset sublata: nam tunc debitæ fuissent usuræ uel ex consuetudine, uel propter interpellationem, aut alijs ex suprà dictis modis. Si uerò loquamur de actione ex testamento, non uideo cur à tempore testamenti usuræ non debeantur dictæ Annæ, quum hæres domini de Lantoye testatoris cessauerit in solutione summæ duodecim centum francorum, secũdum formam & tempus sibi assignatum à testatore: & hoc uirtute consuetudinis, qua disponitur, usuras dotis deberi à die

appoſito ſolutioni, & etiam de iure communi quo uſuræ debentur in legatis non ſolutis. l. ſi ex legati cauſa. cum ibi notatis. ff. de uerb. obli. & in l. uinum. cum mate-
13 ria. ff. ſi cert. pet. Nec obſtat fortaſſe ſi diceretur actionem ex teſtamento eſſe ſtricti iuris, quia non connumeratur in §. actionum. Inſtit. de actionib. uel quia eſt arbitraria. l. ſi hæres. ff. de eo quod cert. loc. & in actionibus ſtricti iuris debentur tantũ acceſsiones à tempore litis conteſtatæ. d. l. uinum. ubi gl. & l. final. ff. de triticaria. Nam multipliciter reſpondeo: primò, quòd hoc legatum debetur ex cauſa dotis, & prouiſum eſt in dote de uſuris à conſuetudine, incipiendo à tempore promiſsionis. Secundo, id non habet locũ quando interuenit interpellatio expreſſa ſeu tacita per diem appoſitam, ut hic, d. l. magnam. C. de contrahend. ſtipul. per quam etiam in cõtractibus ſtricti iuris ſecundũ magis cõmunem opinionẽ contrahitur mora, ut habetur per Scribentes in d. l. uinum. & in dicta l. ſi ex legati cauſa. Tertio, quòd quamuis actio ex teſtamento ſit ſtricti iuris, habet tamẽ naturam bonæ fidei,
14 ut uſuræ ueniant à tẽpore moræ quæ contrahitur re ipſa. l. in minorum. C. in quib. cauſis in integ. reſtit. non ſit neceſſ. notat expreſſe gl. in d. l. uinum. Iaſ. in d. l. ſi hæres. & in l. ſi mihi. §. ſi quis ſeruus. ff. de lega. i. Secundo non obſtat, ſi fortè diceret, quòd licet hæc mulier potuerit petere uſuras à tempore teſtamenti, tamẽ plus petijſſe, ex quo petijt eas à tempore tractatus, & ſic à uigintiquinq; annis, ergo debet priuari in totum, per tit. Cod. de plus
15 petit. Siquidem reſpondetur, titulũ illum locum non habere in eo qui plus petijt in acceſſorijs, ſecundum Ioan. de Plat. & Fabri in §. plus autem. Inſtit. de actionib. ubi Iaſon in prin. Secundo titulus ille procedit quãdo quis dolo plus petijt, & de hoc apparet ex actis, ut ibi per Bar. Bal. & Salicet. ſed hic nullus apparet dolus ipſius mulieris, quæ credidit deberi uſuras uirtute tractatus, unde potius arguitur temeritas quàm dolus, quo caſu habet locum pœna temerè litigantium, quę conſiſtit in condemnatione expenſarũ. l. eum quem temerè. ff. de iudi. & in d. l. unica. C. de plus petit, & utrobiq; notant Bart. & alij.

Circa ſecundum, an hæc Anna ſoit receuable, id eſt, bene egerit, concludendũ eſt quòd non. Primò, quia cumulauit in eodem libello actionem ſibi competentẽ ex contractu promiſsionis dotis, & actionem ex teſtamento, quod refert ſe ad dictum tractatum dotis: quæ actiones pro- 16
pter dictam relationem, & quia ambæ ex cauſa lucratiua ita ſe inuicẽ habent, quòd ſententia lata ſuper una, obſtat exceptio rei iudicatę in alia, & executione facta cõtingit liberatio ab alia, ideo eſt prohibita cumulatio. l. i. §. fin. ff. ſi famil. furt. feciſſe dica. Bart. in l. edita. in quarto genere cumulationis. C. de eden. & eum ibi ſequuntur cõmuniter Doct. Pract. Papieñ. in forma libelli in actione reali, in uerbo, ſaluo iure, col. final. Angel. de Aret. in §. ſi minus. Inſtit. de actionib. col. antepen. uerſ. quinto caſu. ubi in fine dicti quinti caſus dicit, quòd iudex uidens libellum in quo fit talis cumulatio, debet eũ lacerare dentibus & reijcere, iuxta notata in l. i. ff. de offic. aſſeſſ. Secundo non eſt receuable, 17
quia libellus ita debet eſſe clarus, ut reus poſsit eſſe certus an cedat uel contendat. l. i. ff. de edendo. l. edita. C. eod. aliàs parte opponente uitiatur, ut ibi notant Doct. Sed hic ex propoſitione diuerſarũ actionum reus redditur incertus, quia poteſt eſſe quòd contra unam actionem habeat exceptiones, contra aliam non, & propterea actor debebat certam actionem eligere. l. cum filius. §. uarijs. ff. de legat. ij. Bar. in l. i. §. quia autem. ff. quorum legat. & in ſimili idem Bar. in l. prætor edicit. §. quod autem. ff. de iniurijs. notant Scribentes in d. l. edita. & in l. fin. C. de annal. except.

Bellonus. Dolæ.

1 *Auus paternus ſuccedit excluſis fratribus cõſanguineis.*
2 *Verba inſtrumentorũ ſunt attendenda, niſi aliud in contrarium appareat.*
3 *Mulier præfertur etiam prioribus creditoribus habentibus tantum tacitam hypothecam.*
4 *Pater ſicut eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij, ita & actionum.*
5 *Filius in uita patris non poteſt recuperare bona aduentitia alienata à patre.*
6 *Filius poteſt uendicare poſt mortem patris bona aduentitia alienata per patrem.*
7 *Filiofamiliâs ſolet ſubueniri contra patrem dilapidantem bona.*

Hypo-

8 *Hypothecaria actio non nascitur ante natiuitatem actionis principalis.*

9 *Filiusfamiliâs sicut non potest esse in iudicio sine consensu patris, ita nec procuratorem constituere.*

10 *Factum iudicis reputatur factum partis.*

11 *Datio in solutum facta per iudicem inducit obligationem de euictione, sicut traditio facta per partem.*

12 *Hæredes succedunt in uniuersum ius defuncti.*

13 *Euictio quem tenet, eundem agentem repellit exceptio.*

14 *Filius immiscens se hæreditati paternæ, non potest reuocare bona per patrem alienata.*

15 *Aditio hæreditatis censetur facta nomine alieno per eosdem actus quibus nomine proprio.*

16 *Tutor quomodo possit adire hæreditatem nomine infantis pupilli.*

17 *Aditio inducitur per actus qui non possunt fieri citra ius & nomen hæredis.*

18 *Tutor non potest autorari in re pupilli, nisi interueniat eius scientia.*

Consil. XXIIII.

DEO opt. max. autore. Visis scripturis mihi exhibitis, antequam ad iuris conclusiones ueniã primo est firmandum factum. Et primo erat dissensus in hoc, an Blanca filia decessisset ante Bartholomæũ patrem. Ex dictis trium testium productorum pro Ferrarinis probatũ est primò decessisse Bartholomæum. Secundo dubitabatur, an decedente illa Blanca relicto auo paterno & fratribus consanguineis tantum, quis ei succedat. Et in hoc communis est opinio,
1 auum admitti exclusis fratribus nõ utrinque coniunctis. gl. in l. i. ff. de iuris & facti ignor. & ibi Salicet. & in Authent. de hæred. ab intest. uenient. §. si igitur. Authen. defuncto. C. ad Tertul. ubi casus, & dicit ibi Bart. hoc cõmuniter seruari. sequuntur omnes, maximè Bal. col. ij. uers. iuxta hunc uersiculum. ponens in terminis de fratre consanguineo tantũ. Et possent ostentationis gratia plura consilia adduci, quod turpe existimo cum habeẽt casus legis, ut in materia nostra dicit Soci. in consil. xxxiiij. in fi. allegando in primis uerbis l. ancillæ. C. de fur. & l. illam. C. de collat. Ex hoc infertur, nullũ ius cõpetere Iulio Angelo & cõsortibus in dote dictæ Blancæ. Superest igitur ut uideamus quid iuris habeant dicti Iulius & consortes eius, in bonis dicti Frãcisci aui paterni pro dote matris suæ dominæ Blancæ: & quid iuris habeat in huius bonis Magdalena, respectu dotis dominæ Lucretiæ eius matris, contra dictum Barberium. Et dubitandum non est, eos potiora & priora iura in dictis bonis habere quàm Barberiũ, cum prius fuerint dicta bona hypothecata pro dotibus s dictis, ut expresse ex instrumentis apparet, à quibus non est recedendũ, 2
nisi aliud probetur. l. cum precib. cum simil. C. de probat. & ideo debent præponi & anteferri, toto tit. ff. & C. qui pot. in pig. habeant. maximè in l. qui generaliter. ff. eo. tit. & hoc fortius procedit in dote, quæ est multũ priuilegiata. l. i. cum ibi not. ff. sol. matr. ita ut etiam præferatur prioribus creditoribus habentibus tacitam 3
hypothecam. l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. & §. fuerat. Instit. de actio. cum utrobiq; notatis per gl. & Doct. Et ex his uidetur fundata intentio agentium contra dictum Barberium, & rectè pronunciatum per magnificum dominũ Auditorem, prout in sua sententia cõtinetur. Sed ulterius considerando, ex alio capite malè fuit pronunciatũ per dictum D. Auditorem; & distinguendo casum nostrum, quo ad Magdalenã concludendũ est, nõ potuisse litem mouere & actionẽ exercere contra d. Barberium, respectu bonorũ in eum alienatorũ à patre suo: intelligo à patre suo, cum factũ iudicis existimet factũ partis, ut ĩ dicam: siquidem sciendum est, quòd licet filiusfamil. succedat matri, toto tit. ff. & C. ad senatuscons. Orphicianũ. tamen id intelligitur respectu proprietatis: quo uerò ad usumfructum, is acquiritur patri. l. i. C. de bon. mater. Et idem est nũc in omnib. bonis aduẽtitijs. l. cum oportet. C. de bonis quæ lib. & ideo sicut pater habet usumfructũ, & est legitimus administrator in bonis, ita etiam in actionib. 4
competentib. ipsi filio, & nuda proprietas filio remanet, unde actiones exercere non potest dum est in patris potestate, sed exercitium est patris, ut declarat Paul. de Cast. in Auth. nisi tricennale. in prin. illo tit. de bo. mater. & in l. si longius. §. si filiusfamiliâs. ff. de iudicijs. Bart. Bal. & omnes in l. cum non solum. §. necessitate. C. de bonis quæ lib. & ideo licet pater alienaret bona

5 propria aduentitia ipsius filij, non potest
filius in uita patris ea recuperare. d. l. i. in
fin. Et ideo est quòd dicitur, quòd ei non
currit præscriptio, quia non ualenti age-
re nõ currit præscriptio. d. l. i. in fin. & l. i.
C. de annal. except. §. fi. Satis est quòd eo
mortuo potest uendicare, ex quo sua non
interest, cum nunc ususfructus sit patris.
Ex quo infero, partes dicti dñi auditoris
fuisse petitionẽ dictæ Magdalenæ reijce-
re, cum sibi actionis exercitiũ nõ compe-
teret, iuxta notata in l. i. ff. de offic. assess.
per gl. & moder. Et quòd dicta Magdale-
na nõ potuerit agere ad illa bona, & ea uẽ-
dicare in uita patris, tenet expresse Bar. in
l. si cõstante. in ix. q. ij. q. principalis, & ibi
Crotus in repetit. num. 93. & idem Bar. in
l. Imperator. ff. ad Trebell. ubi uult, quòd
quoties potest esse cõsultũ filio, puta quia
pater alienat bona immobilia, filij nõ pos-
6 sunt aliquid dicere, sed mortuo patre illa
uendicare. per d. l. i. C. de bo. mater. sequi
tur Aret. consil. lxxij. incip. præsupponit
in facto. in iiij. quæsito. Soci. cons. xxxiiij.
persequendo. in iiij. quæst. Et hæc tanto
magis militant in casu nostro, ex quo bo-
na quæ data sunt in solutũ, non sunt pro-
pria matris, sed hypothecata pro dote tan
tum. Et si fortè dicta Magdalena dubita-
7 ret circa bona & dotem dictæ matris suæ,
quia pater eam dissiparet, potest sibi con-
sulere aduersus patrem, iuxta notata per
Bar. in dictis locis, maximè in d. l. Impera
tor. ubi Alex. latè, cum, ut præsupponitur
in facto, pater habeat patrimoniũ multò
uberius quàm sit ipsa dos, quæ tantũ est
c c c c. librarũ. Præterea posito & nõ cõ-
cesso quòd essemus in casu quo posset agi
hypothecaria cõtra tertios possessores nõ
excusso principali, illud procedit quan-
do uenisset dies qua agi posset cõtra prin
cipalem, tunc posset d. Magdalena elige-
re contra quem ageret: sed hic nulla cadit
electio, cum contra principalem & sic pa
trem suum agere non possit durante usu-
fructu. d. l. i. de bo. mater. & d. l. cum opor
tet. Vnde cum non uenerit dies principa
lis, ita nec accessorij. Bal. in l. i. C. cõmun.
de lega. col. ij. uers. quæro nunquid ante
diẽ. Nec potest stare accessoriũ sine prin-
cipali. l. cum principalis. ff. de reg. iuris. c.
accessoriũ. eod. tit. in vi. Ias. in l. huiusmo-
di. §. legatum. in fi. ff. de lega. i. Et iudiciũ
fuit agitatum per personam minus legiti-
mam: quemadmodũ enim ipsa filia nõ po 9
tuisset esse in iudicio sine cõsensu patris,
l. cum non solum. §. necessitate. C. de bo.
quæ lib. & ibi gl. & Dd. Ias. in l. si quis mi-
hi bona. §. iussum. nu. 20. ff. de acquir. hæ-
red. ita nec sine eius consensu procurato-
rem constituere. l. filiusfamiliâs. ff. de pro
curat. & ibi Bart. cõstituit regulam, & Pa
nor. in c. ex parte. de restit. spoliat. Quo
ad fratres de Ferrarinis præmittendũ est,
quòd quoties in contumaciam debitoris
bona dantur in solutũ creditori per iudi-
cem, perinde est ac si pars tradidisset & de
disset: & ratio est, quia factum iudicis hoc
casu reputatur factum partis. Et iste est u-
nus ex casibus ubi limitatᷣ regula, Id quod
nostrum. ff. de reg. iur. ut per gl. in d. l. id
quod. Et ꝑpterea sicut re tradita per par-
tem & per debitorem, tenetur debitor de
euictione, ita quando est data in solutum,
uel uendita à iudice. Bald. & Salic. in l. si
ob causam. C. de euict. & ibi in specie An
gel. dicit, quòd re data in solutum credito
ri & euicta, tenetur debitor de euictione.
Idẽ dicit pract. Papieñ. in forma respons.
libelli in actione hypoth. in uerb. satisface
re. Et ex his sequitur conclusio contra di-
ctos Ferrarinos, quòd ex quo effecti sunt
hæredes patris, tenebanᷣ indemnem rele
uare dictum Barberiũ, cum successerint
in uniuersum ius patris. l. cum hæredes.
cum ibi not. per Doct. ff. de acquir. poss. l.
hæreditas. ff. de reg. iuris. & transierint in
eos omnia cõmoda & incõmoda. l. i. & ij.
ff. de acquir. poss. & mediante aditione hę
reditatis sit confusum patrimoniũ. l. Vra-
nius. de fideiuss. l. debitori. C. de pactis.
& effectum totum patrimonium ipsorũ
Ferrarinorum, ita ut amplius dos non sit
in consideratione. arg. l. final. in fin. C. de
inoffi. testa. & eorum quæ not. gl. & Dd.
in l. i. §. ueteres. ff. de acq. poss. intelligen-
do ut per Decium in d. l. hęreditas. Modò
quẽ de euictione tenet actio, eundẽ agen-
tem repellit exceptio. l. uendicãtem. ff. de
euict. & ita in specie infert Ang. in d. l. si
ob causam. Et ulterius nõ insistẽdo, est ca
sus in terminis quòd isti nõ possint reuo-
care illã dationẽ in solutũ, in d. l. si ob cau
sam. fa. gl. in l. cũ à matre. C. de rei uend.
& ibi

& ibi Bald. Salic. Ang. & Paul. & gl. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. ubi ijdem Doct. & Alex. & Ias. qui uoluerũt, quòd si pater alienauerit aliquid ex bonis maternis uel aliàs aduentitijs filij, & filius
14 successerit patri, quòd nõ potest ea uendicare, per regulã d. l. uendicantẽ, & l. exceptione. C. de euict. Prædictis tamẽ unum obstat, quod opponunt d. Ferrarini, se nõ adiuisse hæreditatem D. Frãcisci aui, sed tantũ matris suæ, quo casu non dicerent uenire cõtra factum suum, & possent illa bona uẽdicare. Pro resolutione aduertendum est, quòd cum isti Ferrarini habeant tutorem siue curatorẽ, sumus in casu ubi hęreditas aditur nomine alieno: unde succedit doctrina Bart. cõmuniter approbata, in l. gerit. col. fi. ff. de acquir. hæred. per
15 quencũq; actum quis adiret nomine suo, per eũdem censetur adiuisse pro alio. Est tamẽ differentia, quia aut quis est infans,
16 & tutor solus uel pater potest adire pro eo, ut per Bar. ubi s. & in l. si infanti. C. de iur. delib. Soci. consil. lxxxix. col. iij. Aut est maior infante, & tunc nec tutor solus, nec pupillus solus adire potest, ut est communis opinio Doct. in l. bonorum. C. qui admitt. & in l. potuit. C. de iur. deli. Ang. in §. pen. Instit. de hęred. qual. & differ. & §. neq;. in fi. de autor. tut. Et ratio est, quia debet aditio fundari in personam pupilli cum intelligat, & tutor tantũ autoratur, ut in dictis locis habetur. Ex pluribus autem ostenditur pro infantibus aditam hæreditatẽ. Primo, quòd Barberius egit contra eos tanquam contra hæredes D. Francisci, & à tutore sub tali nomine fuerũt defensi, & tandem condemnati. Item dictus tutor post dationẽ in solutũ nixus fuit tutorio nomine eam impugnare, quòd excederet uerum debitũ: quæ omnia fieri non potuerunt citra animũ adeundi hæredita
17 tem, & citra ius & nomen hæredis, unde inducit̃ aditio. l. pro hærede. cum ibi not. ff. de acq. hæred. & per Bart. in d. l. gerit. col. iij. Secundo hoc expresse dicit ipse tutor in libello illius processus, ubi conatus fuit impugnare dationẽ in solutũ, charta ij. ubi asserit dictum Barberiũ fuisse inductum in possessionẽ bonorũ ipsorũ Ferrarinorũ. Idem dicit in eodem processu in scriptura producta 1537. die 25. Aprilis, ubi appellat bona data in solutũ, bona Ferrarinorũ. Si ergo nõ apparuerit facta fuisse sua alio titulo, in dubio censebunt̃ facta sua per aditionẽ hęreditatis sibi delatæ, ut per Bar. in d. l. gerit. Tertio probat̃ ex depositione testis, char. vi. qui deponit quòd ab uno anno retro, dictus tutor nomine Ferrarinorũ possedit dicta bona data in solutũ: qui actus in dubio etiã fieri nõ potuit citra ius & nomẽ hæredis, & citra animum adeundi hæreditatẽ, cum hęreditas esset ipsis delata, iuribus allegatis, cum ibi not. Ex alijs multis posset hoc probari, sed ista sufficiant. maior est difficultas respectu eorum qui sunt maiores infante, cum ipsi debuissent adire, & tutoris officium solùm erat autorari, quo fit ut s dicta in præcedenti membro hic nõ militent: sed hoc retorquetur contra ipsos, quia si per tutorem suum nõ censetur adita hæreditas patris, ita nec etiam matris. Nec obstat quòd dictus tutor expresse in libello suo dicat, eos se facere hæredes matris: quia hoc nihil iuuat nisi accedente sciẽtia & uo 18
luntate pupillorũ, de qua non constat, ut d. l. potuit. & per Corneum cõsil. ciij. col. iij. uol. ij. Bellonus. Placentiæ.

1 *Exceptio, tu non habes actionem, est impeditiua litis contestationis.*
2 *Oblatio & consignatio precij est necessaria, quando quis uult rem redimere.*
3 *Ius superueniẽs actori post litẽ cõtestatã, ualidat iudiciũ.*
4 *Actio pignoratitia nascitur ita demũ, quando satisfit creditori.*
5 *Vẽditor qui uult redimere rem, satis est quòd offerat precium post litem contestatam.*
6 *Hæres adeundo hæreditatem post litem contestatam ualidat iudicium.*
7 *Testes nõ possunt recipi in eadem instantia super eisdem capitulis post didiscita testificata, etiam in causa appellationis.*
8 *Ius canonicum attenditur quando aliquid est dubium de iure ciuili.*
9 *Clausula, sola facti ueritate inspecta, quomodo intelligatur.*
10 *Princeps inferior Imperatore non potest uti clausula, nõ obstante.*

Consil. XXV.

DEO opt. max. autore. Viso processu & scripturis partium mihi exhibitis, circa primũ dubium uideret̃ dicendũ, actorẽ

tanq; carentem actione, ex statutis Curtis maioris à iudice reijciendũ, neq; dandas aliquas dilatiões ad probandũ: quod procedit etiã de iure cõmuni, quia nemo sine actione experit. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de neg. gest. & ibi gl. allegat cõcord. Vnde notat ibi Bar. prope finẽ, hanc exceptio
1 nem, tu non habes actionẽ, esse impeditiuam litis cõtestationis. & ita cõcludit Deci. consil. ccciij. incip. & pro tenui. col. i. Et hoc potuisset facere iudex etiã à principio ex officio suo. Nam quoties uidet libellũ esse nullum uel ineptũ, puta quia actor careat actione, debet illum lacerare, & actorem reijcere, atq; in expensis cõdemnare, iuxta not. per gl. & Doct. in l. i. ff. de offic. assess. Specul. in tit. de act. & petit. §. sequitur. uers. antepen. Panor. in c. examinata. col. pen. de iudi. Curt. iunior cõsil. clxiij. in causa uertente. col. i. Cum itaq; Ioannes Gerardus egerit contra uenerabiles deseruientes ecclesiæ Florenzolæ, pro redemptione census centum quinquaginta solidorũ ab eo constituti dictis uenerabilibus, nulla facta oblatione precij ante motam & intentatã actionem, nulla sibi actio cõpetijt, & sine actione dicitur egisse: nam
2 ut redimenti rem actio competat, necesse est preciũ offerri & cõsignari. l. ij. C. de pactis inter empt. & uendit. ubi gl. & Doct. & Alex. consil. x. uidetur fortasse. col. ij. uol. i. Simile est in pignoratitia actione, quæ nõ competit ad repetendum pignus nisi soluto precio, uel aliter satisfacto creditori. l. si rem. §. omnis. ubi Bar. ff. de pig. actio. gl. in §. fin. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. His non obstantibus teneo contrariũ, quòd iudiciũ ualeat, & possit iudex dare dilationes ad probandũ, & usq; ad diffinitiuã sententiã procedere. Et pro fundamento assumo mihi oblationem & consignationẽ factã à dicto Ioanne in iudicio, de precio & summa centum quinquaginta francorũ, iunctis simul quibusdam censibus: quæ etsi facta sit post litem cõtestatam, huius est efficaciæ, ut iudiciũ quod à principio nullum erat, reddat uali
3 dum. quoties enim pendente iudicio superuenit actori ius ex causa de præterito, conualidat iudiciũ quod nullũ erat ex defectu iuris ipsius actoris. Bar. Paul. & alij in l. nõ potest uideri. ff. de iudi. & est optimus casus legis in d. l. si rem. §. fin. Siquidem ut s̃ dixi, ad hoc ut cõpetat pignora- 4
titia & nascatur, requiritur esse satisfactũ creditori. Dicitur in d. §. fin. si quis ante solutionem egerit pignoratitia, licet non recte egerit, tamen si in iudicio offerat pecuniam, posse rem & quod sua interest consequi. ad idem bonus tex. in l. si mandauero. ff. mand. & utrobiq; Bar. notat. & facit l. si Titius. ff. de uerb. oblig. ubi Bart. propriè opponit quod nemo experitur sine actione. & postea col. ij. uers. quæro circa hoc. se resoluit, quòd quando ex facto de præterito actio incipit cõpetere pendente iudicio, sequitur cõdemnatio, & quidem ex eadem instantia, nec est necessarius nouus libellus. Et per s̃ dicta cõsuluit Alex. consil. xxvij. uiso libello. col. i. uol. i. quòd licet uenditor agens ad precium teneatur 5
rem offerre & tradere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. si cõtingat eum agere re nõ tradita, poterit pẽdente iudicio rem tradere, & iudiciũ confirmabitur. Similiter qui promisit retrouẽdere, debet offerre se paratũ retrouendere, ut posit agere ad precium: si hoc non fecerit & egerit, poterit pendente iudicio hanc oblationẽ facere, & iudicium ualidabitur, ut per eundem Alex. consil. lxxxvij. in causa & lite. in fin. uol. i. Item si hæres ante aditam hæreditatem agat nomine hæreditario, & sibi opponatur quòd nondum adiuit hæreditatem, ideo sibi actionem non competere, poterit in iudicio cõparere, & adire hæ 6
reditatem, & poterit sequi condemnatio. ita decidit Cyn. & Bal. in l. hæres quandocunq;. ff. de acquir. hæred. & in cõtingentia facti ita obtinuisse testat̃ Ioan. de Imol. in d. l. hæres quandocũq;. sequitur Iason in d. l. si Titius. col. pen. ubi addit aliam similem decisionẽ, & Deci. in l. ferè in omnib. in fi. ff. de reg. iur. Non obstant in cõtrarium adducta. Nam ex prædictis apparet responsio, quòd illa procedũt quando à principio quis sine actione agit, & pendente iudicio sibi ius non superuenit ex causa de præterito. Circa secundum dubiũ cõmunis est opinio Legistarũ, ut in eadem instantia nõ possint testes recipi super eisdem capitulis post didiscita te-
stificata, & publicatas attestationes. §. si ue- 7
rò. in Auth. de testib. cum simil. Pract. Papien.

pieñ. in forma oppon. contra testes. col. ij. Sed est magis dubiũ, an idem sit in causa appellationis. Legistæ tenuerũt quòd testes recipi possunt. Canonistę cõmuniter contrarium, quòd recipi nõ possunt, per Clem. ij. de testib. Et propter uarietatẽ opinionũ practica Papieñ. ubi ṡ. dicit ius ciuile seruari in foro seculari, ius Canonicũ in foro ecclesiæ. & idem Lanfrancus in c. quoniam cõtra. de probat. in uerb. testes. nu. 61. Licet ipse teneat contrariũ, tamen indistinctè uidetur dicendũ ut d. Clementina seruetur in utroq; foro, quia militat semper eadẽ ratio in causa appellationis quæ in causa principali. l. à Titio. cum similib. ff. de furt. Et quando est opinio du
8 bia de iure ciuili, & clarè decisa de iure Canonico, attenditur ius Canonicum. gl. & Panor. in c. i. de no. oper. nunc. & in c. ecclesiæ sanctæ Mariæ. extra de constitut. ubi Feli. & Deci. & ita tenuit Bar. in l. per hanc. in fine princip. C. de appell. omnes in c. i. extra de constitut. Feli. in c. fraternitatis. extra de testib. col. i. Corneus consil. xxvij. in præsenti. uol. iij. col. i. & hanc dicunt cõmunẽ, & in practica seruari, moderni Tauri. in l. admonẽdi. ff. de iureiur. nu. 68. & in l. ij. C. de eden. nu. 130. & maximè procedit in loco Curtis maioris, qui est subiectus ecclesiæ temporaliter, cum dñs illius loci recognoscat ecclesiam in superiorem: nam tunc in utroq; foro attenditur ius Canonicũ. Panor. Feli. Deci. in d. c. ecclesiæ. Non obstat clausula in rescripto delegatorio apposita, ut cognoscat so
9 la facti ueritate inspecta, quandò illa non respicit merita causæ, neq; tollit defensionem & facultatẽ opponendi, sed operatur ut dilationes coarctari possint, ut latius per Rom. consil. dxix. in casu. col. fin. Rota decis. xxxiij. in nouis. quando cõmittitur. & ccccli. in antiquis. nota dñi. & cccclxxxviij. nota quando. Alex. consil. vi. circa processum. uol. iij. col. i. Et hæc solutio optimè conuenit casui nostro, ubi rescribens post illam clausulam, Sola facti &c. subdit, ne partes expensis defatigent. Præterea licet illa clausula simpliciter prolata sit multũ prægnans, tamen in casu nostro qualificat per illa uerba, iure medio decidendum, ita quòd intẽtio rescribentis est ut breuiter causa expediatur, tamen secũdum terminos iuris. facit quod notat Decius in c. dilecti. iij. notab. de iudi. Secũdo principaliter respondetur, quòd inferior Papa uel Imperatore non potest uti illa clausula. probaẽ, quia nec uti potest clausula, Summariè de plano &c. quę non est tantæ importãtiæ. Lanfranc. in Clem. sæpe. in prin. de uerb. sig. Rom. cõsil. xx. uiso puncto. prope fi. Alex. d. consil. vi. Vnde concludo, nõ posse super eisdem capitulis testes recipi in causa appellationis.

Bellonus. Dolæ.

1 *Res iudicata facit de indebito debitũ, & pro ueritate habetur.*
2 *Res iudicata non potest retractari per instrumenta aut testes.*
3 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatam, potest retractari, si iudex admittat partem ad probandũ cõtra eam.*
4 *Exceptio doli potest adhuc opponi contra sententiã quæ transiuit in rem iudicatam.*
5 *Consors litis potest post litem contestatam commune negocium tractare.*
6 *Litis consors si nõ habeat rata quæ facta sunt ab alio consorte post litem contestatam, non ualent.*
7 *Epistola plenam facit fidem contra scribentem.*
8 *Exceptio, tu non es procurator, est dilatoria.*
9 *Exceptio dilatoria cõtingens post litem cõtestatã, debet opponi anteq̃ inchoëtur tractari de meritis causæ.*
10 *Exceptio procuratoria ratione defectus mandati, potest quandocunq; opponi.*
11 *Gesta per procuratorem non habentem mandatum, possunt ratificari.*
12 *Ratificatio quomodo inducatur.*
13 *Vniuersitas soluens expensas factas per syndicũ nõ legitimè constitutũ, uidetur gesta per eum ratificare.*
14 *Coniuncta persona potest cõparere in iudicio sine mandato.*

Consil. XXVI.

DEO opt. max. autore. Proponuntur mihi duæ difficultates per D. Officialẽ Bisuntinum. Prima est talis: Vertebatur lis inter Semproniũ actorem cõtra filium & matrẽ reos cõuentos, & deficiente actore in probationibus, rei fuerunt absoluti, & actor cõdemnatus in expensis. Rei absoluti prædictas expensas petũt, actor opponit exceptionẽ doli, quòd dicat ante sententiã latã fuisse transactũ tam super principali ꝙ̃ super expensis, & recessum à lite: & hoc probat per duos testes plenè. Rei probare contrariũ

conantur, & ostendunt quasdam literas quas actor miserat ad dictam matrem, huius tenoris, quemadmodum conuenerat cum eius filio, & propterea cupiebat scire an ipsa ratã haberet dictam conuentionẽ, & quod antè ipse actor nõ haberet ratam: quæritur an dictæ literæ fidem faciãt contra probationes dictorũ testium, & in effectu quid iuris. Scio plerosque dicturos, quòd ex quo lata est sententia in condemnationẽ expensarũ, quæ sententia trãsiuit in rem iudicatã, nõ esse ulterius inquirendum de hoc casu. Nam ꝗuis uerũ esset, factam esse dictã cõuentionẽ & transactionem, amplius prodesse nõ potest, propter autoritatẽ rei iudicatæ, quæ maxima est,
1 ita ut faciat de indebito debitum. l. i. C. de cond. indeb. & ibi gl. & Dd. tradũt. Et solet dici, quòd sententia facit ius. l. Iulia. ff. de cond. inde. & res iudicata pro ueritate habetr. l. res iudicata. ff. de reg. iur. Et pro-
2 pterea uidemus, quòd per instrumẽta de nouo reperta nõ solet retractari sententia quæ transiuit in rem iudicatam, neq; per probationes factas testibus. l. admonẽdi. ff. de iureiur. ubi Doct. & Bart. ibi ultima quæst. dicit de testib. est text. in l. Imperator. ubi Scribentes omnes. ff. de re iudic. Propterea uidetr, etiã quòd sit probata dicta cõuentio per testes, tales probationes nõ officere rei iudicatæ. Sed contrariũ mihi uidetr, quòd imò non obstante dicta re iudicata, sit uidendum de ueritate quæstionis petitæ: & considerandũ est, quòd ꝗuis magna sit autoritas rei iudicatę, ut sũ
3 dictũ est, tamen si parte nõ opponente iudex admisit partẽ ad probandũ de iniquitate sententiæ, & postea probatũ est, debet iudex reuocare illam primã sententiã. Sed hic nulla fuit opposita exceptio rei iudicatæ, sed actor admissus est ad probandam transactionẽ, quam probauit per duos testes plenè, ergo militat adhuc difficultas. & hoc uoluit Alex. in l. iudex posteaquã. col. ij. uers. sexto fallit. ff. de re iud. & cons. lxxvij. incip. in causa & lite. col. fin. uol. ij. Aret. consil. lxxiij. incip. diligenter. col. ij. notant Doct. in c. quoniã cõtra. extra de probat. ubi Lanfran. de Oria. col. ix. Item facit aliud, quòd ꝗuis sentẽtia quę transiuit in rem iudicatã, nõ possit reuocari per instrumenta de nouo reperta, tamẽ bene succurritr illi qui habuit sententiã cõtra se, 4
actione uel exceptione doli, puta quando alius sciebat instrumenta adesse, uel quitationẽ, ut sic dixerim, uel transactionẽ factã, ut est tex. in l. si fideiussor. §. in omnib. & ibi gl. in uerb. cessat. ff. mand. Et hãc dicit cõmunẽ sententiã Alex. in d. l. Imperator. de re iud. & ibi Ias. col. fi. Et hac ratione existimo quòd ex industria & cum iudicio aduocatus actoris proposuit exceptionẽ doli. Cum itaq; demonstratũ sit casum adhuc esse dubitabilẽ, nõ obstante re iudicata, sequitr uidendum quid iuris in quæstione proposita. In qua uideretur dicendum, d. actorẽ ex quo de cõuentione & transactione facta super expensis plenè probauit, non teneri ullo modo ad dictas expensas: quoniã cũ filius & mater essent in hac causa litis consortes, potest unus ex 5
litis consortib. post litis cõtestationẽ solus omne negociũ tractare. l. ij. C. de consort. eiusdem litis. & sic uidetur potuisse filius transigendo post litẽ contestatã sibi & matri præiudicasse. Vlterius tamen considerando, cõtrariũ de iure uerius uidetr, quoniam respectu portionis matris nõ potuit filius matri præiudicare: nam trãsactio facta cum aliquibus, nõ prodest nec nocet alteri habenti etiã ius cõnexũ cum transigente. l. neq; pactio. C. de trãsact. ubi Dd. in ij. notab. Et in terminis quòd litis consors nõ possit transigere in præiudiciũ alterius litis consortis, est casus in l. i. C. si in cõmuni eademq; caus. Non obstat d. l. ij. C. de consort. eius. lit. nam uerũ est post litem contestatã litis cõsortem solum posse cõmune negocium tractare, si tamen promittat de rato pro alio, ut ibi dicit tex. Vnde si alius ratum nõ habuerit, sibi nõ præ- 6
iudicat, ut ibi per Doct. Quinimò quod plus est, dico dictam transactionẽ nec matri nec filio præiudicasse. Nam ꝗuis probetur per actorẽ de transactione facta super expensis, tamen producuntr literæ & epistola ipsius actoris, in qua clarè apparet quòd dictus actor fecit illam transactionem sub illa cõditione, si mater eam ratã haberet, & quòd aliter ipsam ratam nõ haberet. Sed mater nunq; eam ratã habuit: imò apparet de contrario, quia litem prosequuta est: igitur ex ulla parte non debet prodesse d. transactio actori, & ad expen-

sas te-

7 sas tenetur: nec dubitandū est quin episto
la plenam fidem faciat contra scribentē. l.
Publia. §. fi. ff. depos. & ibi Bar. & alij. Vn
de uidemus quòd per epistolam quis po=
test donare & obligare. l. nec ambigi. C.
de donat. & consuluit Ripa lib. 3. respons.
cap. 12. Facit quod de literis cambij, ut pro
bent contra scribentē, dixit Bal. in consil.
cxc. incip. Sempronius Manfredi. uol. ij.

Secunda est difficultas, quòd litigante
filiofamiliâs cum quodam aduersario, &
eodem filio agitante processum & cōpa=
rente in iudicio, pater loco ipsius filij exhi
buit schedulam productionis testiū sine
mandato: unde nunc dubitatur, an iste a=
ctus iudiciarius factus à persona illegiti=
ma, id est, nō habente mandatū, ualeat, an
uerò reddat processum nullum. Et prima
facie quis dixisset processum nullum non
reddi, cum nō simus amplius in tempore
opportuno ad opponendam talem exce=
8 ptionem: nam hæc exceptio, tu nō es pro
curator, uel, tu nō habes mandatū, est di=
latoria, quia differt negociū, nō perimit.
Doct. in l. exceptio. C. de probat. Guido
Papæ consil. xxiiij. incip. circa. col. iiij. Et
in specie quòd hæc exceptio sit dilatoria,
concludunt cōmuniter Scribentes cōtra
gl. ibi, in l. licet. C. de procurat. Ideo debe
bat opponi, nō dico ante litem cōtestatā,
quia contigit post litis contestationē, scili
9 cet in productione testiū, sed ante primū
actum in quo inchoat̃ tractari de meritis
causæ, ut notat Bart. in l. ij. C. de consort.
eius. lit. Bal. in l. ita demum. C. de procur.
Canonistæ in c. insinuante. extra de offi.
deleg. Cum itaq; exceptio hæc opposita
nō fuerit, non potest amplius opponi, &
processus ualuit, ut in proprijs terminis
de exceptione dilatoria uoluit Guido Pa
pæ d. cōsil. xxiiij. col. iij. & iiij. Sed difficul
tatem facit, quòd p̄dicta limitant̃ per Dd.
non procedere in exceptione procurato=
10 ria, ratione defectus mandati, quā uolunt
posse opponi quandocūq;, & quòd red=
dat iudiciū retro nullū. l. licet. C. de procu
rat. & ibi Alex. Ias. & reliqui. & in specie
Alex. in l. ita demū. in ij. limit. C. eod. tit.
Tamē nō existimo recedendū à præcedē=
ti opinione, ut nō obstante tali exceptio=
ne processus ualeat. Et considerandū est,
quòd quis gesta per procuratorē non ha
bentem mandatū sint nulla, tamen bene 11
possunt ratificari per dn̄m litis etiā ad sui
cōmodum, ut est text. in l. licet. ff. de iudi.
& ibi omnes notant. & latè per Ias. in l. li=
cet. C. de procur. col. pen. & fi. Quod qui
dem procedit etiā in sententia, quę est ma
ioris pręiudicij, maximè cum procurator
nō dicit se habere mandatū, sed simplici=
ter cōparet in iudicio, secundū Bart. quē
refert Bald. in d. l. licet. & ibi Iacobi. de S.
Georg. in fi. dicit nō esse recedendum ab
hac opinione in iudicando. Propterea cū
filius post illam productionem à patre fa=
ctam non contradixerit, sed prosecutus
fuerit litē, censetur ratificasse quod factū
est à patre: cumprimū enim id sciuit, cre= 12
ditur mādasse. Bart. in l. quo enim. ff. rem
rat. hab. l. semper qui non prohibet. & ibi
Deci. in prin. ff. de reg. iuris. Et ratificatio
fieri potest non solū uerbis, sed etiā facto.
l. Paulus respondet, eo. tit. rem rat. hab. &
in proprijs terminis facit quod notat Spe
cul. in tit. de syndico. in uers. sed pone q̄d
uniuersitas. col. ij. quòd si uniuersitas sol=
uit expensas factas in lite per syndicū non 13
legitimè constitutū, uidet̃ gesta per eum
ratificare. & hoc dictum Specul. sequitur
Alex. consil. cxxvij. incip. uiso instrumen
to. col. i. & consil. clxxv. incip. perspectis
uerbis. in fin. uol. v. Accedat quòd pater
tanq̄ coniuncta persona filij, uidet̃ illum
actum facere potuisse sine mandato. arg. 14
l. maritus. cum materia. C. de procur. Si=
quidem pater & filius una eademq; perso
na reputant̃. l. fi. C. de impub. & alijs sub=
stit. l. in suis. ubi Alex. & alij. ff. de lib. &
posthu. Deci. cons. ccccxliij. in prin. Et ita
credo iuris esse. Bellonus. Dolæ.

1 *Vendito prædio, censetur etiā uenditus aquæductus qui prædio seruit.*
2 *Verba instrumēti sunt obseruanda, nec ab eis est recedendum.*
3 *Aquæductus qui non seruit fundo, non uenit in uenditione fundi, quamuis ex eo fundus irrigetur.*
4 *L. ij. ff. de iurisdict. om. iud. debet intelligi in his quæ ueniunt de rei natura, non ex accidenti.*
5 *Precij quantitas facit dignosci quæ & quales res sint uenditæ.*
6 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
7 *Inducta in fauorem, non debent in odium retorqueri.*
8 *Casus omissus relinquitur dispositioni iuris cōmunis.*
9 *Colonus qui nummis colit, non tenetur ad collectas.*
10 *Colonus tenetur ad solutionem onerum realium.*

11 Pactum censetur pars illius contractus cui subijcitur.
12 Contractus duo eodem tempore facti, habentur pro uno.

Consil. XXVII.

DEO opt. max. autore. Tria sunt dubia quæ mouent͂ per magnificũ prætorẽ ciuitatis Papiæ, quibus sigillatim respondebo. Ad primũ, an uideatur aqua data in solutũ simul cum prę
1 dijs, uidetur dicendũ aquam censeri datã, quoniã quoties aqua debet͂ prædio, trãsit cum eo, l. si aquæductus. ff. de contrahen. empt. & debetur pro portione prædij alienati. l. si partẽ fundi. ff. de serui. rust. pręd. & ibi Doct. & Cepol. latius in tract. seruitutum, in tit. de seruit. aquæduct. col. iiij. Aqua ergo quæ huic fundo debebat͂, censetur cum fundo alienata. Facit, quia non fuit alienatũ simpliciter pratũ, sed cum adiectione, pingue pratũ: uerùm pingue dicitur, quod irrigatur siue adaquat͂. Igitur uendito prato pingui, censetur uenditũ ius aquæ, sine qua pingue dici nõ potest, arg. l. ij. ff. de iurisd. om. iud. cum similib. Contrariũ tamẽ est concludendũ, & pro fundamento huius partis considerandũ est, quòd aqua qua irrigat͂ illud prædiũ, nõ erat aqua debita iure seruitutis illi prędio, sed dñs habet quasdam uncias aquæ, quas emit à quodã castro, quibus solebat illud prædiũ & cætera sua irrigare. Cum ergo illa aqua sit quoddã penitus separatum, nõ censet͂ uendita cũ fundo, quia ex diuersis nõ infert͂. l. Papin. exuli. ff. de minor. Et cũ de ea in instrumẽto nõ fiat men
2 tio, ab instrumẽto recedendũ nõ est. arg. l. nõ aliter. ff. de leg. iij. Nam in cõtractib. nõ cõprehendunt͂ nisi quę expressa sunt. Soci. consil. xlvij. col. iij. uers. præterea. Et pro hac cõclus. est casus in l. in uendendo. ff. de cõtrah. emp. ubi fundo uẽdito nõ uenit aquæductus, nisi sit dictũ. Nõ obstant in cõtrariũ adducta, ex quib. magis fortificabit͂ hæc pars. Et primo l. si aquęductus.
3 quoniã illa l. procedit quãdo aquęductus debebat͂ fundo iure seruitutis: nam tunc transit cũ fundo. ita intelligit gl. in d. l. in uẽdendo. Sed nos sumus in casu ubi aqua nõ debebat͂ fundo. d. l. in uendendo. quã ita intelligit Bar. in d. l. ij. de iurisd. om. iu. & ibi Deci. & moder. Tauri. dicũt ita cõmuniter intelligi. Nõ obstat regula d. l. ij.
quia illa regula procedit in his quę sunt de 4
natura rei: secus in ijs quę sunt de accidẽti, ut per Bar. in d. l. ij. qui est cõmuniter approbatus, & allegat in hoc d. l. in uẽdend. Sed in casu nostro aqua est ex accidẽti, ut s̃ demõstraui. Secundo dici potest, quòd pratũ in illa regione nõ dicit͂ pingue, quia irriget͂, sed quia situ͂ est in loco ubi potest irrigari. Nã existimo, & ad hoc aduertat͂, quòd prata pinguia dicant͂, quę sunt in tali loco ut possint recipere aquã, licet non adaquent͂: nõ pinguia uerò illa dici, quę licet irrigarent͂, tamen aquã recipere & retinere nõ possent, puta quia stant in pẽdenti, uel quia nimiũ absunt à rugia aquæ. Facit etiã pro prędicta cõclus. quoniã in alijs uẽditionib. similiũ pratorũ solet fieri mentio aquę, quãdo etiã ipsa uendit͂. Et in effe
ctu optimũ erit inspicere preciũ rerũ uen 5
ditarũ, ex quo cõijciet͂, an aqua uẽdita sit, ut habetur in locis uulgarib. maximè per Dec. in l. semper in stipul. ff. de reg. iur. licet hoc ꝓcedat in dubio: sed nos sumus in casu claro, quòd aqua uẽdita nõ censeat͂, per s̃ dicta. & ita tenendo, frustra quærit͂, an aduersarius teneat͂ purgare rugiam, & soluere fictũ aquæ. Sed posito quòd sibi aqua deberet͂, utiq; transiret ad eum cũ omnibus onerib. sicut transit cũ honorib. & utilitate. l. secundũ naturã. ff. de reg. iu. l. eũ qui. de iureiur. Ideo ipse teneret͂ pro illa portione aquę soluere fictũ, et purgare rugiã. Ad secundũ, ex quo est factũ pactũ quòd soluant͂ onera quę imponent͂ super æstimo per conductorẽ, an propterea uideat͂ exemptus ab onere particatus, & alijs quę nõ imponunt͂ super ęstimo, uidet͂ dicendũ quòd sic. Primò, quoniã posito quòd colonus deberet de iure cõmuni sol
uere ões onera, tamẽ prouisio hominis 6
facit cessare prouisionẽ legis. l. fi. C. de pactis cõuent. cũ simil. & inclusio unius est exclusio alterius. l. cũ prætor. de iudi. l. mariti. C. de prõcur. Cõcludendũ tamen est cõtrariũ, ut per illud pactũ nõ uideat͂ actũ ne colonus alia onera nõ soluat, cũ de hoc nihil dictũ sit in instrumẽto, à quo nisi aliter appareat recedendũ nõ est. l. nõ aliter. ff. de lega. iij. cũ alijs in superiore pũcto allegatis. Præterea illud pactũ est inductũ 7
in fauorẽ locatoris, ideo nõ debet in eius odiũ retorqueri. l. quod fauore. C. de legi.

Non

Nõ obstat l.fi.& l.mariti,quoniã nõ pro-
cedit ubi prouisio legis est magis genera-
ralis & de iure cõmuni,gl.in l.ij.C.de iur.
emphyt.& ibi Ias.nu.176.& 177.Bar.in d.
l.si cũ dotẽ,& ibi Alex.ij.not.& nu.14.sol.
matr.Et ratio est,quia in odiũ inducta, in
fauorẽ retorqueri nõ debent, ut ſ̃ dixi, &
uult Alex.d.ij.notab.& cons.cxxx.in cau
8 sa & lite,col.i.iiij.uol.Casus ergo omissus
habet pro omisso, & remanet in disposi-
tione iuris cõmunis,l.si extraneus.ff.de
cõd.caus.dat.Vnde uidendũ est,an de iu
re cõmuni colonus soluat ipse collectas.
EtBar.in l.i.C.de anno.& tribut.lib.x.di
9 cit,colonũ qui nũmis colit, ut in casu no-
stro,debere soluere collectas,cũ percipiat
omnes fructus,& collecta sequit fructus.
secus in colono partiario.sequit Ias.ubi
etiã Bal.in l.i.C.de iur.emph.nu.30.&32.
Est tamẽ concludendũ contrariũ,ut colo
nus qui etiã nũmis colit,nõ teneat ad colle
ctas: pro quo facit,quia collecta imponit
his tantũ qui possidet pro suo.Alex.cons.
34.uol.iiij.Sed colonus possidet nomine
dñi,iurib.uulgarib.& hãc partẽ in termi-
nis tenet Parpal.in l.placet.C.de sacros.
eccles.nu.3.Curt.senior cons.36.super cõ
trouers.Nõ obstãt notata per Bart.in d.l.
i,quoniã Iason malè percepit Bar.qui ibi
10 loquit de tributis & onerib.realib.Secus
tamẽ est secundũ eundẽ Bar.ibi,in colle-
ctis quę imponunt ꝑsonæ pro rebus.Vn
de Bar.in d.l.i.cõcludit,quòd colonus nõ
teneat ad collectas.Et ideo cũ non teneat,
si soluit pro dño,potest ipsas repetere,ut
uult Ias.in d.l.i.nu.30.& sequit hãc doctr.
Alex.in specie cõsil.4.uideret.col.i.uol.5.

Ad tertiũ & ultimũ, an sit ex uerbis iu-
stum aliquod tẽpus præfinitũ ad redimen
dum bona data in solutũ, uidet dicendũ
non licere post sex annos petere retro em
ptionẽ dictarũ proprietatũ. Nam licet pa
ctum de retrouẽdendo sit factũ sine tẽpo-
ris præfinitione,tamẽ ex quo subijcit con
tractui locationis factę de d.proprietatib.
11 censet pars ipsius cõtractus locationis.l.
fundi partẽ.ff.de contrah.empt.& uoluit
Porc.Instit.quib.mod.re contrah.obli.in
prin.declarãt latè moder.Taur.in l.petẽs.
C.de pact.in fi.Vnde cũ in locatiõe sit ap
positũ tẽpus sex annorũ,idem dicendũ est
ut illud tẽpus insit pacto de retrouenden
do,facit, quia cũ in pacto de retrouenden
do dictũ sit,ut soluta parte pecunię pars fi
ctus remittat,qui fictus soluit tantũ sex an
nis,istud uidet qualificare totũ ipsum pa-
ctum de retrouendendo, ut de eo tẽpore
sex annorũ sit semper intellectũ. His nõ
obstantib.teneo cõtrariũ:siquidẽ cum pa
ctũ de retrouẽdendo factũ sit simpliciter,
est simpliciter intelligendũ.arg.l.de pre-
cio.ff.de publi.Et cũ in dicto pacto nullũ
sit appositũ tẽpus, à uerbis instrumẽti nõ
est recedendũ.d.l.nõ aliter.Et in cõtracti
bus nõ cõprehendunt quæ non sunt ex-
pressa.l.si stipulatio.§.Chrysogonus.ff.
de uerb.obl.Et hęc pars melius probabit
ex remotione cõtrariorũ.Non obstat pri-
mò quòd hoc pactum debeat regulari &
qualificari à cõtractu locationis pręceden
te;quia respondet, quòd licet illud pactũ
sit appositũ imperitia notarij in d.instru-
mento locationis,debebat poni in instru-
mento dationis in solutũ, quæ in effectu
est uenditio, quia illũ respicit antè imme-
diatè factũ, ut ostendit ipsa uis nominis:
appellat enim retrouẽditio,nõ retroloca-
tio.Et etiã quoniã statim eodẽ notario &
eisdẽ testibus,& datio & pactũ facta sunt,
unde unũ pars alterius censet,& ab eo de 12
claratione recipit, ut probat ex latè nota-
tis per Socin.consil.273.in præsenti.Deci.
consil.245.in causa.Vnde cum in datione
in solutũ nullũ sit tẽpus appositũ,neq; cen
sebitur appositũ in pacto resolutiuo datio
nis in solutũ, quod ipsius pars censet.Et
hoc modo primũ fundamentũ partis ad-
uersæ retorquet.Nõ obstat ultimũ,dum
considerat quòd mentio fictus facta in di
cto pacto illud qualificat:nam consideran
dum est quòd in ſ̃ dicto pacto tria dicunt.
Primò,quòd solutis duob.mille libris fiat
retrouẽditio, & hic nullũ tẽpus apponit.
Secũdò,quòd soluta parte fiat retrouẽdi-
tio pro parte;& hic nullũ adest etiã tẽpus,
nec est subintelligendũ,ut ſ̃ dixi.Sed quo
niam potuisset fortè fieri solutio pro parte
pendente locatione,ad cõprehensionẽ o-
mniũ casuũ & tollendas dubitationes,in-
certũ est ut pro ea parte fictus diminuat:
nõ est tamẽ propterea inferendũ ad restri
ctionẽ primi dicti simpliciter prolati.Et
pro hac parte etiã facit,quia illa bona data
in solutũ,æstimata fuerunt multũ uili pre
cio,quod nõ fecisset uẽditor,si tamẽ mo-
dicũ tẽpus ad illa tuẽda habuisset,maximè

cum certò sciret, propter calamitatē temporum, & maxima onera quę quotidie indicebantur, non posse eo tempore sex annorum tueri & retro emere.

Bellonus. Papiæ.

1 *Princeps in dubio censetur facere suas concessiones sine præiudicio tertij.*
2 *Princeps quando aliquid dat uel confirmat, intelligitur, saluo iure alterius.*
3 *Princeps quomodo cognoscitur quòd uoluit tertio præiudicare.*
4 *Verba uniuersalia faciūt includi ea quæ aliàs nō ueniret.*
5 *Immunitatis reiteratio quid operetur.*
6 *Immunitas cōcessa à Pōtifice à decimis, censetur facta in præiudicium eius cui decimæ debentur.*
7 *Causa non præsumitur in principe, quando tollitur ius tertij.*
8 *Princeps potest aliquem lædere modica læsione.*
9 *Vectigal solui non debet pro rebus quæ portantur pro usu suo.*
10 *Princeps potest reuocare ius quæsitum alij ex suo priuilegio.*
11 *Vectigalis impositio est de regalib. ideo spectat principi.*
12 *Ius uectigalis non potest præscribi, nisi tanto tempore cuius non extat memoria in contrarium.*
13 *Princeps reuocando quod alteri concessit, præsumitur circumuentus.*
14 *Citatio non requiritur ubi quis potest explicare actū inuita parte.*
15 *Causæ cognitio non requiritur ubi princeps procedit ex priuilegio.*

Consil. XXVIII

DEO opt. max. autore. Licet copiose euacuata sint ingeniosa motiua data contra homines de Balzola per alios Iurisconsultos, tamē ut uideam & ipse materiā pertractasse, paucis ostendam, illis non obstantibus, pronunciandū esse in fauorē dictorū hominū cōtra cōmunitatē Casalis. Et in primis fatemur primū motiuū, quòd concessiones
1 principum semper intelligi debent sine pręiudicio tertij: quia quicquid facit princeps, præsumit facere prout iuri & iustitiæ cōgruit, ut per Bal. in l. i. ff. de constit. principū. Et intentio principis talis esse præsumit, qualis est legis scriptæ, uel naturalis rationis. idem Bal. in l. ex facto. ff. de uulg. & pupill. Deci. consil. xxxiij. col. iij. & consil. lxiiij. col. fin. Et principi conuenit illud, Semel loquutus est deus: &, quod scripsi scripsi. Bald. in tract. schismatis. col. fin. Curt. iunior consil. clxx. in fin. ubi plura. Et ultra deducta in motiuo, quòd princeps non censeatur uelle præiudicare tertio, uoluerūt Canonistæ, Abbas, Felin. Decius in c. super eo. de off. de leg. Deci. consil. ij. col. iij. ubi etiam addit, quòd uerba potius impropriantur. & ibi plura allegat. & idem Decius consil. cclxxxvi. col. fi. qui dicit, quòd quoties prin 2
ceps aliquid dat uel cōfirmat, intelligitur saluo iure alterius, ut latius per eum. & idem Decius cons. ccclxxxix. col. ij. & alibi sæpe. Curt. innior cōsil. lxxxviij. col. ij. & latius idem Curt. cons. cxlij. col. ij. Brunus consil. i. col. iiij. & consil. xxx. & consil. viij. col. ij. & consil. xij. col. xxiiij. latissimè. Verùm dicta conclusio intelligitur cōmuniter ut procedat in dubio: secus est si appareat de uoluntate principis uolentis tertio præiudicare. ita in specie declarat Deci. in d. c. super eo. & in c. ex parte. eo. tit. Alex. consil. ccxv. nec arguendi. col. fin. uol. ij. Deci. consil. cxci. col. ij. qui etiā allegat Rom. consil. ccxcviij. & Brunum d. consil. viij. & pulchrè Deci. consil. cxiij. col. ij. in fin. qui uult quòd prædicta conclusio procedat in dubio. Et ita procedunt cōsilia allegata in motiuo, ut per Decium d. consil. cxci. Secus quādo apparet de mente principis ex uerbis, uel ex natura uel ex qualitate rei. Operæ igitur precium est inuestigare, nunquid ex concessionibus factis dictis hominib. de Balzola, colligatur intentio principis uolentis tertio præiudicare, & sic ciuitati Casalis: & reperio quòd tam ex uerbis, q̄ ex natu 3
ra rei, & concessione Bonifacij 1483. constat de mente principis Casali præiudicare uolentis. Et sumendo eas coniecturas quæ propius rem attingunt, ex uerbis apparet, dum mandat nobilibus, uasallis, & demum omnibus & cæteris subditis suis, ut seruent immunitatem illis de Balzola. Cum igitur illa uerba, subditis suis, conueniant etiā Casalensibus, conueniet etiā dispositio. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infect. 4
Item multū operantur illa uerba uniuersalia, omnes ciuitates, & alia infra posita, à solutione cuiuscunq; dacij: qui enim totū dicit, nihil excludit, gl. in l. à procuratore. C. man

C.mand. Et similia uerba uniuersalia faciunt includi ea quæ aliàs nõ uenirẽt. Ias. in l.ij.§.prætor ait. ff. qui satisd.cog. & in terminis exemptionis ita ponderat Deci. consil.cxiij.col.ij. Item illa uerba uniuersalia sunt geminata & specificata, unde enixam uoluntatẽ principis ostendunt, ut per Deci.d. consil.cxiij. Alexander ad ostendendã uoluntatẽ principis, consil.ccxv, nec arguendi, col.vi, qui propterea cõcludit, nullã immunitatẽ censeri exceptã, & ideo non fuisse necessariã aliam magis specificã nominationẽ. Item colligitur uo
5 luntas principis ex reiteratione concessionum; fuerũt enim d. de Balzola à plurib. marchionib. facti immunes. & huiusmodi reiterationẽ concessionũ ponderat Deci.consil.cxci.col.ij.in fi. Secundo principaliter apparet de mente & uolũtate principis ex qualitate rei & ex natura priuilegij; cũ enim faciat immunes illos de Balzola à dacijs, gabellis &c. certè uoluit præiudicare necessariò illis quib. debebantũ d. dacia & gabellæ, etiã sine aliqua expressione particulari. & ita in terminis nostris cõcludit Deci.in d.c.super eo.col.ij. Et ideo di-
6 cit, quòd si Papa eximit aliquẽ à decimis, uidetũ præiudicare illi uoluisse cui decimę debebantur. & hæc latius deducit & comprobat Deci.d.consil.cxiij.col.ij. Ex quibus omnibus infertur, non fuisse necessariam clausulam, Non obstante, cum satis clarè cõstet & apertissimè de mente & uoluntate principis per suprà dicta, ut concludit Decius in d.c.super eo. & d.consil. cxiij. & Alex.d.consil.ccv.

Venio ad secundũ dubium, in quo dicitur, quòd etsi princeps uoluerit, tamen non potuit; & ita arguitur concessio facta illis de Balzola ex defectu potestatis; siquidem nõ potest princeps etiã de plenitudine potestatis, nisi magna causa subsisten-
7 te, tollere ius tertij. Et causa nõ præsumitur in principe, quando tollitur ius tertij. Imò si princeps aliquid disponat contra suam primã concessionẽ, præsumitur circumuentus. Decius consil.cclxxxvi.cum alijs allegatis. Cum itaq; per talem cõcessionem lædatur ius Casalensiũ, ergo &c. Ad omnia hæc fuit optimè respõsum per quosdam alios; tamen ut aliquid dicatur, respondetur huic motiuo multifariã. Pri-
mo, quòd ubi non tractatur de magna læ 8
sione, sed modica, princeps potest concedere & lædere ius tertij sine causa, etiam sine clausula, Non obstante. ita Felin. in c.quæ in ecclesiarum.de constit.num.67. & ibi Deci.col.xi.uers.quartus casus. moderni in l.quoties. C. de precib.Imperat. offer. Alex.d.consil.ccxv.col.iiij. Sed hic tractatur de modico præiudicio, nõ enim derogatur in totum dacijs ciuitatis Casalis, sed solùm detrahitur respectu illorum de Balzola; & quod plus est, respectu tantum rerum quas portant pro usu suo, in 9
quibus etiã de iure cõmuni censentur immunes. l.uniuersi.C.de uectigal. & commiss. Pract.Papieñ.in forma libelli pro solutione pædagiorũ, in uerb.panni. Secundo respondetũ, quòd princeps potest tollere ius tertij quando ipse fuit causa acquisitionis. Felin.in d.c.quæ in ecclesiarũ.nu. 68. Et ideo dicit Ang. in l. Antiochensiũ. ff. de priuileg. creditorũ. quòd princeps rem quam donauit, potest reuocare. tradit latius Curt. iunior consil. i. col. vij. & Brunus consil.xxi.col.fin. Et quòd princeps fuerit causa acquisitionis, infra declarabo. Tertio respõdetur alio modo, quòd princeps potest reuocare ius quæsitũ alte 10
ri ex suo priuilegio, etiã sine causa. Bal.in l.qui se patris.xi.col.C.unde liberi.sequitũ Felin.in d.c.quæ in eccles.nu.72. Alex.d. consil.ccxv.maximè subdito. Deci.d.consil.cclxxxvi.col.ij. Sed Casalenses habent ius exigendi pędagia ex priuilegio principis, ergo. Et quòd habeant ex priuilegio, probant alij cõsulentes: quod confirmo, quia ciuitas Casalis etiã statuendo nõ potest imponere dacia forensib. quia imposi
tio dacij est de regalibus, quę soli principi concedunt. c. i. quæ sint regalia. & quòd 11
nõ possint etiã statuẽdo, est casus in l.ij.C. noua uectig.instit.non poss. Imò nec dñs inferior potest in suis castris imponere aliquam collectã sine licẽtia supremi dñi. l.i. C.de superindic.ubi Bar. & Bal. Alex.cõsil.cxlv, quoniã abundè, uol.ij. & in simili de dacio carniũ cõsuluit Abbas consil.vi. in quęstione.uol.ij. & de dacio pistrini Soci.cõsil.vij.uol.iij. Aut ergo hoc daciũ est impositũ à Casalensib. & nõ tenet, ut proximè dixi; aut uolũt dicere se pręscripsisse tale ius, & hoc non est probatum. Nam

ad præſcribendum pędagium, requiritur curſus temporis cuius non exiſtat memoria in contrarium. Panor. & alij in c. cum nobis olim. extra de præſcript. Bal. in l. i. C. ne rei domi. uel templo. Nec quicquã etiam faciũt ſtatuta ſua confirmata à marchionibus, quoniã cum nõ ualeant ex ſe, ſed ex confirmatione principis, ipſe princeps cenſetur dare. l. more. ubi Bartol. & moder. ff. de iuriſdict. om. iud. Ex his conſtat non obſtare ea quæ in motiuo deducuntur, quoniam procedunt quando tractatur de maximo præiudicio: item quando tractatur de reuocando ius quæſitum ex contractu, non ex priuilegio. & in his terminis loquitur Deci. d. cõſil. cclxxxvi.

13 Et id quod dicitur, quãdo princeps reuocat quod alteri cõceſſerat, cenſetur circũuentus, Bal. conſil. cclxxix. pridie. uol. iij. quod refert & ſequitur Deci. d. conſil. cclxxxvi. col. fi. & conſ. dlxxxix. nu. 18. & cõſil. dclxxxix. col. fi. Curt. iun. conſil. clxx. in fi. procedit in dubio, quando princeps præſumit̃ per obliuionẽ uel errorẽ id feciſſe, puta ſi uni donauerat aliquam rem, deinde donat alteri, nõ facta mentione de prima donatione. Secus quando conſtat de uoluntate principis. ita in ſimili reſpõdet Deci. conſil. cxcviij. nu. 7. Sed in caſu noſtro luce clarius apparet de uoluntate principis, ut declaraui in primo dubio. Cũ enim eximat à dacio illos de Balzola, preſupponit princeps dacia ab alijs deberi. Et ulterius de ſciẽtia principis apparet ex narratione facta in dictis cõceſsionib. quo caſu talis narratio æquipollet clauſulæ, ex certa ſcientia. Alex. conſil. lxxvij. in cauſa & lite. ij. col. uol. ij. Brunus conſil. i. col. fin. Quo ad tertiũ, quòd in conceſsione facta illis de Balzola debuerant citari Caſalenſes, quorũ intererat, l. de unoquoq;. ff. de re iud. cum materia, & ſic arguitur conceſsio reſpectu modi latiſsimè & realiter, per alios reſponſum fuit. & illud eſt potiſsimũ fundamentũ, quòd ex

14 quo princeps poterat etiã inuitis Caſalenſibus illam conceſsionẽ facere, ut ex ſupradictis clarè apparet, nõ potuiſſent Caſalenſes illam conceſsionẽ impedire, quo fit ut tali caſu nõ requiratur citatio. ita moderni limitant in d. l. de unoquoq;. Deci. in l. qui poteſt. ff. de reg. iur. & cõſil. dcxcviij. col. i. & conſil. cxci. col. iij. Curt. iun. conſil. i. col. viij. Brunus conſil. i. col. pen. Ulterius, quando princeps procedit ex pri- 15
uilegio, nulla requiritur cauſæ cognitio, ideo non eſt neceſſaria citatio, ut in dictis locis habet̃. Videtur itaq; in tuto cauſa illorum de Balzola, poſtq̃ motiua contra eos data, iurè meritò ſunt ſublata; unde pro eis eſt ſine dubitatione pronunciandum, quod omnino ſperatur, attenta integritate & doctrina magnifici iudicis.

Bellonus. Papiæ.

1 *Donatio perfecta nõ poteſt reuocari etiã reſcripto principis.*
2 *Ius noſtrũ ſine conſenſu noſtro nobis auferri nõ poteſt.*
3 *Conſtitutum transfert poſſeßionem ueram & dominiũ.*
4 *Princeps non poteſt tollere ius quæſitum tertio.*
5 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.*
6 *Infirmitas pluribus indiget.*
7 *Tranſactio ſuper re certa quamuis generalis, reſtringitur ad illam rem certam.*
8 *Res ſubiecta fideicõmiſſo, poteſt alienari pro redemptione perſonæ.*
9 *Creditori imputandum eſt qui non inueſtigauit conditionem debitoris.*
10 *Debitor quando poteſt carcerari pro debito.*
11 *Donatio an poßit reuocari per ſubſequens teſtamentum.*
12 *Cõtractus à principio eſt uoluntatis, poſtea neceßitatis.*

Conſil. XXIX.

DEO opt. max. autore. Cum Dominicus de Quinto donauerit inter uiuos nobili Nicolæ de Vulpe omnia bona ſua, uoluntatemq; ſuam in inſtrumento demõſtrauerit, non eſt temerè reuocãda hęc donatio. §. aliæ. Inſtit. de donat. Et quemadmodũ in totum, ita 1
nec in parte. arg. l. quæ de tota. ff. de rei uend. Et ſicut perfecta donatio reuocari non poteſt, ita nec ipſi addi uel diminui. l. perfecta. C. de donat. quæ ſub modo. Et hoc adeò uerũ eſt, ut etiã intercedente reſcripto principis, donatio uiolari nõ poſſit, l. ſi donationem. C. de reuoc. donat. l. cum te. C. de dona. ante nupt. & ibi gl. & Doct. aſsignãt rationẽ. Et cum huiuſmodi donatio duorũ conſenſu eſſet celebrata, nõ potuit ſolo conſenſu donãtis infringi. l. ab emptione. ff. de pact. l. ſecundum naturam, ubi Decius. de reg. iur. Et poſt ius

2 ius quæsitum donatario, quod nostrum est sine facto nostro tolli non potest. l. id quod nostrum, ff. de reg. iuris. Ex quibus uidetur concludendum, alienationem factam per dictum Dominicũ de rebus donatis nõ subsistere: quod magis confirmatur ex responsionibus quæ dabuntur ad contraria. Et primo non obstat quòd alienatio facta fuerit de licentia & autoritate senatus, quia respõdetur quòd nec rescripto, ut s dicebam, potest iuuari talis alienatio, d. l. si donationem. d. l. cum te. Confirmatur, quoniam in instrumento dona-

3 tionis adest constitutum, per quod transfertur ciuilis & naturalis possessio & dominium. Ista ergo iura acquisita donatario, non possunt per principem tolli: est enim uulgatũ, principem regulariter nõ

4 posse tollere ius quęsitum tertio, maximè dominium. Doct. in c. quæ in ecclesiarũ. extra de constitut. Iason in l. Barbarius. de offic. prætor. & in l. fin. C. si contra ius uel util. public. quod procedit in Imperatore & Pontifice, multò magis in principe inferiore, & multò magis in senatu, qui solùm æquiparatur pręfecto prætorio, ut not. per Doct. in l. i. ff. de offic. eius. Non obstat (& istud uidebatur magis urgere) quòd donans adiecit pactũ, ut posset alienare de rebus donatis pro suis necessitatibus: sed alienatio fuit facta pro maxima necessitate, scilicet pro redemptione personæ, cum donans esset in carceribus detentus. quia respondetur, quòd pactum fuit factum in casu infirmitatis, & de alio

5 casu nõ est facta mentio, unde casus omissus relinquitur dispositioni iuris cõmunis. l. si extraneus. ff. de condict. causa data. l. si cum dotem. ff. solut. matr. cum similibus. Et si replicaretur, quòd licet dictũ sit in specie de casu infirmitatis, tamẽ subditum postea fuit generaliter, pro suis necessitatibus: & clausula generalis in fine posita, omnia comprehendit. Ad hoc respondet, quòd illa pluralitas, pro suis necessitatibus, debet referri ad casum infirmitatis tantum, in quo ponitur. Et in ca-

6 su infirmitatis tantũ plura necessaria sunt, & interueniunt plures necessitates: siquidem opus est medico qui curet ęgrotum, opus est pharmaco & alijs medicinis, opus est tonsore qui secet uenã, & cucurbitulas admoueat ægroto, opus est mulieribus quæ parent uictum & faciant fricationes: & pro huiusmodi omnibus necessitatibus causa infirmitatis uoluit donans posse alienari. Et pro hac responsione, quæ uera est, ut ex lectura instrumenti apparet, facit decisio Bart. & Doctorũ in l. si de certa. C. de transact. ubi si transactio 7
fiat super aliqua certa causa, licet postea uerba quæ sequuntur concipiantur generaliter, tamen restringuntur omnia ad illam causam super qua fuit transactum. Concludo itaq;, hunc casum nõ comprehendi in instrumento. Sed dicet aliquis, licet hic casus redemptionis personæ sit omissus, tamẽ ualuit alienatio de iure cõmuni: quia uidemus in simili, quòd res subiecta fideicõmisso non potest alienari. l. fin. cum Authen. ibi posita. C. cõmunia de leg. & tamen pro redemptione per-
sonæ potest alienari. Doct. in d. Authent. 8
res quæ. ubi Ias. in undecima limitatione. Verùm ad hoc respondetur, illud procedere quando casu quis incideret in periculum personæ. Secus quando facto suo, ut in casu nostro: nam tunc damnũ quod quis culpa sua sentit, sibi imputet. Imò potest nedum culpa, sed dolus impingi ipsi donanti, cum sciret se donasse omnia bona sua, & uoluit intercedere & fideiubere pro alio. Præterea nulla fuit iusta causa huiusmodi alienationis, & donans fuit iniustè detentus: nam imputandum est creditori cui fideiusserat, quare non inuesti- 9
gauerit conditionem fideiussoris. l. qui cum alio. ff. de regul. iuris. per quem text. dicebat Alex. in l. si cum dotem. §. si mulier. ff. solut. matr. quòd imputandum est creditori qui accepit debitorem qui non erat soluendo. Et facit optimè id quod tradunt Doctores in illa quæstione, an cre- 10
ditor possit facere carcerari debitorem: qui concludunt, esse inspiciendum an debitor non sit soluendo ex causa quæ militabat tempore contractus, & tunc non potest carcerari, quia imputandum est creditori, ut suprà dixi. Aut ex causa superueniente, & tunc potest carcerari. Iason in l. si ab arbitro. ff. qui satisdare cogantur. pulchrè Decius consil. lxxv. Vnde cum causa quare fuit detentus donans, militaret tempore contractus, quia erat

nõ soluendo propter factam donationẽ, non debebat donans carcerari, & carceratus de facto debebat relaxari, sine aliqua alienatione bonorũ. Remanet igitᷣ quòd alienatio fieri non potuit nulla subsistente legitima causa, & ideo uenit retractanda. Circa secundũ, an dicta donatio sit re-

11 uocata per subsequens testamentum postea factum, uidetur quòd sic; quia ambulatoria est hominis uoluntas usq; ad mortem. l. iij. §. fin. ff. de aliment. lega. Ideo est quòd posterius testamentũ attenditur. §. posteriore. Instit. quib. mod. test. infir. l. si quis priore. ff. ad Trebell. etiam si hoc secundum & ultimũ ualeret de iure speciali. l. ij. ff. de iniust. rupt. & irrit. testa. Alex. consl. lxxxiiij. uiso themate. col. i. uol. ij. & etiam si nihil dictum esset de primo. gl. in c. i. de constit. in vi. Decius consil. cclxiiij. col. ij. facit illud generale, ultima derogare priorib. l. pacta nouissima. C. de pact. Et in specie, quòd per testamentũ sequẽs reuocetur prior donatio, consuluit Deci. consil. ccliiij. uiso puncto. & Curt. iunior consil. liiij. uisis ac diligenter. & cons. cxx. præsupponitur. Quibus tamen nõ obstantibus concludo contrariũ. Nam cum hæc fuerit donatio pura & simplex inter uiuos, facta donatario præsenti & acceptanti, non potest reuocari sine iusta causa, de quibus in l. final. C. de reuoc. donat.

12 Contractus enim à principio est uoluntatis, postea necessitatis. l. sicut. C. de act. & obli. Et solet dici, Verba ligant homines, taurorum cornua funes. gl. in §. i. Instit. de oblig. & faciunt quæ s̃ in principio deducta sunt. Non obstat §. posteriore. & l. si quis priore. cum sua materia, quia loquũtur in ultima uoluntate, quæ cum sit ambulatoria usq; ad mortẽ, ultima præualet & derogat priori; secus est in actibus inter uiuos, d. l. sicut. maximè cum duorũ consensu sint celebrati. arg. l. ab emptione. ff. de pact. & l. secundum naturam. ff. de regul. iuris. Non obstant consilia Curtij & Decij, quia in casu suo donatarij approbauerunt testamentum, ideo sibi præiudicarunt, præsertim quòd ijdem ipsi donatarij erant hæredes instituti.

Bellonus. Papiæ.

1 *Institutio facta de uxore ad tempus, facit eam hæredem in usufructu & proprietate.*

2 *Verbum, instituit, exponitur aliquando, id est, substituit.*

3 *Substitutio facta per uerba habentia tractum temporis, & plura tempora respicientia, dicitur compendiosa.*

4 *Pupillaris substitutio confirmatur per suitatem.*

5 *Vxor instituta ad tempus, censetur grauata post tempus restituere hæreditatem uenientibus ab intestato, & potest detrahere quartam Trebellianicam.*

6 *Trebellianica an detrahi poßit quando in inuentario nõ fuerunt omnes res descriptæ.*

7 *Trebellianica censetur interdicta per prohibitionem expressam alienationis bonorum, secus per tacitam.*

8 *Fructus percepti iudicio testatoris cõputãtur in quartã.*

9 *Hæres grauatus restituere fideicõmissum, an poßit differre restitutionem donec sibi soluatur funeris impensa.*

10 *Pœna occultantis res in confectione inuentarij.*

11 *Camisiæ & tegmina capitis an ueniant appellatione uestium.*

12 *Genus ampliat expreßionem specierum in his quæ sunt eiusdem qualitatis, quando ponitur post species per adiectiuum neutrale.*

13 *Dictio, alius, est similium repetitiua.*

Consil. XXX.

DEO opt. max. autore. In casu proposito paucis agam, cum res tractetur coram doctissimis uiris, qui non desiderant multiloquiũ, sed resolutionem. Præmitto primò, quòd quãuis plures cõstituantur casus dubitabiles per Doctores, quando maritus instituit uxorem ad tempus, & post mortem uxoris alium instituit, an debeat intelligi instituta in usufructu tantum, an etiam in proprietate, tamen casus noster habetur pro minus dubitabili; imò indifferenter omnes tenent, quòd quãdo uxor est expresse hæ- 1
res instituta ad tempus, quòd sit hæres in solidum in usufructu & in proprietate: & quamuis sit ad tempus instituta & ad diẽ, talis dies reijcitᷣ de medio, & hæres remanet, ut per Ang. Imol. Alex. in l. filius à patre. ff. de lib. & posthu. & Doct. in l. extraneum. C. de hæred. instit. Alex. consil. iiij. col. i. & cons. 50. col. i. uol. vij. & cons. clxij. uol. ij. Deci. consil. cclxxviij. col. i. & ij. Secundo præmitto, quòd uerbum, instituit, 2
exponitur aliquando secundum subiectã materiam, id est, substituit. l. Gallus. §. i. ff. de lib. & posth. & ibi notãt Ang. & Imol. dicẽtes, quòd si testator instituit uxorem heredem in uita, & alium post mortẽ eius instituit,

instituit,debet exponi,id est,substituit.Et hæc expositio nõ est multum extranea in directa substitutione, scilicet uulgari & pupillari, in quibus nos sumus. Esset maxima difficultas si tractaremus de fideicõmissaria,an dictũ uerbũ deberet obliquari: sed hoc nõ est præsentis speculationis.

3 Tertio præmitto, quòd substitutio facta per uerba habentia tractum temporis, & plura tempora respicientia,dicitur cõpendiosa:puta quando fit sub cõditione mortis,cum quis possit diuersis temporib.mori,ita declarat Bar.in l.centurio.col.ij.uer sic,expediti,ff.de uulg.& pupill. quem sequunt̃ cõmuniter Doct.& in l.precibus.C.de impuber.& alijs substit. Ex sũ dictis pręmissis infero,quòd uxor instituta post posthumũ,debet intelligi,id est,substituta,ut per Dd.d.l.Gallus.§.i.& quidẽ substituta cõpendiose,cum dictum sit,Et casu quo filius moriatur extante uxore in uiduitate. & ita est substituta uxor sub cõditione mortis filij, ut in d.l.centurio.per Bar.& alios:&censetur substituta in totũ & in proprietate &in usufructu,cum uerba sint clara,ut habet̃ in d.l.filius à patre. Et cum d.substitutio compendiosa contineat uulgarẽ, pupillarem,& fideicõmissariam,& posthumus natus decesserit intra paucos mẽses, si posthumus cum effectu fuit hæres,ueniet uxor tantũ ex pupillari, cum uulgaris expirauerit per aditionem hęreditatis,l.post aditam,C.de impub.Si uerò non fuit hæres cum effectu,poterit

4 uenire ex uulgari,& etiã ex pupillari confirmata per suitatem, ut per Soci.l.i.ff.de uulg.& pupill.nu.75.& Bart.in l.si filius qui patri.eod.tit.ubi Doct.Et hoc modo fuit impletus secundus gradus factus à testatore in suo testamento, cum post posthumũ morientem instituit uxorem hæredem uniuersalem. Tertius fuit gradus in dicto testamẽto, in quo testator casu quo uxor transiret ad secunda uota,substituit fratrẽ suũ &c. & dicit̃ euenisse casus substitutionis,quia uxor cõuolauit ad secunda uota,quę nõ denegat ne substitutio habeat locum,sed dicit ex substitutione mariti se censeri grauatã per fideicõmissum, ideo uult in restitutione hæreditatis detrahere quartam Trebellianicam,quærit̃ an possit. Et concludendum est quòd sic, ut per Dd.in d.l.filius.ubi Imol.Alex.&alij ponunt hæc eadem uerba, quòd mulier hoc modo ad tempus substituta uel insti- 5
tuta,cui est datus substitutus,dicitur grauata restituere per fideicõmissum, cũ nulla alia substitutio posit habere locum:pupillaris non,quia mulier iam excesit pubertatem:uulgaris nõ,quia fit substitutio post tempus, quo tempore est adita hæreditas.Infertur ergo necessariò testatorem cogitasse de fideicõmisso,l.uerbis ciuilib. ubi not.ff.de uulg.& pupill.Alex.& Decius in consil.sũ allegatis. Vnde sequitur, quòd regulariter grauatus restituere detrahit quartam.§.sed quia.Instit.de fideicõmiss.hæred.l.i.ff.ad Trebell.Et in terminis nostris quòd hæc mulier possit detrahere quartã,uoluit Paul.in repet.l.Titia.§.Titia cum nuberet.ff.de legat.ij.in xxvi.q.in finalib.uerbis. Stante modò hoc quòd Trebellianicã detrahere possit, adducunt̃ aliqua ad impediendã uel euacuandam hanc detractionẽ. Quantũ ad impediendum,dicitur prædictam uxorẽ in confectione inuentarij multas res omi- 6
sisse, quas non posuit in inuentario, ideo priuari beneficio quartæ Trebellianicæ. In hoc de iure duplex pœna infligit̃. Prima,duplicatio rei omissæ,l.fi.§.licẽtia.C.de iur.delib.Secunda,quòd priuatur beneficio detrahendi quartã Trebellianicã. & hanc dicit cõmunẽ Alex.& Ias.in d.§.licentia.& in terminis nostris Rom.cõsil.cclxxvi.col.fi.incip.uisis dubijs. Est tamẽ intelligendũ hoc sano modo,quãdo pars aduersa probaret dolo uxorẽ prædictas res occultasse,aliàs pręsumptio est pro ea, ex quo confecit inuentariũ, quòd ignorauerit plura esse bona, & quòd bona fide omiserit,unde nõ punit̃. ita declarãt Dd. in d.§.licentia.& expresse Rom.d.consil. cclxxvi.in final.uerbis.Ang.& Imol.in l.i.§.hæc stipulatio.ff.si cui plus ꝙ per l.falcid.Deci.consil.dcxxxiij.incip.consului. col.pen.uers.quarto in inuentario.Secũdo dicitur fuisse prohibitã alienationẽ bonorũ, ideo impediri detractionẽ Trebellianicæ: & hoc est uerũ si expressa sit pro- 7
hibitio alienationis. Auth. sed in ea.ubi Bal.notat.C.ad l.falcid.Ang.in §.si uerò expresim.in Authen.de hæred.& falcid. Lud.Rom.consil.ccvi.licet.col.ij.Aret.

consil.xxxvij.incip.sequendo.col.fi. Sed si nos intelligamus de prohibitione aliena tionis tacitè resultãte ex fideicõmisso, Authen.res quæ. C.cõmun.de legat.talis tacita prohibitio nõ impedit detractionem quartæ, ut per Roma.d.consil.ccvi.col.ij. & Crotum in l.filiusfamiliâs.§.diui. ff. de legat.i.Et facit ratio, quia aliàs sequeretur quòd nunquam posset detrahi quarta. Et etiam aliæ multæ sunt differentiæ inter prohibitionem bonorum tacitam & expressam, ut per Doct.in d.§.diui. Quantum ad euacuandam dictam detractionẽ Trebellianicæ adducit, uxorẽ debere imputare fructus quos percepit à morte testatoris post aditã hæreditatẽ usq; ad tempus restitutionis, in d.quartã Trebellianicam:

8 & hoc est iuri consonũ, quòd imputare debeat hos fructus perceptos iudicio testatoris, ut est casus in l.in fideicõmissariam.ff.ad Trebell.per quem tex.traditur regula, quòd quilibet hæres imputat fructus perceptos iudicio testatoris in quartã Trebell.ut per Dd. in d.l. in fideicõmissariã.& moder.maximè Galiaul.in l.centurio.col.xiij.ff.de uulg.& pupil.facit quòd speciale est in filijs primi gradus ut nõ teneanť imputare.l.iubemus.C.ad Trebel. ergo in contrariũ ius cõmune.l.ius singulare.& ibi gl.ff.de legib. Extrinsecus ulterius quæritur, an uxor posit differre re

9 stitutionẽ fideicõmissi, donec sibi soluať funeris impensa quam fecit, & donec soluantur alia sibi debita. In quo est concludendum quòd sic. Nam in huiusmodi casu talis ordo traditur à iure, ut primo deducatur funeris impensa.§.cum autẽ.Instit.de l.falcid. postea æs alienũ, etiã quod debetur hæredi: deinde detrahiť quarta, & reliquũ restituiť, ut est casus in d.§.cum autẽ. & in l. in imponenda. & l.irritũ. C. ad l.falcid.Item etiã quæriť, an res non descriptæ in inuẽtario debeantur uxori, uirtute clausulæ positæ in tractatu matrimonij, in quo fuit factũ pactũ, quòd moriente marito ante ipsam uxorem, uxor lucretur omnes & singulas uestes, & ornamenta & iocalia &c. Et in hoc distinguendum est ut suprà: Aut ostenditur prædictam uxorem dictas res dolo occultasse, & non

10 modò debet eas non habere, sed ad duplũ tenetur, d.§.licentia. & Rom.d.consil.ccvi.col.fi. Aut nullus ostenditur dolus uel fraus uxoris, & tunc non apparet ratio, quare habere non debeat. Vltimo dubitabatur, an in legato de suffulturis facto & alijs uestibus uendendis pro pauperibus, comprehendantur camisiæ & tegmina ca 11
pitis: & in hoc primò inspicienda est consuetudo patrisfamiliâs, an soleret ista inter uestes reputare.l.inter uestẽ.ubi Bart. ff.de aur.& argen.leg. Quid autẽ de iure cõmuni? Videtur quòd comprehendantur, ut est casus in l.uestis. eod.tit.de auro & argent.leg. ubi appellatione uestis seu uestimentorũ (nam hæc inter se non differunt, ut ibi habetur) comprehenduntur omnia lanea, linea, serica, bombicina, quę induendi, pręcingendi &c.& gl.ibi super uerb.induendi. exemplificat in camisijs. & postea infra in §.muliebria. dicit etiam uenire appellatione uestis, quæ capitis tegendi causa sunt comparata. Verũ in hoc ultimo existimo concludendum contrarium, quòd nõ ueniant camisiæ & tegmina capitis: quoniam quoties ponitur species, & sequitur genus per adiectiuũ neutrale, tunc genus ampliat tantum expres 12
sionem specierũ, in his quæ sunt eiusdem qualitatis; in alijs quæ non sunt eiusdem qualitatis restringit, ut est casus in l.fin.§. fin.ff.de tritic.uin. & oleo lega. & doctri. Bar.in l.quæsitũ.§.si quis fundũ.col.pen. ff.de fund.instr. Nam in d.§.fin.erat legatum uinũ amphorariũ, aminęũ, græcum, & dulcia omnia: concludit ibi Iurisconsultus, esse intelligendum legatum de dulcibus eiusdem qualitatis, sicut uinum, id est, de dulcibus quæ possunt potari. Confirmo, quia dixit testator, Et aultres ses habillemens. Et dictio, alius, est similium re 13
petitiua. l. si fugitiui. ubi gl. C. de seruis fugit. Non obstant in contrarium adducta in d.l.uestis. nam illud procedit quando essent legatæ uestes simpliciter, siquidem omnia uenirent. Sed in casu nostro legauit les fourures, & aultres habillemens, exprimendo aliquam speciem, & postea subijciendo genus, quo casu concludendum est ut suprà dixi. facit d.l.fin. §.final. ubi si leget testator dulcia simpliciter, uenient omnia dulcia, etiam diuersæ qualitatis, puta uinum & omnes potiones, & etiam dulcia comestibilia, ut ficus, uuæ,

uuæ, palmę. Secus si leget aliquā speciem ex dulcibus, subijciendo genus per adiectiuum neutrale, ut ibi in secundo uersic. quòd si ita. & dixi ꝰ proximè. Cum itaq; camisiæ & tegmina capitis non sint uestes eiusdem qualitatis, cuius les fourures, nō comprehendentur in legato.

Bellonus. Dolæ.

1 *Filius succedit matri exclusis omnibus.*
2 *Donatio propter nuptias, mortua uxore, redit ad uirum.*
3 *Vxor relicta usufructuaria filijs institutis, habet tantū alimenta, etiam si filij sint diuersi matrimonij.*
4 *Vxor relicta usufructuaria potest repetere dotē suam, et nihilominus frui bonis.*
5 *Vsufructu relicto uxori si cum liberis moraretur, an non morando cum eis, poßit uti usufructu.*
6 *Mater quæ transiuit ad secundas nuptias, quomodo succedat filijs primi matrimonij.*
7 *Mulier secūdo nubēs, succedit filijs primi matrimonij in usufructu quo ad bona paterna, quo ad alia ad totū.*
8 *Mater pariter succedit filio cum fratribus.*

Consil. XXXI.

DEO opt. max. autore. Casus talis est: Sempronius duxit uxorem, cui donauit propter nuptias, ex qua habuit filiū: decessit dicta uxor, hic Sempronius duxit aliā uxorē, ex qua suscepit aliū filiū, postea decessit relictis duobus filijs æqualiter institutis, & relicta secunda uxore dña & usufructuaria, si cum liberis moraretur. Filius primæ uxoris nolebat nouercā uti frui donatione propter nuptias facta matri suæ, tanq; sibi spectante ut hęredi matris: dubitabatur an hoc facere poßit, & quæritur etiā de alijs, ut ī. Quo ad primū dico filiū primę uxoris Bernardinum nihil iuris habere in bonis supradotalib. Nā licet d. Bernard. successerit matri
1 suæ in dotē, quia prima causa in successione matris, est liberorū. l. i. C. de senatusc. Orphic. & §. i. Instit. eod. & §. i. in Auth. de hæred. ab intest. & hoc quo ad proprietatem relicto usufructu apud patrem. l. i. C. de bon. mater. l. i. & ij. C. de bonis quæ lib. & morte patris extinctus sit usufructus, quē habet tantū in uita. d. l. i. de bon. mat. & facta consolidatio. §. finitur. Instit. de usufructu. tamen nō est sic in donatio-
2 ne propter nuptias: siquidem mortua prima uxore, redijt ad uirū, & effecta est patrimoniū ipsius uiri. quemadmodū enim mortuo marito dos redit ad mulierē, ita donatio propter nuptias ad maritū: idem enim ius de utraq; statuitur gratia æqualitatis seruādę, ut not. gl. in §. est quoq; aliud. Instit. de donat. & est tex. in c. fin. de dona. propt. nupt. & ibi Panor. Bal. cōsil. cxviij. iiij. uol. nec tenetur reseruare eam filijs primi matrimonij. l. si liberis. & l. si parentē. & ibi gl. Bal. & omnes. C. de donat. propter nupt. unde sequitur quod testator potuit de ea disponere, & in ea constituere usumfructū. Et ex his satis factū est primo quæsito. Tamē ut magis instruam ipsum dñm consulentem, qui est meus amicißimus, mihi uidetur quòd inuestigatio huius primi quæsiti sit inutilis quo ad casum nostrū: quod sic ostendo. Est cōmunis theorica omniū Doct. in Auth. hoc locū. C. si secundo nups. mul. & in l. Titia. §. fi. ff. de leg. ij. quā omnes consulendo sequuntur in infinitis locis, quę nō refero, quia res non
habet dubitationē, quòd legatū usufru- 3
ctus omniū bonorū, factū uxori institutis filijs, ex consuetudine curiæ restringitur, ut uxor debeat habere alimēta tantū, & pręeminentiā in domo, ut declarat Bart. in d. §. fi. & Bal. in d. Auth. hoc locū. quod procedit etiā si filij sint diuersi matrimonij, ut cōcludit Ioan. de Mōtespere. in l. fi. C. de indi. uidui. toll. quem sequitur Capra cōsil. lxxij. col. iij. reprobato Baldo in d. Authen. hoc locū. prope fi. Cum ergo d. Bernardinus habeat alia bona unde poßit optimè præstare alimēta, nō debemus quærere an uxor poßit usufructuare super illis bonis supradotalib. quorū summa parua esse debet. Circa secundū, clarū est ꝙd
d. uxor potest repetere dotē suam, & nihi- 4
lominus adhuc postea usufructuare, ut pulchrè cōcludit d. Capra d. consil. lxxij. col. iiij. An autē d. uxor poßit cedere usufructui respectu partis d. Bernardini, res nō habet dubitationē: potest enim quisq; fauori suo renunciare. l. pen. C. de pact. Præterea si uellet d. uxor, posset uel non stando cū filijs, ut testator iussit, uel transeundo ad secunda uota amittere totum d. usumfructū, ergo & partem. arg. l. quę de tota. ff. de rei uēd. Maior esset difficultas, si d. uxor nollet manere cum d. Bernardino, & tamen uellet ut daret sibi partē ali-

mentorum: nam tunc uideret dicendum quòd nõ posset, quia testator reliquit eam usufructuariã si cũ liberis moraret: ideo nõ morando uidetur deficere conditio. l. illis libertis. ff. de cond. & demonst. quod procederet etiam si simpliciter reliquisset eam usufructuariã: nam tunc debet percipere usumfructũ in domo, & cum hæredibus mariti, ut concludit Capra d. consil. col. iij. His tamen nõ obstantibus, ut satisfaciã amico, etiã de hoc non requisitus, credo d. uxorem posse se separare à d. Bernardino, & ab eo nihilominus cõsequi dimidiam alimentorũ. Nec obstant s̃ dicta, quòd teneatur stare cum liberis: quoniã illud procedit & limitat per Doct. si cõmodè & securè fieri potest, aliàs non. Et ideo Iacob. de Aren. per tex. in l. si disceptetur. ff. ubi pupill. educ. debeat. dixit nouercã nõ cogi stare cum priuigno, propter odiũ quod communiter solet esse inter eos: & hoc ibi sequitur Alberic. de Rosa. & in terminis nostris Bal. in d. Auth. hoc locum. prope fi. & in l. si ea. C. de cond. insert. adducendo illud dictum Iacobi de Arena.

Ad tertiũ, quo quęrit: Quidam decessit relicto filio & filia, & uxore: decessit filius,
6 mater transiuit ad secunda uota, quomodo succedat in bonis huius filij, per sororem utrinq; cõiunctam & per matrẽ. Ad cognitionẽ huius quæstionis sciendũ est, diuersa iura extare circa successionẽ matrum quę transiuerũt ad secũdas nuptias, ut per Cyn. in Auth. ex testamento. C. de secund. nupt. Primũ est ius l. mater. C. ad Tertul. & l. fœminę. §. fi. C. de secun. nup. per quod disponit, quòd si mater nõ contrahat secundas nuptias & succedat filio, retineat pleno iure bona filij, id est, quo ad proprietatẽ & usumfructũ. Si uerò cõ-
7 trahat, in bonis aliũde quęsitis filio habebit plenũ ius, in bonis uerò paternis filio obuentis, solũ usumfructũ: proprietas uerò applicat fratri uel sorori defuncti: nisi iam cõtraxisset tempore quo filius decessit, quia tunc nõ habita distinctione patrimoniorũ, mater solũ in usufructu quoad uiuit succedit: uel secũdum aliã opinionẽ etiam in plena proprietate, ut not. gl. in d. §. fin. in fi. Et ratio differentiæ, siue antè siue pòst nubat, ponitur per Paul. de Cast. in d. l. mater. Nec fit differẽtia hoc iure an succederet mater ex testamento, uel ab intestato. Secundum ius est per §. cum igitur. uers. nequaq;. ubi expresse corrigitur d. l. mater. & d. §. fi. in omnib. quare secundum hoc ius siue nubat mater siue nõ, siue antèq; succedat uel pòst, siue ex testamẽto siue ab intestato, habebit omnia bona indistinctè & pleno iure. Tertiũ ius est per §. hinc nos. in Auth. de nupt. unde sumpta est Auth. ex testamento. C. de secund. nupt. quo dispositũ est matrẽ ex testamento filio succedere indistinctè tanq; quemlibet extraneũ institutũ: ab intestato aũt siue ante mortẽ filij nubat siue post, in bonis paternis habet usumfructũ: in alijs extrinsecus quæsitis plenũ ius. Verũ uident omĩa s̃ dicta corrigi per §. cõsequẽs. in Auth. de hæredib. ab intest. ueniẽt. ubi indistinctè mater succedit filio unà cũ fratre uel sorore. Tamen respondet quòd ille §. loquitur quãdo mater nõ transit ad secunda uota: nam tunc uerum est matrẽ indistinctè admitti. ita notat gl. in d. l. mater. & uult text. in Auth. defuncto. C. ad Tertull. in fi. qui sumit ex d. §. cõsequens. & dicit illum tex. nõ habere locum ubi fit mentio secundarũ nuptiarũ. & ita tenet ibi gl. & Sali. in apostill. ad tex. Potest itaq; cõcludi, in casu nostro esse succedendum secundum formã §. hinc nos. in Auth. de nupt. Nec obstat si fortasse adducat Authen. & cum solis. & in corpore unde sumitur, C. ad Tertull. ubi dicitur indistinctè matrem pariter succedere cum fratri- 8
bus: sed fratres etiam succedũt in proprietate, ergo nõ debet dici quòd solùm succedat in usufructu in bonis paternis. quia respondeo, quòd Auth. & cum solis. loquit regulariter, sed §. hinc nos. specialiter, ut not. gl. in d. Auth. & cũ solis. & ibi Cyn. & gl. in §. & quoniã mater. in uerb. in uirilẽ. in Authen. de nupt. Et quòd mater in bonis paternis habeat tantũ usumfructum cum transiuit ad secundas nuptias, tenet Alex. in l. ij. §. patronũ. ff. de in ius uocan. i. col. Ang. de Aret. in §. præferunt. col. iij. Instit. de senatuscons. Tertull. & Bal. consil. iiij. uol. ij. Paul. de Cast. consil. cxcix. uolum. secundo.

Bellonus, Papiæ.

Con-

1 *Contemptor mandatorum Principis, non potest puniri per iudicem ordinariũ, sed est remittendus ad Principem.*
2 *Hæreticum est negare Imperatorem non esse dominũ totius mundi.*
3 *Seditiosus quis dicatur.*
4 *Seditiosus qua pœna puniatur.*
5 *Crimen læsæ Maiestatis contra quas ciuitates dicatur cõmitti.*
6 *Testes singulares admittuntur ad comprobandum conspirationes.*
7 *Tyrannus quis dicatur, & qua pœna puniatur.*
8 *Affectus punitur, licet non sequatur effectus, in crimine læsæ Maiestatis.*
9 *Literas accipiens uel mittens ad hostes, incidit in crimen læsæ Maiestatis.*
10 *Clandestinitas facit præsumi actum etiam ex se licitum, fraudulentum.*
11 *Iudex debet facilè admittere tormenta in maleficijs clandestinis.*
12 *Iudicem cogens ferre sententiã, tenetur lege iudiciaria, cuius pœna est ut ibi.*
13 *Officialis qui conuertit pecuniam publicam in suos usus, qua pœna puniatur.*
14 *Pecuniæ publicæ occupator tenetur furti.*
15 *Lege Iulia de annona tenetur, qui operam dat ut uictualia carius uendantur.*

Consil. XXXII.

DEO optimo maximo autore. Resoluendo plura dubia quæ opponuntur contra reum accusatum, quòd multa commiserit in Cæsaream Maiestatem, & suam ciuitatem; primo, quòd contempserit mandata Cæsaris, & curauerit ut ab eis appellaretur; nam hoc casu etiam iudex ordinarius nõ posset imponere aliquam pœnam, sed est
1 remittendus ad ipsum principem, qui secundum qualitatem delicti eum puniat, ut uoluit Bartolus in l.i.circa finem.C.de thesaur.lib.x.ubi Angelus in addit.& dicit perpetuò notandum Ioan.Baptista de sancto Seuerino in l.cunctos populos.C. de summa trinit.& fid.cathol.num.28.inquiens, quòd cõtemptor mandati à superiore non semper debet puniri pœna capitis uel confiscationis, nisi sit hoc iure expressum; sed est recurrendũ ad mandantem, qui æstimet qua pœna puniri debeat. Et dum dicebat idem accusatus, Cæsarem existentem extra Imperium, nõ potuisse ea mandata facere, est censendus hæreticus, ut uult Bartolus in l.hostes.ff.de captiuis. dicens hæreticum esse, negare 2
quòd Imperator non sit dominus totius mundi. Secundo accusatur, quòd lætaretur si quid mali & aduersi contigisset Cæsari, eum deliberatè nominando cum contemptu; & etiam hoc casu nulla est pœna certa contra similes, nec posset quis iudex eum punire, sed est remittendus ad Cæsarem, ut l.unica.C.si quis Imperat.maledix.& ibi Bartol.& Hostieñ.in rubr.extra de maledicis, & Ioan.de Ana.eod.tit. in c.i.col.iiij. Tertio dicitur, prædictum accusatum & præsentem & absentem mediantibus quibusdam suis complicibus, qui etiam fuerunt puniti, sæpe & sæpius populum aduersus rempublicam concitasse, unde seditiosus sit, cum nihil aliud sit seditio quàm seorsum itio; & seditiosi 3
dicuntur qui in diuersum uadunt, & secum alios trahunt, ut per Archidia. Ioan. Andr. Gemin. in c.decet.col.ij. uersic. qualiter fiat seditio, de immunit.eccles.in vi. & propter hanc seditionem & tumultum causatũ in populo, incidit in crimen læsæ Maiestatis.l.i.in fin.ff.ad l.Iul.maiestat.not.Ioan.And.in c.ij.de immun.eccles.lib.vi.Brunus consil.lxix.col.ij.in fi. Decius in l.non est singulis.in fin.ff.de reg.iur. Et licet gl.in d.l.i.in uerbo, in urbe, sentiat crimen læsæ Maiestatis dici tantùm in eo, qui commisit contra ciuitatem Romanam, super quo maximè Doctores nostri in consilijs se torquent, hæc disputatio nihil facit in proposito nostro; nam quamuis non ueniret puniendus dictus accusatus ex crimine læsæ Maiestatis, saltem puniretur ex tit.C.de seditiosis, & ijs qui plebem contra rempublicam audent colligere, ut per Angel.in d.l.i.ff.ad l.Iul.maiest. cuius pœna est pro qualitate per- 4
sonæ, uel capitis amputatio, uel furca suspendi, uel deportatio, id est, ciuitatis amissio cum bonorum cõfiscatione, ut notatur in l.i.& ij.C.de seditiosis.per gl.Angel.& alios. Et de istis seditiosis gl.ponit exemplum in l.capitalium.§.solent quidam, in uerb.accommodatur.in Bergolo Pisano, & Iosepho Bononiense decurione, qui aduersus quietem ciuitatũ suarum

sæpe populũ cõcitauerũt. Et crimẽ istud in casu nostro augetur, quòd cõcitauerit aliquam partem populi, medio uxoris & amicorũ suorũ, ad effectũ trucidandi partem ex principibus & decurionib. ciuita-
5 tis suæ. Et quãuis crimen læsæ maiestatis propriè dicatur in nõ recognoscentib. superiorem, & fortè idem dici posset de sua ciuitate, quod tamen nõ affirmo, tamẽ in alijs inferioribus est crimen læsæ maiestatis largè, & ita potest appellari quasi læsæ maiestatis: in quam cum incurrerit etiam ex hoc capite dictus accusatus, pœna erit amissio iurium propriæ patriæ, & bonorum cõfiscatio, uel secundum alios etiam capitis, ut per Brunũ consil. xxviij. col. ij.
6 Et ad probandas has cõcitationes & conspirationes, quia nõ possunt perfici ex uno actu, sed ex diuersis, admittẽtur testes singulares super diuersis actibus, ut pulchrè notat Petr. de Anch. consil. cclxxviij. incip. ex prædicta. col. iij. refert & sequit̃ Marsil. consil. i. col. vi. Quarto accusatur d. reus quòd tyrannidem affectauerit, ita ut multa pro imperio gereret, & omnib. esset formidolosus, quo fit ut tyrannus di-
7 ci posit. Nam tyrãnus propriè est, qui in cõmuni repub. & ciuitate non iure dominatur, ad similitudinẽ principum qui occupant regna aliena, ut per Bar. in suo tractatu de tyranno, & Socin. consil. xxij. incip. sequendo, col. ij. Vnde in crimẽ læsæ maiestatis incidit. d. l. i. ff. ad l. Iul. maiest. l. fallaciter, cum gl. C. de abolit. & latè defendit Soci. d. consil. xxij. uel saltem in crimen quasi læsæ maiestatis & seditionis, secundũ alios, de quo tamen nõ curo, quoniam grauis pœna ex quocunq; capite sequitur, ut ꝗ proximè dixi. Bar. tamen in d. tractatu de tyranno, in vi. q. tenet, quòd si quis gerat se pro rectore sine aliquo titulo in repub. cõmuni, quòd talis est tyrannus, & incidit in crimen læsæ maiestatis. Et ꝗ̃uis d. accusatus non potuerit assequi dictam tyrannidem, satis est eum uenisse ad actus exteriores tendentes ad tyranni-
8 dem: nam in crimine læsæ maiestatis, & in istis atrociorib. delictis punit̃ conatus & affectus, licet non sequatur effectus. Bal. in l. si quis nõ dicam. C. de epis. & cler. & in l. si fugitiui. C. de ser. fugit. Marsil. in l. is qui cum telo. C. ad l. Cornel. de sicar.

Calcan. consil. ij. col. xvij. dubita. iiij. qui non posset melius loqui in proposito nostro. Nam inquit, quòd licet ex consuetudine Italiæ non puniatur affectus, nisi sequatur effectus, hęc tamẽ consuetudo nõ habet locum in crimine læsæ maiestatis, & in ciue oppugnãte patriam suam. Ideo infert, quòd tentans dare unum castrũ alteri, & illud subijcere alienę iurisdictioni, licet id nõ posit facere, debet puniri. Idẽ uult Ang. notab. in l. i. §. hæc autẽ uerba. ff. quod quisq; iuris. & ibi cõmuniter Dd. Quinto adducitur contra d. accusatum, quòd tempore hostilitatis inter Cæsarem & regem Francorum, accipiebat clàm & occultè maximas pensiones à Rege, ut traheret & retineret ciues suos in fauorem ipsius Regis. Item quòd accipiebat & alloquebatur nuncios regios clandestinè. Ex quibus causis incidit propriè in crimẽ læsæ maiestatis, ut in d. l. i. ad l. Iul. maiest. ubi text. de mittente nuncios & literas ad hostes. Et eadem est ratio in recipiente, ut ibi not. Ang. & tex. in l. iij. eo. tit. ubi quilibet opem pręstans hosti, capite punitur. & ibi etiam not. Ang. Grauatur autẽ plurimum opinio d. accusati quòd in malam partem illam pecuniam acciperet, ex eo quòd clàm ista faciebat, & ideo nullo modo se excusare posset, quòd esset sibi licitũ accipere illas pensiones. Nam actus quãtumcunq; ex se licitus, si fiat clàm, habet in se præsumptionem fraudis & doli. Salic. in l. inciuile. in fin. C. de furt. Et ideo dicebat Cepoll. consil. xxvi. incip. magnifice. iij. col. quòd emens clàm, præsumitur fur. Et Abb. in c. de hoc. de celebrat. miss. & in c. cum quidam. de iureiurand. quòd professus contrahens matrimoniũ clàm, est censendus hæreticus; secus si palàm, quia præsumitur errore & ignorantia id fecisse. Et Imol. in l. post cõtractum. ff. de donat. dicebat quòd clandestinitas est maxima præsumptio simulationis. & plura in proposito congerit Marsil. in rubr. ff. ad l. Cornel. de sicar. Et in istis maleficijs clandestinis, ex quo nõ facilè possunt probari, iudex debet esse facilior ad tormenta. Bald. in l. iij. C. de episc. audien. Alex. consil. lxij. incip. in causa accusat. col. ij. uol. iij. Et eadem ratione admittũtur probationes quæ aliàs non admitterent̃. Bar. in l.

in l.si quis ex argentarijs.§.prætor. ubi alij.ff.de edendo.Alex.cõsil.liij.incip.uiso themate.ij.uolu.& consil.lxix.incip.uisa facti.eod.uol.ubi latius. Sexto redarguitur dictus accusatus de mala administratione, dum fuit decurio, & in dignitate, quòd procurauerit & cum effectu effecerit ut iudices ad sui arbitrium sentẽtias ferrent: ad quod faciunt quæ dicta sunt s

12 de tyrannide,& in specie tenetur lege iudiciaria,ad instar legis Iuliæ de ambitu. ff. ad l.Iuliam de ambitu.l.i. in fi. cuius pœna est centum aureorum quoties id fecerit,ut ibi habetur.Et dicit notandũ Ang. Instit.de publi.iudi.§.sunt præterea.contra istos ciues qui malitiose quotidie sunt apud iudices,& eos infestant, ut habeant sententiam modo suo. Septimo dicitur eum exportasse lapides ex mœnib.& muris ciuitatis ad ornandum domũ suam:& hoc casu in ciuitate Romana teneretur lege Iulia peculatus.l.lege Iulia.in fi.ff.ad l.Iul.pecul. sed in alia ciuitate tenetur furti.gl.in d.l.lege Iulia.in fin.& est text.in l. ob pecuniam. ff. de furt. sequitur Angel. in l.unica.C.de crimine pecul. Item est etiam pœna capitis.§.sanctæ. Instit. de rerum diuis.& ibi Angel. de Aret. & alij. Hoc tamen ultimum non affirmo, quia procedit tantũ in ciuitate Romana ut puniatur capite, in alijs autẽ ciuitatibus punietur extraordinariè pœna arbitraria, ut per gl.& Bart.in l.sacra.§.si quis uiolaue. ff. de rerum diuis.& ibi Guilhel. Angel. in d.§.sanctę. Pœna autem furti in hoc casu erit quadrupli,ut per Ang.in d.§. item lex Iulia pecula.& ibi Ioan.de Plat. Octauo accusatur, quòd uirtute quorundam mandatorum acceperit pecuniam publicam à thesaurario, nec rationem reddiderit, & eam in suos usus conuerterit, cum

13 & ipse officialis esset: unde dubitatur an teneatur l. Iulia de peculatu, uel de residuis. Et circa hoc caput est aduertendũ, ne æquiuocemus in terminis, quoniam teneri non potest de peculatu: nam de peculatu tenetur qui subtrahit pecuniã publicam,quæ non erat suo periculo, id est, cuius non tenebatur reddere rationem, puta quando non erat officialis. l.sacrilegi.§.peculatum.ff.ad l.Iul.peculat.& ibi Bartol.Tenebitur itaque de residuis,quę lex habet locum in officiali, cui fuit data pecunia eroganda per rempublicam, & illam in parte uel in totum retinet. & ita constituendo differentiam concludunt, Bart. in d.§.peculatum. Ang. C. eod.tit. l.unica. Ioan.de Plat. in d. §. item lex Iulia pecula.& in §.sunt præterea.col.v. Instit. de publi. iudi. & ibi Angel. de Aret. in fin.& est casus in l.ij.& l.iiij. §. lege Iulia de residuis. uers.sed & quia. illo tit. ad l.Iuliam pecul.Pœna autem nõ est capitalis,ut uult tex.in d.§.sunt præterea.sed est triplum eius quod debetur,id est,quadruplum in totum,ut d.uers.sed & qui.& ibi gl.& gl.in d. §.sunt præterea. & Ioan. de Plat.in d.§.item lege Iulia. Bart.in l.sacrilegij. §. is autem. ff. eod. tit. Non omitto quòd Angel.in d.l.unica.C.ad l. Iul.pecul.dixit tales teneri furti, cum nõ sumus 14

in officialibus ciuitatis Romanæ, & dixi etiã suprà: sed fortè decipitur, quia gl.in d. l. unica. loquitur respectu peculatus. quicquid tamẽ sit, in nostro proposito nihil refert,quia siue de residuis siue furti teneatur, erit semper in quadruplum condemnandus, siue clàm siue palàm pecuniam in suos usus cõuerterit, cum iam pecunia esset apud thesaurarium, & incorporata fisco ciuitatis,ut per Bartol.in d.§. is autem. Angel. in d. §. item lex Iulia peculatus. Nono dicitur, quòd multis improbis modis faceret ut frumẽta & uictualia cariora uenderentur,dum ipse esset decurio,& sua propria ad hunc effectũ contractabat: unde tenetũ lege Iulia de annona,ut toto tit.ff.ad l.Iul.de annona.cuius pœna est uiginti aureorum.l.ij.ff.eod.tit. 15

& corporalis extraordinaria.l.annonam. C.de extraord.crimin.Ioan.de Plat.in d. §.sunt præterea.col.iiij.

Bellonus. Dolæ.

1 *Feudum quomodo cognoscatur an sit antiquũ uel nouũ.*
2 *Feudum hæreditariũ quomodo cognoscatur à feudo ex pacto & prouidentia.*
3 *Feudum antiquum non potest in totum uel in parte alterari.*
4 *Feudum ex pacto & prouidentia potest retineri per hæredem quamuis repudiauerit hæreditatem.*
5 *Verba illa, quicquid facere uoluerit, in concessione feudi quomodo intelligantur.*
6 *Primogenitura an possit alienari in agnatũ remotiorem*

in præiudicium proximorum.

7 *Cōsuetudo quòd feuda poßint alienari quomodo ueniat intelligenda.*

8 *Imp. quomodo poßit præiudicare in materia feudali.*

9 *Feudū nouū quādo dicatur, & quomodo poßit alienari.*

10 *Stipulari quando quis poßit alteri in feudis.*

Consilium XXXIII.

DEO opt. max. autore. Circa instructionē quę petitur, prǣmitto inprimis quòd feudum de quo agitur, est antiquū, cum acquisitū fuerit ab

1 ascendente, & iam per aliquot manus ambulauerit, ut per Curt. iun. in tract. feud. in prima part. viij. q. Iacobi. de S. Georg. in sua inuestitura feudali, in uerb. in feudum, col. i. Deci. consil. ccviij. nu. 9. & cccxcv. & alibi sæpe. Et in dubio etiam præsumitur antiquum, idem Deci. consil. cclxix. nu. 5. Appello autē antiquū hoc feudum, id est, nō nouum: licet potius appelaretur paternū, ut habet̄ in locis ſ alleg.

2 Secundo præmitto, quòd licet posset dubitari, an hoc feudum esset hęreditarium, propter uerbum successorib. insertū in inuestitura, quod idem operatur quod uerbum hæredib. Alex. consil. xliiij. uiso themate, in prin. i. uol. & Brun. consil. xviij. iiij. col. Rubeus consil. clxiiij. in iij. dubio. Curt. iun. consil. clxiiij. nu. 10. & propter uerbū quibuscunq;. Deci. consil. clxxxv. col. i. in fi. tamen cum dictū sit, pro masculis, licet aliqui tenuerint contrariū, cōmunis est opinio quòd feudum sit nō hæreditariū, sed ex pacto & prouidentia. Deci. d. consil. clxxxv. & cōsil. cccxcv. Ant. Rub. cons. cx. uisis. & cōsil. xviij. uideret̄. Curt. iun. cōsil. clxxi. nu. 6. Et in tali feudo succeditur primo inuestito, unde potest quis repudiare hæreditatē ultimi decedentis, & nihilominus feudum retinere, ut habet̄ late in d. cōsilijs. Nec potest tale feudū alienari nō consentientib. agnatis, & si fuerit alienatū potest reuocari, ut ibi habetur, et Deci. consil. ccviij. col. iij. & hoc etiā cum consensu principis & dñi. Brun. latè consil. lxxx. col. i. Et quemadmodū in totū, ita nec in parte alterari potest feudū antiquū, sed tenor primæ inuestituræ est seruādus ad unguem. Curt. iun. consil. clxxxi. nu. 3. & consil. cviij. nu. 18. Deci. consil. cxciij. & alibi sæpe. Ex hoc infertur, nō potuisse constitui primogenituram à dño Bernardino Boba, in præiudicium aliorum filiorum quibus erat ius quæsitū ex prima inuestitura. Est uerum quòd forte posset sustineri ex duobus, Primo, quia alij filij ratificarūt & consenserūt tali constitutioni, & promiserūt illam seruare cum promissione in forma, ut habetur in transactione, de qua in actis: unde licet de iure constitui nō potuisset, tamen seruaret̄ uirtute talis promissionis, ut in terminis uoluit Iacob. in d. inuestitura, in uerb. & cū pacto. col. x. Hoc tamen procederet in ipsis alijs fratribus: sed quo ad descendētes & filios ipsorū fratrum hoc nō esset perpetuò tutum, puta quādo nollent esse hæredes pa-

tris: nam cum feudum sit ex pacto & pro- 4

uidentia, possent acceptare feudum & omittere hęreditatem saltem facto inuentario, ut in consilijs ſ dictis. & Iacob. in loco ubi ſ, loquitur quādo filius hæres esset patris. Secundo posset sustineri, quoniā in prima inuestitura est datum feudū ad habendum, tenendum &c. & quicquid placuerit perpetuò faciendū: unde uidetur quòd d. Bernardinus potuerit ex facultate sibi data conferre totū illud feudum in primogenitū, maximè accedente licentia & autoritate principis, cum clausulis opportunis, ut in actis. Sed nec istud placet,

quia illa uerba, quicquid facere uoluerit, 5

intelligunt̄ secundum naturā feudorū, ut in terminis dixit Signor. consil. x. & Ant. Rub. consil. cx. Nec consensus principis opitularet̄, cum uix hoc sustineat̄ in Imperatore & rege Franciæ, ut ī dicam. Crederem tamen sustineri d. primogeniturā, quia hęreditas aliorū fratrum est opulenta, quā ita de facili filij nō repudiarent: unde acceptata hæreditate, tenerent̄ seruare pactum & promissionem defuncti, ut per Iacob. ubi ſ. col. x. Stāte modò hac primo-

genitura, quæritur an sit dare modū, quo 6

primogenitura posit alienari in agnatū remotiorem, titulo oneroso, in præiudicium proximorum agnatorum. Et cum istud sit feudum antiquum, ut suprà dixi, non uidetur quòd saltē posit irreuocabiliter alienari, quin agnati proximiores reuocare

uocare posſint. & ultra ſ. dicta ita tenet Iacob.in d.inueſtitura,in uerbo,& cum pacto. col.ix. Sed quòd posſit alienari,facit conſuetudo quæ eſt in patria,ut feuda antiqua facta oblatione agnatis alienari poſſint. Verũ adhuc ſubſiſto, quòd talis conſuetudo nobis nõ ſeruiat ut alienari poſ-

7 ſit, quoniã conſuetudo eſt ſtricti iuris, & proprios terminos nõ excedit,& tantum habet de potẽtia quantũ de uſu: unde eſſet neceſſe probare quòd talis cõſuetudo etiã obſeruaretur in feudo primogenituræ, ut in propoſito tradit Curt.iun.cõſ.clxxi. col.ij.& conſil.xxvi.col.fi.loquens de cõſuetudine Mantuana. Sed nõ puto talem cõſuetudinẽ probari poſſe,quia etiã cum difficultate probaretur ſimplex conſuetudo.Ideo uidetur per indirectũ dici poſſe dari modum,ſcilicet ut alienans hanc primogenituram obliget ſe & ſucceſſores ſuos in ampliſsima forma,ad obſeruantiã talis alienationis. & iſte eſt bonus modus ſi hæres uellet habere hæreditatẽ. Sed fingamus quòd nollet hæreditatẽ,certè cum ſimus in feudo, ex pacto & prouidentia poſſet acceptare feudũ quod cenſetur habere à primo acquiſitore,& omittere hæreditatẽ alienantis,quo caſu nõ teneretur ad obſeruantiã promiſſorũ per defunctũ, ut dixi pluries ſ.,maximè allegando conſilia Decij, quib. potes addere deciſ. Neapol. cxij.Propterea nõ laudarem abſolutè huiuſmodi contractũ,niſi cũ interuentu Ducis & Cæſareæ Maieſtatis, maximè cũ de

8 facili haberi poſsint;ſiquidẽ poteſt Imperator in materia feudali prẹiudicare agnatis quibus ſpe tantũ debetur feudũ,maximè ubi adſit etiã cõſuetudo alienandi, de qua ſ. & ad hoc faciunt plura tradita per Dd.in diuerſis conſilijs,ut per Dec.cõſil. cclxix.& conſil.ccccxlviij. Curt.iun.conſil.cxxxviij. & conſil.primo,per tot. Brunus conſil.i.cum multis ſeq. Aduertendũ tamen erit diligenter ad formã uerborũ, quãdo Imperator cõcedet & approbabit licentiã alienandi, de qua per Deci.d.conſil.cclxix. Vlterius aduertendũ eſt,quòd licet ſ. cõcluſerim hoc feudũ eſſe antiquũ, id poteſt procedere reſpectu primæ inueſtiturẹ.Sed poſt cõſtitutã primogeniturã dicendũ eſt hoc feudũ cenſeri nouũ;quoniam certiſsimum eſt in iure, quòd noua qualitas adiecta feudo, facit illud nouum 9

cẽſeri: at in caſu noſtro fuit adiecta multũ noua qualitas, ſcilicet quòd feudũ antea diuiſibile,eſt factũ per primogeniturã indiuiſibile.& ita in fortiorib.terminis conſuluit Bald.conſil.cxvij.i.uol.uerba inueſtit.quẽ latè ſequitur Bolog.conſil.i.col.iiij. & ſeq.& idem tradit Math.de Afflictis d. deciſ.cxij.col.ij.& deciſ.cclviij.col.ij.Poſito itaq; quòd feudũ ſit nouum, facilius quis poteſt illud alienare & præiudicare agnatis. Alex.conſil.xxviij.v.uol.col.i.cũ in eo nõ ſuccedant agnati, licet in caſu noſtro illis fuerit prouiſum per ſtipulationẽ adiectã in primogenitura. Tale ius ergo ex illa ſtipulatione ſola cõpetens, poterit etiã cum cõſenſu ſolũ directi dñi tolli, cũ feudum ſit nouũ,& tanto magis ſi acceſſerit autoritas Imperatoris,iuxta ſ. dicta,maximè cum etiam maxima ſit altercatio inter Dd. an quis poſsit ſtipulari agnato in 10

feudis,de quo per Curt.in ſuo tract.feud. in ij. part. iij. dubita. & articulus eſt dubius, ut ibi per eum. & conſil.lv. pro habenda.col.i.Iacobi. de S. Georg.in inueſtitura feudali,in uerb.nobiles.

Bellonus. Papiæ.

1 *Vxor repetens dotem conſtante matrimonio, quæ teneatur probare.*

2 *Gl.in l.cum de lege. ff. de probatio. quomodo ſit intelligenda.*

3 *Excuſsio mariti eſt neceſſaria antequam mulier agat contra tertios poſſeſſores.*

4 *Excuſsio nõ requiritur quando notorium eſt debitorem non eſſe ſoluendo.*

5 *Excuſsio non requiritur quando intentatur remedium l. fin.C.de acquir.poſſeſſ.*

6 *Conſtituto innitens, probare debet conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe.*

7 *Remediũ l.fin.C.de acquir.poſſeſſ. an habeat locũ quando res uenditur & alteri traditur.*

8 *Excuſsio an habeat locum quando intentatum eſt interdictum Saluianum.*

9 *Saluianum interdictum auocat poſſeſsionem ſuam, non alienam.*

Conſilium
XXXIIII.

DEO opt. max. autore. Viſis fundamẽtis utriuſq; partis exiſtimo cõcludendũ, cũ regulariter

constante matrimonio dos repeti nō possit, nō uideri quòd D. Margarita uxor d. Iacobi Dichi possit repetere dotem suã, eo prætextu quòd eius maritus uergat ad inopiam, per remedium l. si constante. ff.
1 sol. matr. cum simil. quia nō sunt probata ea quæ requirunt̃ ut mulier tali casu agere possit. Nam licet quando agitur cōtra maritũ, sufficiat esse uulgi opinionẽ maritum uergere ad inopiã, & malè uti substãtia sua, tamen quando agitur cōtra tertios possessores, ex quo paratur maximũ præiudiciũ possessoribus, requirit̃ plena probatio, ut uult Bart. d. l. si cōstante. in iij. q. i. partis. Nec dicatur esse plenè probatum de inopia, propter dationem in solutũ factam mercatorib. Mediolanensib. & propter debitum quod habet D. Iacobus uersus Ioannem de Valentia, quia respondetur dictũ D. Iacobum habere amplissimũ patrimoniũ, & alia plura bona quæ sufficiant ad hæc omnia, & eo plus. Et si replicaret̃, satis esse quòd dictus D. Iacobus dicat nulla alia esse bona, & qui uult dicere
2 contrariũ, probet, iuxta gl. in l. cum de lege. ff. de proba. ut uidetur etiã in terminis nostris uoluisse Bart. in d. l. si cōstante. in i. q. & ibi Doct. Primo respondetur, illam gl. debere intelligi quando ille qui allegat nulla alia esse bona, habebat præsumptionem pro se, puta confectionem inuentarij: sed in casu nostro nulla adest præsumptio, & ita respondet Alex. Ias. & alij moder. in d. l. si constante. Secundo dicitur, quòd agentes ex parte mercatorum offerunt se paratos docere & probare alia bona extare, quæ sufficiant ad dotem d. Margaritæ, quatenus ad hoc tenerentur. Verùm posito & nō concesso quòd simus in casu quo dña Margarita possit repetere dotẽ suam constante matrimonio, dicitur quòd si uult agere contra mercatores tertios possessores, in primis requirit̃ excus-
3 sio mariti principalis debitoris, sicuti regulariter fit. Auth. hoc si debitor. C. de pigno. & in corpore unde sumitur, ut in terminis nostris uoluit gl. in l. ubi adhuc. C. de iur. dot. Bart. d. l. si constante. in ij. q. iij. quæst. principal. sequuntur ibi Doct. & Ias. testatur cōmunem. Ad istud duo obijciuntur per aduersarios. Primo, quòd notorium est dictum Iacobum non esse

soluendo, & ideo non requiratur aliqua 4 excussio. Bart. & Doct. in l. decem. ff. de uerb. oblig. & in l. fin. ff. si cert. pet. Sed ad hoc respōdetur, quòd requiritur ut sit notorium, adeò quòd omnibus constet: nec sufficit simpliciter si tale notoriũ alleget̃, imò requiritur quòd probetur, & sententia declaratoria super eo ferat̃, ut not. declarat Deci. plura deducendo in d. l. final. in iij. col. Negusan. in tract. de pignor. prima part. octauæ part. nu. 19. 20. & habetur etiam d. l. decem. Secūdo obijcitur, quòd licet quando intentatur hypothecaria cōtra tertios possessores, requiratur excussio, Auth. hoc si debitor. C. de pig. tamen quando intentatur remedium l. fin. C. de 5 acquir. possess. uirtute cōstituti, tunc nulla requiritur excussio. Iacob. But. & Angel. d. l. fi. Imol. Alex. & omnes in l. exitus. ff. de acquir. possess. Deci. d. l. final. si cert. petat. col. iiij. cum alijs per eum allegatis. Pract. Papieñ. in forma libelli respon. in actione hypothecaria, in uerb. exceptionem, qui ponit rationem diuersitatis, scilicet quia per hypothecariã auocatur possessio aliena, at per l. fin. quando adest cōstitutum, quis auocat possessionẽ suam. Ad hoc respondetur, suprà dictam cōclusionem ueram esse, sed requiri ut pars aduersa probet eum qui cōstituit, tempore constituti possedisse, quod nō est factum in casu nostro: ista enim est qualitas constituti, quòd si quis se uult constituto iuuare, probet constituentem tempore con- 6 stituti possedisse, ut traditur passim per Doct. & in terminis nostris uoluit Alex. in d. l. exitus. in fin. Negusan. in d. tract. loco suprà allegato. num. 23. Secundo respondetur, remedium d. l. fin. non procedere isto casu. Ratio est, quia licet illa l. final. habeat locum quando res relinqui- 7 tur, & deseritur ab eo qui nostro nomine possidet, tamen nō procedit quando uendidit & alteri tradidit, ut uoluerūt aliqui, quorũ sententia est cōmunis, ut per Crotum in l. si is qui pro emptore. num. 100. cum seq. ff. de usucapio. Sed hic fuit facta datio in solutum, & factum iudicis censetur & reputatur factum partis. l. si ob causam. C. de euict. At hæc responsio non satisfacit, quia Crotus decipitur, nam l. fin. habet locum etiam quando res fuit alienata

No. b. mãm excusionis aliq. garentia et ubi et in quibus casibus requirat et ubi non pulcra hic vide

nata & tradita: & in his terminis loquuntur Doct. in d. l. exitus. & ita uult etiam Negusan. in d. tract. in primo membro sextæ partis, num. 51. Alex. consil. lxxxv. in prin. vi. uol. moderni in rub. ff. de interd. qui dicũt hanc opinionem esse receptam in iudicijs & in scholis. Nõ omitto etiam quòd ad euitandam illam opinionẽ, quã dicebat cõmunem Crotus, aliqui respondebant non modò esse intentatã l. fin. sed Saluianũ interdictũ, per clausulam, Om-
8 ni meliori modo, quo casu etiam non habet locum excusio. Soci. consil. lxxx. iij. uol. col. ij. & tũc nõ procedet d. cõmunis opinio Croti. Sed ego existimo Soci. errare: quoniã quando adest constitutum, nõ potest habere locũ Saluianũ interdictũ, cum per constitutũ sit translata possessio, & Saluianũ interdictũ sit adipiscẽdæ possessionis, ut tradit̃ per Sali. & alios in rub. C. de Saluia. interd. & ita in terminis uult Salic. in l. i. C. de Salui. interd. in vi. q. Est igitur necessariũ remedium l. fi. C. de acquir. poss. Et ad hoc facit, quia cessat ratio quę ponitur per Pract. Papieñ. ubi suprà,
9 cum, ut dixi proximè, Saluianum auocet possessionẽ alienam, non suam: & Doct. in d. §. item Seruiana. Instit. de actio. & in d. l. i. C. de Salui. interd. qui ponunt differentias inter hypothecariam actionem & Saluianũ interdictum, non ponunt differentiam circa excussionẽ. Imò quòd nulla sit differentia quo ad excussionem, uoluit Steph. Bertrand. consil. ccxiij. ij. col. uol. ij. in vi. dubio. Nec Socin. aliquid allegat quod faciat: nam in l. rem alienam. C. de pignor. act. nihil dicunt Doct. minus in d. §. item Seruiana.

Bellonus. Papiæ.

1 *Remedium l. fin. C. de edict. diui Adria. toll. est adipiscendæ possessionis.*
2 *Interdictum quorum bonorum utile competit hæredi, et quæ in eo ueniant probanda.*
3 *Filiatio quomodo probetur.*
4 *Interdictum quorum bonorum non datur contra habentem titulum uerum.*
5 *Interdictum quorum bonorum pro quibus rebus competat, & an pro incorporalibus.*
6 *Probationes semiplenæ an sufficiant in interdicto quorũ bonorum.*
7 *Interdicto quorum bonorum præscribitur spacio triginta annorum.*
8 *Decretum de continuanda possessione est adipiscendæ possessionis.*
9 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem.*
10 *Actio ex testamento utilis, datur ex datione in solutum.*
11 *Constitutum operatur translationẽ possessionis ueræ & naturalis.*
12 *Venditor per constitutũ liberatur ab actione ex empto.*

Consil. XXXV.

DEO opt. max. autore. Consultus de modo & instructione pro cõsequendis quibusdam castris ab illustriss. dño, D. Cæsare Pallauicino, dño meo obseruãdissimo, existimo de iure respondendũ quòd hæredi directo uolenti uniuersalem hæreditatẽ uendicare, dantur plura remedia, quorũ duo possessionẽ tantum respiciũt, alterũ proprietatẽ. Respectu possessionis adipiscendę datur pri-
mò remediũ l. fin. C. de edict. diui Adria. 1
toll. quæ disponit ut ostenso testamento nõ abolito nec cancellato, hæres mittatur in possessionẽ rerum hæreditariarũ quas defunctus possidebat tẽpore mortis. Sed illa l. nõ habet locum in casu nostro, quoniam non datur hæredi uenienti ab intestato, ut per gl. Bart. Paul. Salic. Alex. Iasonem & omnes in d. l. fin. Pract. Papi. in forma libelli quo petitur hæreditas ex testamento, in uerb. in omnibus. Ang. in §. quadrupli. col. xij. Instit. de act. & ista est cõmunis, ut per Dec. in d. l. fin. col. xij. & latius prosequit̃ Calderinus cons. xxxvi.
in tit. de testam. Secundo datur interdi- 2
ctum quorum bonorum utile, in quo ex parte agẽtis debet probari summatim uel præsumptiuè se hęredem ab intestato uel testamento, & se agnatum uel filium. l. i. & ibi Bart. & Doct. C. quorum bonorũ. Ang. in d. §. quadrupli. col. ij. Et modum probandi filiationem tradit latè Alexan.
consil. li. i. uol. Si tamen quis esset in qua- 3
si possessione filiationis, exoneraretur onere hoc probandi, ut per Bart. in d. l. i. & uide Decium consil. ccccxxiiij. proponit. & in l. hæreditas. ff. de reg. iur. ubi instruit agentem hoc interdicto. & debet probari quòd is qui conuenit̃ possideat, Bar. in d. l. fin. C. de edict. diui Adria. toll. col. ij. uel detineat. Angel. in d. §. quadrupli. qui ponit rationẽ. moder. Papi. in rub. ff. quor.

bon. & quòd possideat pro hærede, quia putet se hæredem: uel pro possessore, puta quia scit se non esse hæredem, tamen incumbit possessioni. §. adipiscendæ. Instit. de interd. & ibi Ang. Si uerò haberet titulum uerũ, puta si possideret pro emptore,
4 pro donato, pro dote, non daretur contra eum hoc interdictũ, sicut nec petitio hæreditatis. l. i. ff. quor. bon. ubi Bar. & in l. i. C. eo. Ang. in d. §. adipiscendæ. & in d. §. quadrupli. Et adeò est uerum, ut non detur etiam utile interdictũ. moder. Papień. in d. l. i. ff. quo. bo. ij. notab. Et ita debet esse in casu nostro. Tamen illa regula, quòd interdictũ quorũ bonorũ non detur contra titulo possidentem, habet plures limitationes, ut per Ang. & Ias. in §. actionũ. in fin. Instit. de actionib. Et ideo aduertatur per aduocatũ, an simus fortasse in aliqua
5 ex illis limitationib. Respectu uerò rerũ, datur hoc interdictũ pro rebus quæ erant in bonis defuncti tẽpore mortis, siue possiderentur siue detinerentur: nõ enim requiritur quòd defunctus possideret, ut concludit Bart. post Cyn. in d. l. i. C. quor. bonor. in fin. & ibi Salic. & alij, & Ang. in d. §. quadrupli. & ideo non esset necesse probare dominiũ uel possessionem defuncti, sed quòd ab eo tenerentur simpliciter, ut in remedio l. final. C. de edict. diui Adria. toll. & ibi omnes in gl. censuerunt, maximè Alberi. Et hoc interdictum datur tantum pro rebus corporalibus, ut per Dd. in locis suprà adductis: unde uideretur dicendum nõ competere pro castris de quibus agitur, cũ iurisdictio sit ius incorporale. Dic tamen quòd cõpetit pro corporalibus uel incorporalibus, puta seruitutibus, ut per Ang. in d. l. ij. C. quor. bonor. uel quando incorporalia adhęrent corporalibus. Salic. in d. l. i. quor. bono. Paul. in d. l. fin. de edict. diui Adria. toll. Ang. in d. §. quadrupli. col. vij. qui in specie dicũt dari pro iurisdictione adhærente territorio. & Deci. d. consil. ccccxxiiij. ubi in specie loquitur de castris. Et datur pro re singulari. moder. in l. i. ff. quor. bonor. col. fi. Ang. in d. §. quadrupli. qui ideo dicit hoc interdictum esse utilius petitione hæredi-
6 tatis. Qualis uerò debeat esse probatio in hoc interdicto, dic sufficere semiplenam, per unum testem, uel per famã, præsumptiones & indicia. gl. & Bart. in d. l. i. C. quor. bonor. & in l. i. ff. eod. Ang. in d. §. quadrupli. Et idem in omni possessorio. Bart. in l. ij. §. fin. C. ubi in rem actio. Mathesil. not. ij. incip. nota quòd. Deci. cõsil. lvi. in causa. col. i. Et hæc est maior utilitas quæ sit in hoc interdicto, ut per Bar. in d. l. i. & à sententia lata in hoc iudicio nõ potest appellari. Bar. ibidem in fin. & Doct. Et hoc clarum est de iure ciuili. Sed quia cõtrarium disponitur per ius Canonicũ, ex quo sumus in terris ecclesię, aliud esset dicendum. c. significauit. de testib. c. cum ad sedem. de restitut. spoliat. & Clem. i. de causa possess. & propriet. & in hoc iudicio non admitteretur exceptio dominij. Bart. in d. l. i. & habetur latè in l. ij. C. de edict. diui Adria. toll. & in l. fi. eod. tit. ubi Deci. ix. notab. & Bart. in l. si de ui. & ibi Paul. de Cast. ff. de iudi. Est etiam aduer- 7
tendum, quia huic interdicto potest præscribi spacio triginta annorũ. Bart. in l. i. ff. eod. & ibi Doct. maximè moder. deberet tamen incontinenti probari præscriptio, aliàs non impediretur missio, ut in simili notat Decius in d. l. fin. de edict. diui Adria. toll. in ix. notab. in fin. & d. consil. lvi. in fin. Aliud est remedium propter de- 8
cretum de continuanda possessione, quia potest peti missio in possessionem, etiam ex interdicto adipiscendę. Item potest agi recuperandæ. moder. in d. l. i. ff. quor. bonor. num. 14. Et si opponatur quòd possessio est ab alijs occupata, ideo nõ potest locum habere illud statutũ. Ias. in l. Pomponius. §. quæsitum. ff. de acquir. possess. responde ut per Deci. consil. cccclxvij. in causa dominæ Aluisiæ Pallauicinæ. Et in his possessorijs non requiruntur plenę probationes, iuxta s̄ dicta, tamen erit necesse probare se hæredem, & possessionem defuncti. Aliud est remedium petitorij, scili- 9
cet petitionis hęreditatis, & iste est longus processus, & nõ datur contra titulo possidentem, & in ea requiruntur plenæ probationes, & à sententia in ea lata appellari potest, & admittuntur omnes exceptiones, & minori tempore præscribitur, & agens debet probare se hæredem, & aduersariũ possidere uel detinere. Hęc omnia habẽtur in locis in primo remedio allegatis, ubi ponuntur differentiæ inter interdictũ

quorum

quorũ bonorũ, & petitionẽ hæreditatis: unde resideo in hoc, quòd facilius & melius sit intentare interdictũ quorũ bonorum. Post redditum consiliũ, fuit postea petitũ an posset sumi & elici aliquod remediũ ex quadam datione in solutum aliàs facta de dictis castris D. Baptistinæ, cui successit dña Camilla uxor illustrissimi domini Cæsaris. Et habito colloquio cum doctiss. Iurisconsulto dño Francisco Maruffo, tenebat posse agi uirtute dictæ dationis in solutum ad traditionem dictorum castrorum. Ego aliter sensi, & dixi hanc uiam esse multũ dubiam, & quòd ab ea omnino abstinendum erat, quoniã eam intentando succumberet. Siquidem considerandũ est, quòd licet datio in solutum sit similis uenditioni: & quemadmodum agitur in uenditione actione ex empto ut res tradatur, l. ex empto. de actioni
10 bus empt. ita in datione in solutũ agatur utili actione ex empto, l. eleganter. ff. de pignor. actio. ubi Bart. & alij. l. si prædium. ubi Bald. not. C. de euict. tamen in casu nostro agi non potest propter constitutũ
11 appositũ in datione in solutum, per quod est translata uera & naturalis possessio, ut not. Doct. in l. quod meo. ff. de acquiren. poss. Bart. & alij in l. si is qui pro emptore. ubi Ias. col. antepenul. ff. de usucap. Deci. in l. contractus. ff. de regul. iur. Ideo uen
12 ditor uel dans in solutum est liberatus à traditione rei, ut uult gl. i. in l. ab emptione. ff. de pact. sequitur Angel. & Ias. in §. actionum. Instit. de actionib. in materia actionis ex empto. Et dicit ibi Iason esse notandum in practica, quòd aliàs agendo quis ad traditionem rei succumberet. idem Angel. Instit. de emptione. in fine principij. & illa gl. est cõmuniter approbata, ut per Ias. in d. l. ab emptione. col. antepenult. & eam etiam cõmunem attestatur Alex. in l. Pomponius. §. si is qui. col. iij. ff. de acquir. possess. & sequitur etiam consil. xxvij. uiso libello. uol. i. col. ij. & Vitalis in tract. clausul. in clausula, Constituit se possidere. col. iij. Salic. in l. traditionibus. C. de pact. col. i. Vnde secundum Bart. in d. l. ab emptione. esset intentanda actio Publiciana, uel rei uendicatio, uel interdictum uti possidetis, in quibus nos incideremus in petitoriũ, & maiores difficultates quàm in interdicto quorum bonorum. Et quamuis contrariam partem, ut per constitutum non sit uenditor liberatus à traditione facti, sed tantum à traditione iuris, dicat magis cõmunem idem Alex. in consil. xxviij. uiso & præhabito. col. ij. uol. ij. Decius consil. cclxxxi. uiso puncto. col. ij. sequendo gl. in l. Iulianus. §. ex uendito. ff. de actio. empt. tamen ex suprà dictis uidetur quòd præcedens opinio sit magis cõmunis. Propterea ut in tuto ambulemus, adhuc existimo faciliorẽ uiam quam aliàs dixi. Consideret tamen dñs meus quæ in facto probare possit.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Paria sunt, non esse, uel non apparere.*
2 *Remediũ redintegrandæ possessionis quando competat, & quo tempore præscribi possit.*
3 *Instrumentum faciens mentionem de alio instrumento, non probat, nisi id quod refertur, exhibeatur.*
4 *Verba narratiua principis quando probent.*
5 *Dictio, iuxta, stat conditionaliter.*
6 *Verba principis narratiua super quibus fundat intentionem suam, faciunt fidem.*
7 *Confirmatio priuilegij non probat priuilegium, nisi tenor inseratur.*
8 *Relatio substantialis relati, sufficit ut relatum probetur.*
9 *Verba narratiua principis probant quando enunciantur ex certa scientia.*
10 *Verba principis etiam referentia tenorem instrumẽti ad petitionem partis, non probant.*
11 *Dictiones relatiuæ quando proferũtur super certo, stant causatiuè, non conditionaliter.*

Consil. XXXVI

DEO opt. max. autore. In causa Monticellorum aliàs per nos conclusum fuit, esse petendam executionẽ sententiæ olim latæ in fauorem illustrissimi D. Rolandi, ut latius in allegationibus nostris continetur. Nunc uerò dicitur in facto, dictam sententiam non extare, ideo paria sunt non esse, uel non apparere, l. duo sunt. ff. de testa. tutel. Et non 1
entis nullæ sunt qualitates. l. eius. ff. si certum pet. Et quod nõ extat, exequi nõ potest, arg. l. nam etsi sub cõditione. ff. de iniust. rupt. test. Ideo habito colloquio cum dño Francisco de quo s̃, dicebat de nouo agendum ad recuperationẽ dicti castri re

medio c.reintegranda. iij. q. i. Tamen in
hoc subsisto, nec credo procedere, quia
nunquã fuit possessum per illustrissimos
dños nostros: & illud remedium datur ei
qui semel possedit, & probauit de anti-
quiori possessione. Rursus tali remedio
2 uidetur præscriptũ spacio xxx. annorũ,
ut magistraliter declarat Alex.cõsil.vi.cir
ca.col.ij.uol.iij.Deci.consil.cclij.agitatis.
& consil.lvij.in causa. & consil.ccccij. col.
pen. Et idem dico ut præscriptũ sit actio-
ni personali quæ cõpetebat ex testamen-
to, in quo relicta fuit tertia pars suprà di-
cto domino Rolando. l. sicut. C. de præ-
script.xxx.anno. Propterea cõsiderabam
an illud tentari posset, licet non appareat
de sententia præcise, an saltem appareat
uirtute uerborum positorũ in literis rega
libus, in quibus de ea fit mẽtio, ita ut pos-
sit peti executio, iuxta aliàs per me dicta.
Et prima facie uidetur dicendũ quòd nõ,
3 cum regula iuris sit, instrumentũ faciens
mentionem de alio instrumento, nõ pro-
bare, nisi id quod refertur, exhibeat. Au-
then.si quis in aliquo. C.de eden.ubi om-
nes Doct. & hoc procedit in quacunque
materia, ut per moder. Taurineñ.ibi. Et li
cet illa uerba sint prolata à principe, tamẽ
4 nõ probant cum sint narratiua uel enun-
ciatiua.c.si Papa.de priuil.in vi. Rom.in
consil.clxxx.col.i.qui hoc probat nõnul-
lis decisionibus. Et in terminis nostris ita
consuluit idem Rom.consil.cccxxxvi.cir
ca propositum, quòd si Papa cõmittat exe
cutionem sententiæ alicui, quòd ille exe-
cutor non poterit talem executionem fa-
cere, nisi cõstito sibi de sententia: quia uer
ba Papæ facientis mentionem de senten-
tia in bulla sua, non probant sententiam.
quod comprobat aliquibus medijs, quæ
causa breuitatis omitto. Confirmatᷓ, quo-
niam dicitur in literis regalibus, sententiã
debere exequi iuxta illius formã & teno-
5 rem. & illa dictio, iuxta, in rescriptis iusti-
tiæ stat cõditionaliter, ut per Rom.d.con
sil.col.ij.allegat c.quoniam Abbas.ad fin.
cum gl.sua. de offic.deleg. ideo debet in-
telligi, si ex tenore sententiæ liquêre pote-
rit. Sed hoc non liquet, igitur &c.

His non obstantibus, dico sententiam
olim latã pro illustriss. D. Rolando, pro-
bari per d.regales literas, & posse manda-
ri executioni. Et in primis facit, quòd li-
cet uerba Papæ narratiua simpliciter pro
lata nõ probent id super quo proferuntᷓ,
d.c.si Papa. tamẽ si Papa fundet intentio-
nem suam super illis, tunc plenam fidem
faciunt. Clem. i. de probat. maximè cum
sunt assertiua, ut in casu nostro: quia rex
asserit ita per senatum iudicatum fuisse
Agueñ. in d. Auth.si quis in aliquo. col.
penul.Rom.d.consil.clxxx. & hoc habet
locum siue Papa narret factum suum siue
alterius, ut ibi per eos. Quinimò idem Ro
man.consil.cccl.in casu. col.v. dicit quòd
plenam fidem faciunt, nec probari potest
contrarium: licet postea particulari ratio-
ne aliud decidat in casu suo. Et ideo Dd.
cõmuniter in d.Auth.si quis in aliquo. li-
mitant eam, ut non habeat locũ in uerbis
prolatis à principe, & d.Clem.i.habet lo-
cum secundum cõmunem opinionẽ nõ
modò in Papa, sed in quocunq; principe
nõ recognoscente superiorem. Felin.in c.
cum à nobis. extra de testib.col.ij.moder.
Taurin.in d.Auth.col.fin. Et dubiũ non
est sereniss.regem se fundare super uerbis
in quibus asserit de prolatione sententiæ,
cum ex his inferat ad mandatũ executio-
nis, ut clarè ex literarũ inspectione appa-
ret. & prædicta omnia confirmanᷓ ex pul
chrè notatis per Alex.consil.x.uisis narra
tis.col.ij.uol.v.qui magistraliter loquitur
in hac materia. Secundo facit, quia in lite-
ris regalibus est insertus tenor sententiæ,
unde licet de sententia nõ constet, tamen
probatur per talem relationẽ, ut per Ias.
in d.Auth. col.pen. & ibi omnes, qui uo-
lunt, quòd licet princeps cõfirmando pri
uilegia alicuius generaliter uel simplici-
ter, non probent nisi exhibeantur, tamen
si seriose tenorem priuilegij retulerit, pro
bant priuilegium, etsi de eo non constet.
Pract. Papieñ.in forma oppo. contra in-
strumentũ, in uerb.alterius cõfirmatorij.
& eo casu limitaᷓ d.Auth. Et licet Pract.
Papieñ.dicat inserendum tenorẽ ad uer-
bum, & Rom.d.consil.cccxxxvi. hoc nõ
puto uerum, quia talis relatio requiritur
ut princeps præsumatur informatus, sed
satis est & sufficit si seriose & substantiali-
ter & summatim facta sit relatio. & ita sen
sit Ias.in d.Auth.col.pen. & in l.admonen
di, ff.de iureiur.col.vij.in gl.i.qui uult suf
ficere,

ficere, modò clarè fiat relatio, ita ut de di-
spositione appareat, & Roma. consil. ccc-
xxvij. istæ sunt, col. ij. expresse hoc firmat.
Card. in c. si Romanorũ. xix. distinct. col.
iij. in fin. Præterea attentis uerbis dictarũ
literarum, satis potest dici relatus totus te
nor, & liquidò apparet maiestatẽ regiam
habuisse plenissimam notitiam & infor-
mationem dictæ sententiæ, ut ex uerbis li
terarum expresse habetur. Tertio & ulti-
mo, licet uerba enunciatiua uel narratiua
5 principis non probent, id procedit quan-
do nõ apparet eum sciuisse id quod enun
ciatur. Secus igitur est si quid enũciatum
fuerit ex certa scientia, ut hic, quia tunc id
probatur, etsi non exhibeatur. Pract. Pa
pieñ. in d. forma, in uerbo, ad oppon. mo-
derni Tauri. in d. Auth. si quis in aliquo.
col. pen. Felin. in c. cum inter. col. ij. de ex
cept. Item quãuis expresse in literis rega-
libus non esset adposita clausula, ex certa
scientia, tamen de scientia regis ex multis
apparet, cum seriose & substantialiter re-
tulerit tenorem sententiæ, ex quo præsu-
mitur sciẽtia. Rom. d. cõsil. cccxxvij. col.
ij. Zabarella consil. xi. Felin. d. c. cum in-
ter. col. ij. Et dicit Abbas consil. lxij. illud.
col. ij. uol. i. quòd ea quæ exprimunt̃, cen
sentur facta ex certa scientia principis. &
est text. ad suprà dicta in c. penul. ubi De-
cius. extra de cõfir. utili uel inutili. Ex his
itaq; concludo, licet præcise de sententia
non constet, satis de ea probari per dictas
literas regias uel pręsumptione iuris & de
iure, uel iuris tantum, ut per Alex. d. con-
sil. xv. qui amplius uult, quòd etsi prin-
ceps nõ esset informatus de eo quod enũ-
ciat, tamen eius uerba faciãt qualemqua-
lem probationem, quæ idem possit quod
fama, & ideo dictæ sententiæ executionẽ
peti posse. Non obstant in contrarium ad
ducta, quia ex suprà dictis colligit̃ respon
sio. Tamen specialius respondendo, non
obstat primo Auth. si quis in aliquo. cum
materia, quia nõ procedit in principe, ne-
que ubi est insertus tenor eius quod refer
tur, ut s̃ dixi. Non obstat consil. Rom. ccc
xxxvi. quod turbauit me per diẽ integrũ,
& fecit uoluere totam hanc materiã, quia
10 loquitur quando Papa refert tenorẽ sen-
tentiæ ad partis petitionem, nõ autem ex
certa scientia; sed quando ex certa scientia
insereret talem tenorem, non negat quin
eo casu probetur sententia, ut in casu no-
stro s̃ probatum est. Et idem quando uer
ba assertiua principis sunt prolata ad peti
tionem partis, quòd nõ probent uult Ri-
pa lib. 2. respon. cap. vi. Et licet Rom. d. cõ
sil. cccxxxvi. requirat esse insertũ tenorem
ad uerbum, suprà tenui cõtrariũ, ex men-
te Doctorũ. Non obstat quòd illa dictio,
iuxta, stet cõditionaliter, quia imò stat cau
satiuè quãdo profertur super certo, ut per
Rom. d. consil. cccxxxvi. Abbas d. consil.
lxij. Aret. consil. lxxvi. diligenter. col. iij.
Deci. d. c. penult. in prin. & cõsil. clxix. in
effectu. col. ij. Nec est uera differentia quã
facit Romanus in d. consil. inter rescripta
iustitiæ & alias dispositiones, & in specie
eum reprobat Riminal. in l. edita. col. pe-
nul. uers. & ideo Rom. C. de eden. Et ita
arbitror iuris esse, saluo iudicio melius
sentientis. Bellonus. Placentiæ.

1 *Immunitas à collectis nõ potest cõcedi per cõmunitates.*
2 *Ciuitas potest concedere immunitatem non subdito qui ciuis efficiatur.*
3 *Argumentum à solitis optimum est in iure.*
4 *Ciuitas potest cõcedere immunitatem in sui præiudiciũ, non in præiudicium principis.*
5 *Confirmatio actus inualidi facta à Principe, censetur de nouo datio.*
6 *Præscribitur quadraginta annis futuris oneribus.*
7 *Immunitas habita à Principe titulo inualido, præscribitur quadraginta annis.*
8 *Ciuitas an possit immunitatem concessam reuocare.*
9 *Statutum populi indigens confirmatione Principis, non potest sine consensu Principis reuocari.*
10 *Immunitatis concessio per modum contractus, nõ potest reuocari etiam à Principe.*

Consilium XXXVII.

DEO opt. max. autore. Omisso multiloquio & põpa uerborum, quoniam tantũ ueritas requiritur, procedam cõclusiuè, omittendo rationes Doctorũ, & eorũ autoritates allegãdo. In proposito igitur casu inter strenuum Bartholomæũ Farinam & cõmunitatem Florenzolæ, res ad duo redigitur. Primũ est, an dicta cõmunitas potuerit immunitatẽ cõcedere sub forma de qua in instrumento. Secũdum, an dato quòd potuerit, pos-

sit in præsentia reuocare. Quo ad primũ,
concludendum uidetur immunitatẽ con
cessam ut suprà, nullius roboris esse, cum
sit cõmunis opinio Legistarũ & Canoni-
1 starũ, quòd cõmunitas seu eius cõcilium
non posit immunitatẽ concedere. l. eua-
cuatis. C. de decur. lib. x. & C. de immun.
nemini conceden. per totum, eo. lib. & ibi
Bart. & idem Bart. in l. ij. ff. de iur. immu-
nit. Felin. in c. accedentes. col. fin. extra de
præscript. Rom. consil. cclij. Alex. consil.
ci. col. iij. uol. i. & consil. xxx. uol. v. in iij.
dubio. Ias. consil. ci. iiij. uol. Hac tamen
cõmuni conclusione non obstante, in ca-
su nostro teneo contrariũ, quòd dicta cõ-
cessio & conuentio de qua s̃, sit ualida, &
potuerit fieri, præmittendo quòd in du-
bio præsumunt̃ interuenisse solennitates
quæ in tali concessione requiruntur. c. ex
ea nascitur. extra de his quæ fiũt à prælat.
Rom. d. consil. cclij. in iij. dubio. Et pri-
mo hæc opinio probatur, quia licet sit du
bium an communitas & decuriones pos-
sint immunitatem concedere ciui & iam
2 subdito, tamen non subdito qui ciuis effi-
citur, illam cõcedere possunt: potest enim
quis ciuis effici cũ illo pacto, ut ad mune-
ra non teneatur. ita uult Bart. d. l. ij. de iu-
re immun. ubi est casus. & Feli. Alex. Ro
ma. Ias. in locis prælleg. & ista est cõmu-
nis omniũ opinio. Nec dicatur hoc funda
mentum extraneũ à casu nostro, cum nõ
tractemus de aliquo qui sit ciuis effectus:
quia dico optimè facere, & in indiuiduo
decidere hanc dubitationẽ. Nam conside
randũ est quòd D. Petrus Iarina, cui fuit
primo facta dicta concessio anno 1 4 9 6.
erat ciuis Placentinus, & ideo non subdi-
tus cõmuni Florenzolæ respectu onerũ:
cum itaq; se subegerit cum pacto de quo
in d. instrumento, & in cõmuni se redege
rit, potuit ualidè cum dicta communitate
pacisci ut sex libras tantũ solueret, secun-
dum suprà dicta. Et idem dico de d. domi
no Bartholomæo Iarina, cum ipse habe-
ret facultatem faciendi se ciuem Placenti-
num in nouo compartito: nam ea ratione
uidetur esse facta concessio non subdito:
nam quod de proximo fiendum est, habe
tur pro facto. l. filius. ff. de milit. testa. cum
his quæ ad hanc regulã tradit Ias. in l. ad-
monendi. de iure iur. maximè cum d. dñs
Bartholomæus protestatus fuit in conci-
lio, quòd nisi cõmunitas dictã conuentio
nem comprobasset, uolebat se connume
rari facere inter ciues Placentinos. Et hoc
est solidissimũ fundamentũ ad euacuan-
dam intentionem cõmunitatis. Secundo
probatur, quia huiusmodi cõcessiones &
reliquæ solent explicari per decuriones
Florenzolæ, nõ autem per concilium ge
nerale: nec extat memoria hominis quòd
unquam factum fuit in dicto loco conci-
lium generale: & optimũ est argumentũ 3
à solitis, ut habetur in l. si quis donatu. ff.
de usufruct. ubi per gl. l. certi condictio. §.
si nummos, ubi omnes. ff. si cert. pet. Ter-
tio licet cõmunitas non possit immunita-
tem concedere in præiudicium Princi- 4
pis, bene potest in præiudicium ipsius cõ-
munitatis. gl. in d. l. euacuatis. de decur.
lib. x. quam sequitur Panor. in c. ij. col. fi.
de immu. eccles. Ang. d. cõsil. cclij. in pri-
mo dubio. Alex. d. consil. xxx. iij. col. Ias.
d. consil. ci. col. ij. Et ex his satis euidenter
probatur dictam concessionem ualuisse,
& potuisse fieri à cõmunitate & decurio-
nibus Florenzolæ. Verùm fingamus de-
curiones id facere nõ potuisse, & propte-
rea concessionem inualidam, tamen ad-
huc dico eam subsistere, cum sit à Princi-
pe confirmata, & quatenus expediat con-
ualidata: unde ab ipso Principe haberi ui
detur, & noua concessio censetur. l. mo-
re. cum ibi not. de iurisdict. om. iud. & ita
in terminis uult Alex. d. consil. xxx. in iij.
dubio. Ias. d. cõsil. ci. col. ij. Decius consil.
cclxij. col. fin. Nec ponatur in disputatio-
ne, an illustriss. D. Cæsar Marchio Palla-
uicinus habeat talem potestatem, cum in
terris suis ex amplissimis inuestituris sit
Imperator & Papa, ut in simili tradit Cur
tius iun. cõsil. lxi. col. iiij. & suprà dictam
concessionẽ ualidauerit omni exceptio-
ne remota. Præterea etiã quòd in aliquo
defuerit dicta cõcessio, adhuc sustinetur,
ut dicam in proximo fundamento. Quar
to facit, quòd per quadraginta annos atq;
eo plus, dicti de Iarina sunt in quasi pos-
sessione nõ soluendi plus quàm sex libras
uel octo, unde præscriptione se tueri pos- 6
sunt: nam futuris onerib. quadraginta an
nis præscribitur. Bart. consil. ccxxv. com-
mune Spoleti, Corn. consil. xxij. in præ-
senti.

senti.col.v.lib.3. Roman.d.consil.cclij.in iiij.dubio.Alex.d.consil.xxx.in v.dubio. Ias.consil.ci.in fin. iiij.uol. & consil. xxv. iij.uol.col.ij.quod procedit etiam in scien te se teneri, ut per Ias.in dictis cōsilijs, maximè in eo qui haberet titulum & conces-
7 sionem inualidam à Principe uel cōmuni tate: nam allegans concessionem etiam in ualidam, cum spacio quadraginta annorum quibus non soluit, est tutus ab oneribus futuris.l.fin.ubi casus.C.de fund.patrimo.lib.x. Ang. & Salic.in l. competit. C.de præscript.xxx.annorū.Alex.d.consil.xxx.in quinto dubio. Roma.d.consil. cclij.in quarto dubio.Curt.iunior consil. lx. col penult. quamuis ipse ibi in cōmunitate tantum teneat contrariū. Vnde luce clarius apparet ex omni capite elisam intentionem dictæ cōmunitatis. Non obstat quod principio dixi, cōmunitatē id facere non potuisse: quia ex fundamentis factis pro illis de Farina colliguntur diuersæ solutiones, ideo in specie non insisto.

Secundum principale dubium est, an posita aliquo modo ualiditate dictæ concessionis, cōmunitas potuerit eam reuocare. Et dico quòd nō: aut enim dicere uolumus dictam concessionē inualidam, quia cōmunitas eam facere nō potuerit, & tūc
8 cum fuerit confirmata à Principe, & ab eo cœperit uigorem, non potest cōmunitas sine interuentu principis illam reuocare: eadem enim solennitas requiritur in tollendo actu, quæ in faciendo.l.ab emptione.ubi Ias.& omnes.ff.de pactis.l.secundum naturam.ubi latè Deci.de reg.iuris. Ideo dixit Bar.in l.omnes populi.ff.de iustit.& iur.in iiij.quæst.tertiæ quæst.principal.uers.iuxta prædicta.quòd populus
9 faciens statutū quod indigeat confirmatione superioris, non potest illud reuocare sine eius consensu. & ita in nostro proposito uult Deci.d.consil.cclxij.col.final. Præterea dicti de Farina sunt muniti præscriptione, & ita facto proprio acquisiuerunt sibi immunitatē, ideo sine eorum facto ius acquisitum tolli nō potest. l. quod nostrum est.de reg.iur.cum materia. Aut uolumus dicere dictam cōcessionem ualidam, quia cōmunitas hoc facere potuit: & idem dico nō posse reuocari, cum tran-
10 siuerit in cōtractum; nam hinc inde est aliquid promissum, & est transactio. Alex. d.consil.xxx. in fin. Ias. cōsil.ccxvij. col.i. uol.ij.& contractus à principio est uoluntatis, postea necessitatis.l.sicut. C.de act. & oblig. Et in terminis nostris quòd talis concessio non possit reuocari etiā à Principe, uoluit Alex.d.consil.xxx. Rom.dicto consil.cclij. Alex. dicto consil.ci. col. ij.i.uol.Ias.consil.i.col.i.uol.i. & col.v. & consil.lvi.num.2.eod.uol. & cōsil.cv. col. iij.eod.uol. Et ita dico iuris esse, saluo iudicio melius sentientis.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Ciuitas debet actus suos expedire per concilium generale, quod repræsentat totum populum.*
2 *Cōmunitas non potest immunitatem concedere.*
3 *Decurionum maior pars requiritur in actibus ciuitatis.*
4 *Concilium generale quando requiritur in his quæ fiunt per aliquam communitatem.*
5 *Immunitas potest concedi per communitatem subdito, quando alij non grauantur.*
6 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
7 *Ciuitas non potest concessionem factam per uiam contractus reuocare.*
8 *Statutum quod transiuit in contractum, non potest reuocari.*

Consilium XXXVIII.

DEO opt.max.autore. In quęstione proposita duo uidenda occurrūt. Primo, an ualuerit conuentio de qua agitur inter commune Florenzolæ, & Franciscum de Papia. Secundo, posito quòd ualuerit, an potuerit reuocari. Ad primum, prima facie ex duobus dicendum uidetur non ualuisse dictam concessionem, per quam efficiuntur immunia bona uendita per d. Franciscum Gabrielem de Prouincialibus. Primo, quia dato quòd cōmunitas Florenzolæ id facere posset, debebat fieri per cōcilium generale dicti loci, quod repræsen- 1
tat totum populum, ut uoluit gl. in rubr. C.quę sit long.consuet. Ang.consil.lxiij. si prouisio. Alexand.consil.ci. in prin.uol.i.& Bartol.in terminis in l.ij.ff.de iure immunit. Secundo, quod magis est, ex

quo Franciscus soluebat onera & colle-
ctas pro dictis bonis uenditis, & ita erat
2 subditus dicto cõmuni, etiam concilium
generale non potuisset talem immunita-
tem concedere, l. uacuatis. C. de decur. li-
bro x. ubi Bart. Alex. d. consil. ci. uol. i. &
consil. xxx. uol. v. Rom. consil. cclij. col. i.

His non obstantibus, dico dictam con
cessionem ualuisse. Nam cum in concilio
3 dictæ communitatis interuenerit maior
pars consiliariorum, imò omnes interfue
rint, quod ab eis gestum est ualet, & de
iure tenet. l. quod maior. ff. ad municip. l.
aliud. §. refertur. de reg. iur. Panor. Deci.
& omnes in c. cum omnes. de constit. Ia-
son in l. iuris gentium. §. hodie. ff. de pact.
Et suprà dicta regula procedit sicut in a-
lijs casibus, ita in contractibus, ut per gl.
in d. §. refertur. & ibi Alberic. & alios. Et
satis est interuenisse decuriones, etiam
quòd concilium generale non conuoca-
tum fuerit, ut uoluit gl. in d. §. refertur. &
in rubr. C. de decret. decurio. libro x. Et
hæc pars magis confirmabitur ex respon
sionibus dandis fundamentis partis ad-
uersæ. Non obstat quod primo diceba-
tur, decuriones id facere non potuisse, sed
requiri cõcilium generale, secundum gl.
in rubr. C. quæ sit longa consuetud. quia
respõdeo illam glossam procedere, quan
4 do uel ex consuetudine, uel ex statuto est
in loco aliud cõcilium ultra decuriones:
nam tunc spectat dicto concilio huius-
modi facere. Secus quãdo nõ adest aliud
concilium, ut est in loco Florenzolæ, ubi
nunquam fuit aliud pręter decurionum,
nec aliud ex hominum memoria appa-
ret: & quæcunque geruntur pro communi
tate & ad eius instantiam, omnia admini-
strantur & geruntur per dictos decurio-
nes. & ita declarat & fœdere distinctionis
conciliat suprà dictas glossas quæ uide-
bantur contrariæ, Imol. in l. municipi-
bus. ff. de condit. & demonst. Non ob-
stat l. uacuatis. cum materia. C. de decu-
5 rionib. quia procedit quando per priui-
legium conceditur immunitas alicui sub
dito, ita quòd eximitur ab oneribus, & a-
lij nõ grauant. Sed in casu nostro nõ per
uiam priuilegij, sed contractus, scilicet
permutationis, est concessa, cum Franci-
scus de Papia loco dictarum terrarum ex
emptarum alias dederit æquiualentes æ-
stimatas & allibratas, ne aliquod præiu-
dicium inferatur ex hoc cõmunitati. Nec
obstat si dicatur, imò inferri pręiudicium,
ex quo Franciscus fecit postea allibrari ter
ras, quas loco suarum posuerat ad regi-
strum Florenzolæ in ciuitate Placentiæ,
ex nouis ordinationibus dictæ ciuitatis,
ita quòd nunc communitas non habet
has nec illas. Nam respondeo, quòd di-
ctus Franciscus uirtute dictarum ordina
tionum ita potuisset allibrare in ciuitate
Placentiæ terras quas uendidit Gabrieli,
si eas apud se habuisset: unde communi-
tatis nihil interest, & hi quorum non in-
terest, non sunt audiendi. Et quòd per
uiam contractus potuerit fieri illa con-
cessio, fuit de mente Bar. in l. quod semel.
ff. de decret. ab. ord. facien. dum uult non
posse reuocari: de quo ĩ subijciã. Et facit,
quòd cum terræ allibratæ nunc per Fran
ciscum in ciuitate Placentiæ fuerint aliàs
subrogatæ in locum terrarum uendita- 6
rum Gabrieli, sapiunt eius naturam. §.
fuerat. Instit. de actionib. l. si eum. §. qui
iniuriarum. si quis cautio. cum similibus.
Vnde sicut primæ illæ uenditæ poterant
allibrari Placentiæ, ita & istæ. Quo ad
secundum, an communitas possit talem 7
conuentionem reuocare, est concluden-
dum quòd non. Cum enim per uiam con
tractus facta fuerit dicta concessio, à prin
cipio fuit uoluntatis, nunc est necessita-
tis. l. sicut. C. de actionib. & obligat. cum
similib. Et quod consensu duorũ factum
est, duorum consensu debet tolli. l. ab em
ptione. ff. de pactis. ubi Iason. l. secũdum
naturam. ubi Decius. ff. de regul. iuris. Et
nõ modò priuatus, sed communitas, sed
princeps suis contractibus ligatur. Car-
dinalis consil. cxlvij. uidetur prædictum.
Et in terminis, quòd factum à communi-
tate per uiam contractus non possit reuo
cari, uoluit Bartolus in d. l. quod semel.
Romanus dicto consil. cclij. colum. i. Ale
xander consil. xxx. quinto uol. Iason con
sil. ci. iiij. uol. Facit quod uult Bartolus in
l. omnes populi. in iiij. quæst. tertiæ quæ-
stio. principalis. Stante statuto ut qui ue- 8
nerit ad habitandum in aliquem locum,
habeat immunitatem: quòd si aliqui ue-
nerint, & postea uult communitas tol-
lere

lere immunitatem, hoc facere non potest in præiudicium eorum qui uenerũt, quia statutum transiuit in contractum facio ut facias. Et hæc possent similibus pluribus & autoritatibus confirmari, quæ consultò omitto. Et ita sentio saluo meliori iudicio.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Maior pars decurionum intelligitur, quando duæ partes adsunt.*
2 *Citatio per præconem uel sonum campanæ, ut ualeant gesta per communitates, an sufficiat. & num. 5.*
3 *Consensum maioris partis decurionum qui sunt præsentes, sufficit interuenire.*
4 *Immunitas præscribitur quadraginta annis.*
5 *Decuriones præsentes possunt alijs contumaciter absentibus ciuitatis negocia expedire.*
6 *Solennitas extrinseca præsumitur quando concurrit diuturnitas temporis. & ibi de citatione.*
7 *Solennitas extrinseca præsumitur in concessione immunitatis.*
8 *Immunitas concessa per modum contractus non potest reuocari.*

Consilium

XXXIX.

DEO optimo maximo autore. Ex processu mihi transmisso, agitato inter Franciscum & consortes de Zuchis, & communitatem Florenzolæ, duo in effectu allegantur per dictam communitatem, quòd dicti de Zuchis debeant onera cum alijs sustinere, & non perseuerare in sua immunitate: de quorum ueritate est uidendum. Et primo contra Zuchos adducitur, quòd in conuentione dictæ immunitatis non interuenit debitus numerus consiliariorum, quum in concilio Florenzolæ sint deputati uiginti homines, & in dicta conuentione interuenerint tantum duodecim. Et communis est opinio tam Legistarum quàm Canonistarum, ut duæ partes saltem ex tribus debeant interuenire, 1
ut per Bartolum in l. omnes populi. in ij. quæst. principali, in prin. & ibi moderni. & in l. nulli. ubi casus. ff. quod cuiusque uniuersitatis. & in l. nominationum. C. de decurio. libro x. Panormitanus in c. cum omnes. extra de constitut. & ibi Felinus latè. colum. penult. & Decius. Quinimò quod plus est, uoluit Bartolus in d. l. omnes populi. necesse fore duas partes præcise interuenire, nec sufficere esse citatos uel per præconem uel sono campa- 2
næ: & ideo cum debita & solita solennitas non interuenerit, actus est nullus. l. Iulianus. §. si quis. cum similibus. ff. ad exhib. Secundo facit, quia posito quòd talis conuentio ualuisset, fuit reuocata per dictam communitatem, unde in futurum nõ debet procedere: & uidetur quòd communitas hoc possit facere, scilicet reuocare talem conuentionem: eius enim est tollere, cuius est condere, ut habetur in d. l. omnes populi. per Bartolum & alios. & per Canonist. in c. i. de constitut. & c. iniuria. secundum intellectum Innocentij. extra de iniur. ubi princeps potest priuilegium concessum reuocare.

His non obstantibus, dico dictam conuentionem ualidam, & non posse reuocari. Pro quo adduco, quòd ex illis duodecim consiliarijs qui interuenerunt, nemo est qui dissenserit, & omnes pariter consenserunt, licet sufficeret duas partes ex præsentibus consentire. Vnde quod gestum est per eos ualet & tenet. quinimò sufficit maiorẽ partem consentire. l. quod 3
maior. ff. ad municip. l. aliud. §. refertur. de regul. iuris. Bartol. d. l. omnes populi. ij. quæst. & ibi Doctores & Canonistæ in d. c. cum omnes. ubi moderni latius. Secundo facit quòd dicti de Zuchis ab anno M. CCCC. LXXV. citra, & sic per sexaginta quatuor annos sunt in pacifica quasi possessione soluendi solùm id quod in dicta conuentione continetur, unde reliquum præscripserũt, in qua præscriptione sufficerent solùm quadraginta anni. 4
Romanus consil. cclij. in quarto dubio. Alexand. consil. xxx. in quinto dubio. uolu. v. Iason consil. ci. in fin. iiij. uolu. quod etiam procedit secundum præfatos Doctores in eo qui sciebat se teneri: & ita sunt tuti præscriptione. Non obstant in contrarium adducta: & primo quòd non interuenit debitus numerus consiliariorũ: & hoc uidebatur multũ urgere, quoniã considerandũ est, non esse necessariũ præcise

duas partes adesse,ut dicebat Bart.in d.l. omnes populi. ij. quæst. sed satis est omnes uocatos,uel per nuncium uel per præconem,uel sono campanę,ut est moris in
5 loco. Et aliquibus contumaciter absentibus,possunt alij, etiam quòd nõ sint duæ partes, actum explicare. ita dicit Panor. contra Bart.in d.c.cum omnes. & in c.in causis.ultimo notab.de electione.Feli.in d.c.cum omnes.Cepolla cautela xxxi.sequitur Crotus de Montefer. in d.l. omnes populi. ij.quæst. in secunda conclus. Nec obstat si dicatur,non apparere de tali citatione: quia respondeo,licet regulariter solennitas extrinseca non præsuma-
6 tur, fallit quando concurrit diuturnitas temporis, maximè possessione iuncta: quæ diuturnitas etiam quando tractatur de præiudicio tertij, interpretatur cõmuniter à Doctorib.triginta annorum.l.si filius.ff.de petit.hæredit.l.qui in aliena.in prin.ff.de acquir.hæredit.Bartol.& omnes in l.i.C.qui admitti.ubi aliquando dixi.Doctores in l.sciendum.ff.de uerb.obligationib.Felinus in c.sicut.de re iudic. latè.Tanto magis hic, ubi excesserunt sexaginta quatuor. Est igitur præsumendum omnia solennia interuenisse: & ad hoc possem multas decisiones allegare, sed sufficiat id quod in terminis nostris uult Roman. dicto consil. cclij. quòd so-
7 lennitas extrinseca præsumitur in immunitate alicui concessa,sequitur Crotus de Monteferrato in d.l.sciendum. col. vi. & Chassaneus consil.xi. num.84. Præterea dato & non concesso quòd talis conuentio non ualuisset defectu numeri consiliariorũ,etiam titulus inualidus iuncto spacio quadraginta annorum tribuit immunitatem à futuris oneribus. Alex.d.consil.xxx. in quinto dubio. Roman. consil. ccxxv.in quarto dubio.Nõ obstat secundo,quòd reuocata fuerit talis conuentio,
8 quoniam hoc fieri nõ potuit cum transierit in contractum. Bart.in l. quod semel. ff.de decret. ab ord.faciendis. Roman.d. consil.cclij.Alexand.d.consil.xxx. Iason consil.ccxvij.col.i.uol.ij. Præterea id procedere posset quando à cõmunitate tantum haberetur talis immunitas: sed dicti de Zuchis habent eam iure proprio præscriptionis, & quod nostrũ est sine facto nostro ad alium transferri non potest.l.id quod nostrum est.ff.de regul.iur.ubi Decius.Et ita sentio.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Prædia transeunt ad ecclesiam cum onere reali.*
2 *Ecclesia tenetur ad onera realia.*
3 *Ecclesia non tenetur ad collectas.*
4 *Collectæ quibus casibus soluantur etiam ab ecclesia.*
5 *Bona conuentionata cum cõmunitate transeunt ad ecclesiam cum onere suo.*

Consil. XL.

DEO opt.max.autore. Præsupponitur in facto, testatorem legasse Capellæ sanctæ Catalinæ decem modia terræ, quæ sunt registrata, & subiacent quotidianis oneribus collectarum. Dubitatur modò, nunquid ex quo transiuerunt ad ecclesiam huiusmodi bona,possint collectari sicut antea, an uerò sint immunia & exempta à collectis. Et quia ueritas tantum inquiritur,omittendo argumenta procedã conclusiuè:quòd aut loquimur in tributo, & sic in munere reali,& tunc si illa prædia legata erant sub 1
iecta tributo, transeunt ad quemcunque cum illo onere, etiam ad ecclesiam, ut habetur xi.quæst.i. c.tributum. ponit Bart. & alij in l.placet. C. de sacrosanct. eccles. & in l.rescripto.§.final. ff. de munerib.& honor. Et ideo ibi traditur cautela, quòd ad faciendũ ecclesiam teneri ad onera,ciuitas faciat omnia prædia tributaria. quæ tamen cautela an sit uera,uideri poterit in locis infra allegandis.Et ratio huius conclusionis est, quia hæc onera realia afficiunt rem, & ideo non attenditur persona quę est priuilegiata. Erit igitur conclusio,quòd ad onera realia etiam ecclesia tenebitur.Et quæ sint hæc onera realia,ponit Bartolus in d.§.final. Iason in dicta l. placet.& ibi latius Parpal.in repetitione. Aut loquimur in collectis, & tunc communis opinio est quòd ecclesia nõ teneatur ad collectas, id est,ad taleas, ut uulgò dicitur.Cum enim collecta imponať personæ pro rebus, & persona sit priuilegiata, illi collecta imponi nõ potest. Vnde si res pri

res priuati quę erat solita collectari transeat ad ecclesiã, efficitur immunis, ita Bar. in locis suprà alleg. Et idem Bart. in consil. clxxx. incip. si aliqua possessio, dicit, statim quòd res transit ad ecclesiam, eximitur à registro, sequitur Felin. in c. ecclesiæ sanctæ Mariæ, col. xxvij. extra de constit. Parpal. d. l. placet. col. xvij. Esset tamen aduertendum ad plura. Primo, si fortè testator in legato adiecisset hanc conditio-
4 nem & qualitatem, quòd ecclesia pro dictis prædijs teneatur soluere collectas: quoniam hoc casu tenebitur: potest enim testator ita disponere, ut consuluit Petrus de Anchar. consil. ccxiij. incip. dubium. sequitur Feli. in d. c. col. xxvi. & Parpal. in d. l. placet. Secundo est aduertendum, quòd si à communitate esset imposita aliqua collecta pro pluribus annis futuris, & eis non completis interim bona perueniant ad ecclesiam, ecclesia tenebitur ad collectas. Angel. latè consil. cciij. inter ordinamenta. sequitur Felin. & Parpal. ubi suprà. Licet enim de nouo imponi non posset, tamen pro imposita tenetur sicut quilibet successor. Vltimo aduertatur, si
5 fortè hæc prædia erant conuentionata cũ cõmunitate, quia transirent ad ecclesiam cum illo onere, ita per plures & notabiles rationes concludit Petrus de Anchar. cõsil. ccclxiij. hoc statuto. quod nõ tangitur à Doct. in locis suprà allegatis. Alium etiam casum quo ecclesia teneretur uide per Curtium iun. cõsil. lxviij. præmissam facti. Idem concludo etiam in alio legato centum scutorum in tot proprietatibus, quia militant eædem rationes de quibus suprà, maximè illa, quòd collecta imponitur personæ pro rebus: & ecclesia est priuilegiata in hoc, ut non posit à laicis grauari.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Fideicõmissum non potest fieri filio à patre in bonis maternis.*

2 *Institutio facta de filia in dote materna, est nulla.*

3 *Declaratio testatoris facta in testamento quòd talia bona sunt materna, non attenditur.*

4 *Casus cõtingens præter ordinationem testatoris, nõ comprehenditur in substitutione.*

5 *Casus omissus dicitur, quando testator nullam penitus de eo fecit mentionem.*

6 *Dicta in uno casu, quando censeantur referri ad alium.*

7 *Clausula in fine posita refertur ad omnia capitula præcedentia.*

8 *Fideicommissum est onus, ideo in dubio induci nõ debet. Fallit si sit reciprocum.*

Consil. XLI.

DEO optimo maximo autore. Quamuis doctè & subtiliter responsum sit motiuo dato circa testamentum quondam Ianini Fornarij, per magnificum dominũ aduocatum, nõ tamen propterea euacuata est dubitatio & difficultas quæ ex ipso motiuo resultat. Et in primis dum consideratur inanem esse dubitationẽ ea ratione, quòd bona in quib. est facta substitutio reciproca, sunt materna, ut ex declaratione testatoris apparet in primo testamento: unde cum sint propria ipsarum filiarum, nõ intelligitur 1
factum fideicõmissum in talibus bonis, cum per fideicõmissum succedatur testatori, non autem hęredi grauato: nam hoc tanquam notorij iuris non negabitur: & iam dixeram uerbo ipsi parti, deducendo quod in terminis uoluit Bal. in l. cum scimus. in prin. in ultima colu. iiij. quæst. C. de inoffic. testam. & idem Bal. & Imol. in l. suus quoq;. in prin. ff. de hæred. instit. scilicet quòd pater non potest instituere filias in dote nec bonis maternis, & si insti- 2
tuerit, institutio est nulla. sequitur Ias. in Authen. nouissima. col. xiiij. C. de inoffi. testam. Vnde cum institutio facta de filiabus in bonis maternis non tenuerit, nec etiam substitutio reciproca. Et hæc in se sunt uera, non tamen propterea faciunt inanem dubitationem, quoniam nõ constat huiusmodi bona esse materna: & declaratio siue protestatio facta in primo testamẽto à patre quòd bona sint materna, quamuis transierit in cõtractum, cum facta sit Notario stipulãte pro parte &c. & non censeatur reuocata per secundum testamentum, ut habetur in locis quotidianis & uulgaribus, non probat talia bona esse materna: nam talis declaratio non so- 3
let attendi, ut notat Baldus in l. iubemus. §. i. C. ad Trebellianum. de patre confitente se emisse rem de pecunijs filij, & in pul-

chro casu consuluit Petr. de Anch. con=
sil. cclxviij. de sacerdote qui confitetur se
debitorem concubinæ. & faciunt quæ in
infinitis locis tradũt Dd. de cõfessione pa
tris, circa dicta Bar. in l. hæreditariũ. ff. de
bonis aut. iud. possid. ut per Aret. & alios
in §. si quis in fraudem. Instit. de actio. Ias.
in Auth. unde si parens. C. de inoff. testa.
iij. notab. Præterea dato quòd constaret
pleraq; ex ipsis bonis esse materna, non ta
men omnia sunt materna, unde nec in iu
re nec in facto redditur motiuum super=
fluum, & militat adhuc doctrina Bart. in
d. l. talis scriptura. §. fin. ff. de legat. i. cum
decisionib. in specie datis in motiuis. Nec
obstat dum illi doctrinæ multifariam re=
spondetur. Et primo, quòd casus omissus
4 habetur pro omisso: &, casus contingens
præter ordinationem testatoris non com
prehenditur, etiã quòd maior esset ratio
in uno casu quàm in alio, iuxta not. per
Cynum in l. quod fauore. C. de ll. quem
sequitur Petr. de Anchar. consil. ccclvi. ex
serie. Decius consil. lxxxix. col. iij. Nam li
cet illud dictũ sit notabile in materia sua,
ut per eundem Deci. consil. ccxviij. num.
11. & consil. ccxci. ubi melius loquitur pro
d. aduocato. & Socin. consil. lxij. uiso capi
tulo. tamen non congruit casui nostro.
Nam considerandũ est quòd prefati Dd.
5 loquunt̃ quando casus qui euenit est præ
ter ordinationem testatoris & omnino o=
missus, scilicet quia testator nullam de eo
penitus mentionem fecit. & ita expresse
uult Petr. de Anchar. d. consil. col. ij. uers.
sed sumus in casu in quo testator nihil
prouidit. & Deci. d. consil. lxxxix. col. pe=
nult. uers. non obstat quòd si testator. Et
hoc est etiam generale, quòd casus omis=
sus habetur pro omisso, quando omnino
fuit omissus, ut in l. cõmodissimè. ff. de li-
ber. & posthu. Deci. consil. xv. prope fin.
Sed in casu nostro non fuit omissus casus
quãdo masculus nasceret̃, licet in eo casu
non fuerit apposita reciproca substitutio:
unde cum expressus fuerit uterq; casus,
materia nostra nõ est, an casus omissus ha
6 beatur pro omisso, sed nunquid dicta in
uno casu, censeantur referri ad alium ca=
sum etiã expressum, quo casu militat tunc
doctrina Bar. in d. §. final. cum decisioni=
bus in specie allegatis, cum nõ possit red=
di ratio diuersitatis, & habet locum gl. in
l. tale pactũ. ff. de pact. Secundo ad abun=
dantem respondetur, quòd in cõtrarium
allegata haberent locum, quando substi=
tutio reciproca esset facta sub hac condi=
tione, si nasceretur fœmina: nam si nasce=
retur masculus, esset casus præter ordina=
tionem testatoris, ut præsupponitur per
dominũ aduocatum. Sed hoc non est ue=
rum: nam testator postquam prouidit in
casu quo nasceretur masculus, item & se=
cundo in casu quo nasceret̃ fœmina, sub=
ijcit, quòd si aliqua ipsarum decesserit si=
ne liberis, substituit superstitem &c. Est
igitur substitutio reciproca facta sub con
ditione, si aliqua ipsarum decesserit sine li
beris, non sub alia. Sumus itaq; propriè in
materia, nunquid clausula in fine posita 7
referatur ad omnia capitula præcedentia.
Et concludendum est quòd sic, ut supra
dixi. Nec obstat quòd clausula in fine po=
sita non referatur ad omnia præcedentia,
quando talis clausula cõtinet grauamen,
iuxta notata de conditione per Afflictum
decis. ccxlviij. col. fin. sed hæc substitutio
est resoluta in fideicommissariam, & fidei
cõmissum est onus, ergo &c. Nam breui=
ter respondetur, quòd licet fideicommis= 8
sum simplex sit onus, & ideo in dubio nõ
debeat induci, ut per Decium d. consil. cc
xci. tamen hoc non procedit ubi fideicõ=
missum est reciprocum. l. si pater puellæ.
ubi Ias. C. de inoffi. testam. & in terminis
Curt. iunior consil. xxij. num. xiij. Cessan
te ergo onere, cessat respõsio, & dicta per
Afflictum.

Bellonus. Papiæ.

1 *Consuetudo generalis per totam Galliam, Le mort saisist le uif, an habeat locum in fideicommissario.*
2 *Iura aliqua non transeunt in fideicõmissarium, nec in hæredem, ante aditionem uel restitutionem regulariter.*
3 *Fideicõmissarius facta restitutione uerbali, idem iuris habet in iuribus utilibus, quod hæres in iuribus directis.*
4 *Bonorum possessor an ueniat appellatione hæredis.*
5 *L. fin. C. de edict. diui Adria. toll. habet locum in fideicõmissis post restitutionem uerbalem.*
6 *Consuetudo est stricti iuris, sicut statutum, nec extenditur de persona ad personam.*
7 *Extensio non habet locum in pœnalibus.*
8 *Statuta exorbitantia uel correctiua loquentia in casu uero, non extenduntur ad casum fictum.*
9 *Extensio in correctorijs nõ fit etiã à maioritate rationis.*

Hære=

10 *Hæreditatis appellatione non uenit fideicommissum.*
11 *Verba legis ubi non conueniunt, ibi nō habet locum eius dispositio.*
12 *Casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis.*
13 *Consuetudo seu statutum de continuanda possessione in hæredem, non operatur ante aditam hæreditatem.*
14 *Statutum loquens in casu uero, extenditur ad casum fictum, quando fictus & uerus æquiparantur.*
15 *Iura transeunt in fideicommissarium ex persona hæredis grauati, non ex persona testatoris.*
16 *Lex habens plures intellectus, non est allegabilis ad decisionem causarum.*

Consil. XLII.

DEO opt. max. autore. Cōmuniter in Italia habentur statuta & decreta, quòd possessio defuncti continuet in hæredem. Idem quoque disponitur per consuetudinem Comitatus
1 Burgundiæ, incipientem, Le mort saisist le uif son heritier. Vnde fuit dubitatū, an prædicta consuetudo haberet locum in fideicommissario. Nec dixerit aliquis, rem esse claram, & decisam per Alex. consil. lxxxij. perspectis. ij. uol. qui concludit in terminis nostris, eum non comprehendi in hac consuetudine, quia fideicommissarius est fictè & impropriè hæres. Nam respondebunt alij, consilium Alex. procedere ante factam restitutionem uerbalem fideicōmissi: secus post factam restitutionem, quia tunc quo ad iura utilia idem iudicatur de fideicōmissario, quod de hærede. l. facta. ad Trebell. Idem enim operatur restitutio in fideicōmissario, quod aditio in hærede. Pro resolutione igitur uidentur mihi constituendi duo casus. Primus est, quid ante factam restitutionem. Secundus, quid post factam restitutionē uerbalem: nam de reali non loquor, quia tunc haberet actualem possessionem, nec esset tractandum de hac consuetudine. Quantum attinet ad primum, res est sine dubio, consuetudinem locum non habe-
2 re, cum ante restitutionem nō modò possessio, sed nec alia iura transeant in fideicōmissariū regulariter. d. l. facta. Et idem est in hærede, in quo consuetudo non habet locum, nisi adita hęreditate: nam tunc sicut per aditionem transferuntur dominium & reliqua iura in hæredem, per l. cum hæredes. ff. de acquir. possess. ita & possessio per consuetudinem, ut declarat Alex. in d. l. cum hæredes. & Ias. in d. l. si sorori. Et hoc est generale in quacunque materia faciente mentionem de hærede, ut intelligatur post aditam hæreditatem. Bart. in l. gerit. iij. col. uers. circa tertium. de acquir. hæred. Bald. in l. potuit. C. de iure deliber. & in statuto in specie tradit Socin. consil. cxxi. col. iiij. uers. præterea etiam. Quo ad secūdum est dissensio inter Doct. ideo referemus hinc inde rationes quę magis attingunt punctum, ut resolutio haberi possit. Et primo, quòd consuetudo habeat locum etiam in fideicommissario, facit, ut suprà dictum est, fideicōmissariū facta restitutione uerbali, idem 3
iuris habere in iuribus utilibus, quod hæredem in iuribus directis: sicut enim per aditionem hæreditatis transeūt omnia iura directa in hæredem, præter possessionem, l. cum hæredes. ff. de acquir. possess. ita per restitutionem uerbalem iura utilia in fideicōmissarium, l. facta. l. restituta. ff. ad Trebell. & tunc transit quoque possessio uirtute consuetudinis, quæ ea tantum causa inducta est, ut idem iuris statuat in possessione, quod l. cum hæredes. in alijs iuribus. & hac ratione ita in terminis talis statuti seu consuetudinis, consuluit Paul. de Cast. consil. cxxxiij. uiso puncto & dubijs. col. fin. in antiquis. Secundo, bonorum possessor etiam ipse nō est 4
uerus hæres, nec propriè, sed fictè: uice enim & loco hæredis est. l. ij. ff. de bonorū possess. §. quos autem. Instit. de bonorum possess. & tamen in materia quamuis strictè intelligenda, appellatione hæredis uenit bonorum possessor: ideo conditiones quæ intelliguntur strictè ad literam, puta, si hæres non erit, uerificantur in bonorum possessore. l. in cōditionibus. §. si patronus. ff. de cond. & demonst. Bar. in l. i. §. bonorum. ff. ad Trebell. Item mandatum factum ad hæreditatem adeundam, uerificatur in bonorum possessione. l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. ff. de acquir. hær. & mandatū est strictè & ad unguem intelligendū. l. diligenter. ff. mand. & in statuto loquente de hærede, ut comprehendat bonorum possessorem, decidit

Bart.in d.§.bonorũ.& ibi ſequuntur cõmuniter Doct. Alex.& Iaſ.in l.emancipata.C.qui admitt.Aret.& Soci.in l.i.ff.de uulg.& pupill.ij.notab.Idem uidetur dicendum in fideicõmiſſario, quamuis nõ ſit propriè hæres,ſed fictè.Tertio,in indiuiduo facit: nam prouiſio legis loquens de hærede, habet locum in fideicõmiſſario.l.i.§.de illo.iuncto ſenatuſcõſulto poſito in prin.legis ff.ad Trebell.& ibi expreſſe notat Bart.& cõmuniter Doct. Et ſubdit Alex.idem eſſe in ſtatuto.Inde eſt, quòd ſi hæres non fecit inuentarium, poterit fideicõmiſſarius illud facere: quamuis lex diſponens de inuentario faciendo, loquatur de hærede. Bart.in l.in ratione.§.quod uulgò.quæſt.ult.ff.ad l.falci. Brunus conſil.xviij.col.i. Inde eſt, ſi teſtator prohibuerit aliquem oſtendere libros & reddere rationes niſi hæredi, tenebitur etiam reddere fideicõmiſſario.Curtius ſenior conſil.xix.in regno.in ij.dubita. In-
5 de quoq; eſt l.fin. C.de edict. diui Adria. toll.diſponentem de hærede in poſſeſsionem mittendo, oſtenſo teſtamento non abolito nec cancellato, procedere etiam in fideicõmiſſario,poſt reſtitutionem uerbalem. Bart.in d.l.final.cum quo omnes tranſeunt ibi,declarando gloſſam in uerbo,ex parte,quę contrarium ſentiebat,& latius perſequitur Decius conſil.vij. ſequuntur moder.in l.centurio.tradendo utilitates quæ reſultant, an ſubſtitutio ualeat iure directo uel iure fideicõmiſsi: & ubiq; legendo illas leges idem ſum ſequutus.Quarto & ultimo,hanc partẽ in præciſis terminis conſuetudinis Comitatus amplexi ſunt moder. ſcilicet Chaſſaneus cõſil.xix.iuxta prædicta.dubio xij.& conſil.lxij.ex uerbis.col.vi.qui atteſtant idem fuiſſe iudicatũ per areſtum in parlamento Tholoſano,ubi adeſt ſimilis conſuetudo,& fideicõmiſſarium obtinuiſſe in poſſeſſorio. Contrariam opinionem uti uerisſimam ſequor & affirmo, cõſiderando
6 nos eſſe in cõſuetudine,quæ eſt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda, ideo non extenditur de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam,Bal.in c.i.in fine prin. de feudi cognit. Aret.conſil.clxxij.in cauſa quæ uertitur.col.iij.ſicut nec ſtatutum.l. quicquid aſtringendæ.de uerb.oblig. Et in materia ſtricta appellatione hęredis nõ comprehenditur fideicõmiſſarius, cum non ſit hæres ſtrictè.Ideo in laudo, quod eſt ſtrictè accipiendum,l.non diſtinguemus.§.fi.ff.de recept.arbit. ſi arbiter mandet aliquid dari hęredi,non continebitur fideicõmiſſarius.Ant.de But.cõſil.lxxvi. uiſo puncto.in fin.Similiter mandatũ factum hæredi ſub pœna, non afficit fideicõmiſſarium.Socin.conſil.cxvi.in cauſa filiorum.col.ij.uol.iij. Ratio, quia caſus pœnales ſunt ſtricti iuris, & non recipiũt 7
interpretationem extenſiuam. Bald.in l. cum proponas.C.de hæred.inſtit.col.fi. Rom.conſil.ccccv.præſuppoſitis.col.ij. Deci.in l.factum.§.in pœnalibus.ff.de regul.iur. Fortius,fideicõmiſſarius eſt hæres fictè.l.ſi filiusfam.§.i.ibi,quodammodo.ff.quod cum eo.quæ uox notat fictionem,l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu. Bart.in l.ſi is qui pro emptore.col.v.de uſucap.et loco hæredis habetur.l.poſtulante.§.penul.cum multis ſimilib.ff.ad Trebell.Aliudq; eſt eſſe talẽ,& haberi pro tali.l.mercis.ff.de uerb.ſignif.Et certum eſt in iure, ſtatuta exorbitantia à iure cõmuni ſeu cõ 8
ſuetudine, ut noſtra eſt, quæ exorbitat à d.l.cum hæredes.de acquir.poſſeſſ.ſi loquantur in caſu uero, non extendi ad fictum,l.i.§.hoc interdictũ.ff.de fonte. doctrina Bar.uulgata in l.iij.§.hæc uerba.ff. de neg.geſt.ubi ſpecificè loquitur de hærede uero & ficto.& in l.omnes populi.in iiij.quæſt.vi.quæſt.principalis.uerſ.ulterius quæro.ff.de iuſtit.& iure. Et ita in fideicõmiſſario per hanc rationem concludit Alex.Iaſ.& alij moder.in d.§.de illo. Soci.in l.i.ij.notab.in fin.ff.de uulg.& pupill.& in cõſuetudine noſtra idem Alex. conſil.lxxxij.perſpectis.col.ij.uolu.ij.Et quòd huiuſmodi ſtatutũ ſeu conſuetudo de continuanda poſſeſsione,tanq; exorbitans à iure cõmuni,extendi nõ debeat,tenuit Imol.conſil.xvi.uiſo caſu.Iaſ.conſil. cxlvij.circa primã.col.x.uol.ij.Augentur prædicta, quòd hæc conſuetudo eſt non modò exorbitans,ſed correctoria, & contra ius cõmune,id eſt, contra d.l.cum hæredes. Alex. & Iaſ. ibi. Et in correctorijs 9
non fit extenſio,etiam à maioritate rationis,gl.in Auth.quas actiones.C.de ſacroſan.eccleſ.ubi Iaſ.Ita in ſtatuto uult Bart. in l.

in l.omnes populi,ix.q.primæ q.princip. ff.de iust.&iur.&cōmuniter Dd.&de cōsuetudine cōtra ius tradit Aret. cōs.xliiij. in proposita. Et ideo stante statuto, quòd hæreditas non adita nō transmittatur, ex quo esset correctoriū iuris cōmunis, contra l.unic.§.in nouissimo.C.de caduc.tollen.non extenderet̄ ad fideicōmissum,ut consuluit Deci. consil.lv. prope fin. quia appellatione hæreditatis non uenit fideicommissum,l.si Titius.in fin.de legat.iij. Cumanus consil.cxli.uisis. Et hoc fundamento ita decidit Alex. in consuetudine ista,ut non comprehendatur fideicōmissarius, in d.consil.lxxxij. ij. uol. sequitur Deci.d.l.fin. de edict. diui Adria. col.vij. Et q̄uis hæc satis superq; sint pro confirmatione huius partis,secundo tamē principaliter adhuc facit regula quam

11 habemus,ubi uerba legis uel statuti adaptari nō possunt,ibi nō habere locū dispositionem,l.iiij.§.toties.ff.de dam.infec. quam Bart.notat ead.l.§.prætor ait.in fi.Feli.latè in c.nōnulli.in prin. col.antepen. cum seq. extra de rescript. Curt. iunior consil. clxxxij.habita.col.ij.Sed uerba consuetudinis nostræ nō conueniūt fideicōmissario,cum consuetudo loquatur de possessione defuncti seu mortui cōtinuanda in hæredem:& nos per restitutionē fideicōmissi,tractamus de cōtinuanda possessione hæredis in fideicōmissariū,qui nō succedit hæredi, sed testatori. l. cohæredi. §. cum filiæ.ff.de uulga. Et hæc fuit subtilis consideratio Alex. in terminis nostris, d. consil.lxxxij.quam confirmo: nam mortuo testatore qui fecit fideicōmissum, necesse est hæredem eius ab intestato uel ex testamento adire hæreditatē,ut possit restituere fideicōmissum: imò ad hoc cogi potest. l. quia poterat. ff. ad Trebell. §. in primis. Instit.de fideicōmiss.hæred. cum simil. Per hanc aditionē transferunt̄ iura hæreditaria in hæredem,per d.l.cum hæredes.& possessio per consuetudinē,quo casu satisfactum est uerbis consuetudinis dicentis,possessionem mortui continuari in hæredem. Nunquid autem idem sit, quādo hæres restituit hæreditatē fideicō-

12 missario, nullum uerbum fit in consuetudine,ideo relinquendus est iste casus dispositioni iuris cōmunis, l. si extraneus. ff.de cond.caus.dat. l.si cum dotem.ff.solut.matr. quo disponitur possessionē nō transire ipso iure,sed esse necessariam apprehensionem. d. l. cum hæredes, maximè in fideicommissario, qui debet capere de manu hæredis: aliàs si de propria autoritate capiat,incidit in pœnam l.non est dubium. C. de legat.cum materia. Facit, quòd cum hæc consuetudo sit contra ius cōmune, statim postq; est aliquid operata,debet restringi, ut minus lædat ius cōmune quàm sit possibile.l.ij. C.de noxal. Non obstant modò allegata pro parte affirmatiua,& primo ratio Paul.de Cast.d. consil.cxxxiij. constituentis differentiam ante restitutionem uel post: nō enim hæc est sua differentia secundum terminos iuris,& locutus est Paul.inaduertēter:nam ante factam restitutionē nō est casus considerabilis,an fideicōmissarius cōprehendatur in consuetudine,quia eo tēpore nō est hęres nec largè nec strictè,& in effectu nihil est. Et idem in hærede ante aditā hæ- 13

reditatem, in quo non habet locum consuetudo,ut dixi s̄ in primo casu. Punctus igitur cōsistit post aditā hæreditatē ab hærede, & post factam restitutionē fideicōmissario,quo casu cōmunis est sententia, appellatione hæredis non uenire fideicōmissariū,qui q̄uis quo ad iura utilia tantum consequat̄ per restitutionē, quantū hæres directus per aditionē, id tamen est per fictionē:& in materia strictè intelligēda & correctoria,casus uerus nō extendit̄ ad casum fictum,ut proximè diffusius tractaui. Non obstat secūdo instantia de bonorum possessore:nam fateor eum quoq; esse hæredem fictè sicut fideicōmissariū: tamen est differentia inter ipsos,quòd lex æquiparat bonorū possessionē hæreditati. l. hæreditatis appellatione. ff. de uerb. signif.ubi inquit Iurisconsultus, Hæreditatis appellatione bonorū quoq; possessio continetur. quod nō facit fideicōmis-

sum. Et quoties casus fictus æquiparatur 14

uero à lege,statutum loquens in casu uero extenditur ad casum fictum, etiā in materia exorbitanti & stricta.c.cum dilectus. iuncto c. ad audientiam. extra de cler.nō resident.& ita limitatur doctr. Bar.in d.l. iij.§.hęc uerba,propriè in bonorū possessore,per Rom.in d.l.i.§.hoc autē,ad Tre-

L

Trebell. & ibi Alex. qui dat aliam responsionem, quam sequit̃ Soci. d. l. i. ij. notab. de uulg. in eodemmet proposito. & idem Alex. in apostill. ad Bart. in d. §. hæc uerba. Alex. & Ias. in d. l. emancipata. C. qui admitti. Atq; hanc differentiã inter bonorum possessorẽ & fideicõmissariũ approbat etiam in pœnalib. & odiosis D. Alciatus in d. l. hæreditatis. in fi. idq; placet, per suprà dictam rationẽ æquiparationis. Secundo dicas, aliam esse inter istos differentiam, quòd in bonorũ possessore possunt uerificari uerba consuetudinis, cum à testatore in eum transeant iura, agnita bonorũ possessione: quod nõ est in fideicõ-
15 missario, in quem nõ transeũt iura ex persona testatoris, sed hæredis grauati, cum hæres etiã post restitutionẽ remaneat hæres, & retineat iura directa. §. restituta. Inſtit. de fideicõmiss. hæred. Non obstat tertio, dispositionẽ seu statuta loquentia de hærede, comprehendere fideicõmissariũ: nam id debet intelligi in dispositiõe quæ sit secundum ius cõmune uel præter, non autem quæ sit contra, ut est nostra consuetudo, ita se resoluunt Alex. & cõmuniter omnes in d. l. i. §. de illo. & Soci. d. l. i. ij. notab. & Alex. d. consil. lxxxij. Non obstant consilia modernorũ, quia in consil. lxij. loquunt̃ ante factam restitutionẽ extraneo, quo casu est falsissimũ cõsuetudinẽ posse intelligi in fideicõmissario, cum in hærede ipso directo locum non habeat, ut pluries dixi: & in effectu (licet ibi referant arestum parlamenti Tholosani) nihil adducunt pro eorum opinione, seq; inuoluũt, & nesciunt qua ratione præcise motũ fuerit parlamentum ad ita dicendum: & cum plures esse potuerint, ut quotidie uidemus emergere ex processibus, non est faciendum fundamentũ super illo aresto, nec super consilio suo, quia non concludunt necessariò in quæstione nostra, argumento eorum quæ dicũtur de lege ha-
16 bente plures intellectus, ut non possit allegari ad decisionem causarum, per Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Eius enim quod multipliciter exponit̃, ueritas ignoratur. Bald. in l. scire leges. ff. de legib. Decius l. quoties idem sermo. in fin. ff. de regul. iur. Et quãuis in cõsil. xix. se aliquantulum restringant loquendo in fideicommissario post factam restitutionem uerbalem, tamen idem est, quia ut suprà clarissimè demonstraui, cõmunes cõclusiones Doctorũ, ut fideicõmissarius nõ comprehendatur in hac consuetudine, procedũt propriè post factam restitutionem &c.

Bellonus. Dolæ.

1 *Statutum contra libertatem ecclesiasticam est nullum.*
2 *Statutum laicorum super molendinis ciuitatis, non comprehendit molendinum ecclesiæ.*
3 *Dolum committit qui aliquid falso affirmat.*
4 *Lex dolo facta tenet, sed obstat exceptio doli, & de dolo eius qui induxit legislatorem, potest inquiri.*
5 *Transactio nõ debet rescindi, antequam cognoscatur de dolo eius qui fabricauit instrumentum falsum.*
6 *Fructus & damna ueniunt in actione de dolo.*
7 *Crimen hæresis & læsæ maiestatis æquiparantur, & in utroq; testes aliàs inhabiles admittuntur.*
8 *Accusator quilibet admittitur in crimine publico.*
9 *Syndicus uniuersitatis est persona idonea ad accusandũ.*
10 *Capitalis causa in ciuitate efficitur pecuniaria.*
11 *Accusatus nõ potest petere post conclusionem in causa ut accusans se subscribat libello accusatorio.*
12 *Pœna talionis hodie abijt in desuetudinem.*
13 *Cadauera eorum in quos animaduertitur, nõ possunt tolli per cognatos, & ibi qua pœna puniantur qui ea abstulerunt.*
14 *Ponderibus falsis utens, qua pœna ueniat puniendus.*

Consil. XLIII.

Deo optimo maximo autore. Quatuor proponunt̃ mihi dubia resoluenda. Ad primum, quomodo teneat̃ decurio qui fuit autor cuiusdã edicti facti de tollendis uineis: quod factũ non fuisset, nisi ipse attestatus esset, & falso, clerũ uniuersum cõsentire: dico, quantum ad illud edictum de uineis tollendis quæ erant intra ciuitatem, non cõprehendisse clericos, & uineas clericorum, & ex illa parte esse nullum: nam statutum laicorum tendens directò uel indirectò cõtra libertatem ecclesiasticam, est nullum. Authen. cassa & irrita. C. de sacrosanct. eccl. c. fin. de iure immunit. in vi. uel quatenus ualeret, potest ab eo in cuius iniuriam cõditum est, appellari, uel doli exceptione elidi, ut est tex. in l. i. in fi. ff. de dol. except. & Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. in v. q. prin. in fi. ubi omnes, & idem Bart. in l.

in l.ambitiosa;ff.de decret. ab ord.facien. col.penult. & Doct.in l.i. ff. quod quisq; iuris. & in proposito nostro optimè facit quod consuluit Petr. de Anchar. consil. clv.incip.optimis rationibus. quòd statu=
2 tum factum à cõmuni Spaletri super molendinis illius ciuitatis,nõ comprehendit molendina archiepiscopi.Et licet contrarium senserit Bald.in eisdem terminis, ut consil.xi.inter consil.Petr.de Anch.tamẽ dictum consilium Petri de Anch.sequuti sunt alij Doct.consulentes, & collegium Bononiense,ut cõsil.xij. & consil.xiij.inter dicta consil.Petri de Anch.quos contra Bald.sequitur Felin.in c.cum omnes. col.ij.de constitut.& hi omnes Doct.concludunt, quòd statutũ de rebus ecclesiæ tollendis uel auferẽdis, uel nõ liberè utendis,est cõtra libertatẽ ecclesiasticã. Sed super hoc pũcto nõ me extendam ulterius, cum per Cæsareã maiestatẽ sit iam bis declaratũ,in dicto statuto nõ debere cõprehendi uineas ecclesiasticorũ.Quantũ uerò attinet ad id,quòd suprà dictus induxerit alios decuriones ad faciendũ illud statutum, falso asserens dños ecclesiasticos esse contentos ut fieret, sine dubio dolum cõ=
3 misit: nam qui falsò aliquid affirmat aliũ decipiendi causa,dicitur esse in dolo,& actione de dolo tenet̃. l.& eleganter.§.fin. cum ll.seq.ff.de dolo. Et quamuis lex do=
4 lo facta teneat,nec sit de potestate ipsius legis perquirendũ,sed obstet exceptio doli, ut s̃ dixi,& tradunt Doct.in l. ij. ff. quod quisq; iuris,tamẽ bene potest queri de dolo inducentis legislatorẽ ad legem faciendam,ut in terminis uult Iacobi.de sancto Georg.in d.l.ij.quod quisq; iuris. in prima lectura.facit quod notab. decidunt Iacob. Butrig. Alex. Ias. & reliqui in l.si ex falsis.C.de transact.quòd si aliquis transegit producendo instrumenta falsa, quæ alius fabricauerat,quæ tamen ipse nescie=
5 bat falsa esse:anteq; rescindatur trãsactio, debet de dolo illius qui fabricauit instrumenta perquiri. refert & summè cõmendat Curt.iun. comprobando alijs similibus,consil.clxxix. incip.præsupponitur. col.fin. Sic in nostro proposito est inquirendum prius de dolo eius cuius causa factum est statutum,q̃ de ualiditate statuti. Cum itaq; expressus eius dolus probatus fuerit, tenetur ipse ad damna & interesse quæ passus est clerus ratione illius doli. l. cum quis.ff.de dolo.l.& eleganter.§.si dolo malo.& ibi notat gl.& bonus text. in l. arbitrio. §. dolo. eod.tit. & declarat Azo in Summa.C.eod.tit.col.iiij. Curt.d.consil.clxxix.in fi.In quibus damnis conside= 6
ratio haberi debet de fructibus non perceptis,quia uineæ remanserunt derelictæ & incultæ,ut est casus in d.l.cum quis. & ibi Odofred. in specie declarat & decidit.

Ad secundum, an syndicus ciuitatis sit persona legitima ad accusandum,respondetur quòd sic:nam in causa hæresis & læsæ maiestatis,ut ista est,quæ æquiparant̃, 7
ut per Marsil.consil.i.col.iij.admittuntur ad accusandum etiam personæ aliàs inhabiles,ut per Angel. in tract. de maleficijs, in uerb.necnõ ad querelam.col.v.ubi dicit de muliere. Accedit quòd omnia crimina de quib.agitur, sunt publica, ut de hæresi est text.in l.Manichæos. C.de hæret. De crimine læsæ maiestatis & alijs est tex.qui ad literam omnia recẽset, in l.i.ff. de publi.iudi. Et solet dari regula permis= 8
siua,quòd in crimine publico quilibet admittitur ad accusandũ;quod procedit nõ modò in ciue, sed in forensi, ut per Ang. in d.tract.de malefic.in d.uerbo, necnon ad querelã.col.iiij.Et in specie quòd uniuersitas possit cõstituere syndicum ad ac= 9
cusandum,uult Gand.in tract.malefic.in rub. qui accusare poss. col.ij. uers. sed hic quæro.Nec obstat quod faciebat difficultatem,ut scilicet syndicus nõ posset accusare, quia nõ potest ciuitas se subscribere & obligare ad pœnã talionis;nam respondetur,quòd pœna quæ in alia persona es= 10
set capitalis, in ciuitate est pecuniaria ob multitudinẽ: unde dici solet, Ob populũ multum, crimen pertransit inultũ,c.ij.de temp.ordin.& ibi gl. in uerb. multitudo. Marsil.in l.qui cædem.in fi.C.ad l.Corn. de sica. Et ista est etiã ratio, quòd speciale est ut ciuitas si accusata sit de crimine, potest cõparere per syndicũ,ut est text.& ibi Io.de Plat.optimè declarat,in l.tam collatores.§.ut aũt. C.de re milit.lib.12.q̃uis regulariter in criminalib.quis nõ possit cõparere per procuratorẽ.l.pen.§.ad crimẽ. ff.de publi.iud.Ex quo infertur,quòd de pœna talionis nõ est hic tractandũ. Et no

tandum est in hac materia talionis, quòd etiã si essemus in casu ubi debuisset accusans se subscribere ad hanc pœnã, ad instantiam accusati, ut l. in causis. C. de accu
11 sat. tamen cum sit conclusum in causa, nõ posset amplius petere accusatus, ut accusans se subscribat ad pœnã talionis. Marsil. in pract. crimin. §. sequẽs. col. iij. nu. 21. allegat Bar. in l. is qui reus. ff. de pub. iudi.
12 Quinimò quod plus est, hodie de consuetudine nõ seruatur amplius inscriptio ad pœnam talionis. Gandi. in d. tract. in tit. qualiter fiat accusa. col. ij. Lancelot. Dec. in l. transigere. C. de transact. post Bart. in d. §. ad crimẽ. col. i. Deci. in l. si fugitiui. nu. 22. C. de ser. fugit. Ad tertiũ dicitur,
13 quòd corpora eorũ in quos animaduertitur, nõ possunt tolli per cognatos nec per alios. l. i. cum seq. ff. de cadaue. punitorũ. Nec illæ leges corrigunt per l. obnoxios. C. de relig. ut per Dd. in d. ll. & in d. l. obnoxios. maximè Alberic. & Imol. Zabarell. & alij in Clem. i. de pœnit. & remiss. Verũ cum à lege pœna statuta nõ sit, erit arbitraria, scilicet arbitrio principis. Bar. in l. expilatores. ff. de effract. & expilat. Et cum lex prohibeat tolli corpora sine permissu principis, ut d. ll. qui cõtra prohibitionem legis facit pœna arbitraria punit. l. nemo martyres. ubi Bar. C. de sacrosan. eccles. l. hodie. ubi idem Bar. ff. de pœnis. Et cum delictũ nõ sit graue, non extendet pœna usq; mortem. Feli. in c. ex literis. de constit. ubi Deci. col. pen. & fin. idem Deci. cõsil. c. col. fin. Ad quartũ respõdeo,
14 eos qui habent iniqua seu iniusta pondera, & illis utunt, uariè in iure puniri. nam aliquãdo relegant. l. pen. ff. ad l. Cornel. de falsis. l. annonã. in fi. ff. de extraord. crimin. aliquando extra ordinẽ puniunt. l. in Dardanarios. ff. de pœnis. tradit Hostieñ in summa, de empt. & uend. §. quib. mensuris. in fi. Et in hac diuersitate pœnarum est arbitrariũ iudici imponere quam uult. Panor. in c. ij. extra de emp. & uend. ubi in terminis nostris loquitur. Et iudex in diuersis pœnis mitiorẽ & minorẽ eligere debet. Bal. in l. quicũq;. C. de ser. fugit. col. pen. uers. scias etiam. Alex. consil. v. in causa inquisiti. in fi. uol. i. & consil. cxi. põdera. col. pen. eod. uol. maximè cũ ex processu constet inquisitũ leuiter deliquisse: nõ enim apparet pondera esse multũ iniqua, sed in modico deficere.

Bellonus. Dolæ.

1 *Duo rei quando poßint conueniri insolidum.*
2 *Creditor recipiens dimidiam debiti ab uno ex correis, an censeatur diuidere obligationem.*
3 *Correus soluens partem debiti, ad hoc ut dicatur diuidere obligationẽ, requiritur quòd expresse dicat se soluere pro portione sua.*
4 *Iurans super contractu, si illum non seruat, cadit à cõmodo contractus.*
5 *Venditor generis tenetur tradendo transferre dominiũ.*
6 *Debitor uenit prius excutiendus quàm tertius possessor.*
7 *Correi uidentur inter se fideiubere.*
8 *Excußio non habet locum quando agitur ex l. fin. C. de acquir. possess.*
9 *Constituto utens debet probare constituentẽ tempore cõstituti possedisse.*

Consil. XLIIII.

DEO opt. max. autore. Licet Andreas de Marcherijs, & Gabriel de Prouincia, uiderent nõ posse cõueniri insolidum, quãuis se insolidũ obligauerint aduersus quendã Vincentiũ Cicerchiam, cum iure caueat plures reos e- 1
tiam insolidũ obligatos, insolidũ non exigi, nisi in casu inopię, uel absentiæ, Auth. hoc ita. C. de duob. reis. & in corpore unde sumit: tamen ex quo expresse renũciauerũt dispositioni dictæ Auth. & insolidũ se obligarũt, ut cantat instrumentũ, dico eos insolidũ cõueniendos, ut uoluit gl. in d. Auth. hoc ita. & ibi Bar. col. xi. & Bal. & Salic. & gl. in Auth. eo. ubi Bart. & Ang. & gl. in §. fin. Instit. eod. ubi Ang. Porc. & omnes: potest enim quisq; fauori pro se introducto renũciare. l. pen. C. de pact. cũ simil. Et ex his fundatã habent intentionẽ hæredes d. Vincentij contra ãdictos correos. Nec obstat quòd recessum uideatur ab insolidũ obligatiõe, propter solutionẽ 2
partis dimidiæ debiti factã ab Andrea de Marcherijs, per quã censet ipsum liberatũ, & Gabrielẽ teneri tantũ pro dimidia, propter doctrinã Bart. in l. ex duob. col. i. ff. de duo. reis. qui cõcludit, quòd solutio facta ab uno ex correis qui nõ habebat beneficiũ diuisionis, pro parte inducit diuisionẽ, pro quo est casus in l. si creditores. C. de pact. quia respondet multifariã. Primo,

mo, quòd illa doctr. procedit quādo cor=
3 reus soluit expresse, pro parte & persona
sua. ita cōmuniter intelligūt illam l. si cre=
ditores. Doct. ibi. & in l. si ex toto. §. i. ff. de
lega. i. quod nō est factum in casu nostro.
Secundo, quòd Andreas nō soluit ex ea
causa qua insolidum tenebat̃, sed ex causa
depositi cuiusdā facti 1527. & alia obliga=
tio est facta 1528. Quod cōijcitur etiā ex
eo, quia si uoluisset soluere dimidiā libra=
rum mille & sexcentū, utiq; soluisset octin
gentas libras, & tamē soluit tantū septem
centū sexaginta unā, unde ex diuersis nō
infertur. l. Papin. exuli. ff. de minori. quo
fit ut etiā nō habeat locū d. doctrina Bart.
nec d. l. si creditores. quæ procedit quādo
est facta solutio præcise pro rata ab altero
ex correis: secus si plus uel minus sit solu=
tum, quia tunc nō inducit̃ diuisio, secun=
dum gl. in l. item eos. §. i. in uerb. soluit. ff.
de fideiuss. ubi Ang. dicit se ita obtinuisse
in facto, sequunt̃ Alex. Iason, & moderni
in d. l. si creditores. Præterea cum d. An=
dreas reperiat̃ obligatus ex duabus cau=
sis, etiā quòd simpliciter soluisset, uideret̃
in dubio potius soluisse in eo quod debet
pro se, non pro alio. l. & magis. ff. de solut.
& in antiquiorē causam. l. in his. & l. si ex
plurib. §. fi. eo. tit. Tertio cōsiderandū est,
quòd Andreas erat obligatus ex causa de
positi: & licet postea se obligauerit insoli=
dum, per hanc secundam obligationē nō
est facta nouatio, quæ hodie nō fit nisi ex=
presse agat̃. l. fi. C. de nouat. Licet ergo li=
berauerit se ab obligatione qua ipse tan=
tum tenebat̃, remanet tamē adhuc obliga
tus pro parte correi ex secunda obligatio=
ne. Credo tamē d. Andreā in nullo esse li=
4 beratū: primo, quia nō potest uti cōmodo
illius dationis insolidū, quam iurauit nec
obseruauit. l. si quis maior. cū materia. C.
de transact. Secūdo, quia obligatio tollit̃
solutione eius q̃d debet̃. Instit. quib. mo.
toll. oblig. in prin. Sed ipse Andreas nihil
soluit, licet uerbo dederit in solutū dictū
frumentū, quod non peruenit ad credito
rem: & uerba debēt intelligi cū effectu. l. i.
§. hæc uerba. ff. quod quisq; iuris. l. pen. §.
docere. ff. ne quis eum qui in ius uoc. Ad
hæc, ille Andreas qui dabat in solutum &
uendebat, ad hoc ut liberaret̃ tenebat̃ tra
dere. l. ex empto. ff. de actio. & empt. & in
hac traditione tenebat̃ trāsferre dñium d. 5
frumēti, cū sit debitor generis. gl. & Bart.
in d. l. ex empto. & Bar. in l. ij. in fine prin.
ubi omnes. ff. si cert. pet. Cum igitur hæc
nō interuenerint, nō dicit̃ soluisse, & ideo
nec se nec correū in aliqua parte liberasse,
unde insolidum tenent̃. Quo ad tertios
possessores, an possint opponere si conue
niant̃, ut prius excutiant̃ bona Gabrielis
correi, dicendū est quòd sic, cum prius de
beant principales excuti q̃ tertij possesso 6
res. in Auth. de fideiuss. §. sed neq; res. &
Auth. hoc si debitor. C. de pigno. ubi Sa=
lic. propriè pluraliter summat illā Auth.
Facit, quia correi uident̃ inter se tacitè fi= 7
deiubere, ut notat̃ in l. uir uxori. ff. ad Vel
leia. Bar. in Auth. de fideiuss. in prin. & in
d. Auth. hoc ita. C. de duob. re. & l. ex duo
bus. ff. eo. sed fideiussor prius est excutien
dus q̃ tertius possessor. d. §. sed neq; res. et
d. Authen. hoc si debitor. & ubiq; not. Et
hoc si dicti tertij possessores hypothecaria
conueniant̃. Erit tamē cautela eos cōueni
re remedio l. fin. C. de acq. poss. quia tunc 8
etiā quòd conueniant̃ ante omnes debito
res principales, nō possunt uti beneficio
excussionis, propter constitutū appositū
in instrumento cōuentionis, ut uoluit no
tab. Ang. & alij in d. l. fi. Pract. Papieñ. in
for. libel. in act. hypoth. in uerb. ex memo
ra. Deci. in l. fi. ff. si cer. pet. Corn. cōsil. 85.
uidet̃. uol. iiij. in prin. & consil. 228. uol. ij.
probando tamē quòd tēpore cōstituti cō
stituens possidebat: nam qui uult uti be=
neficio cōstituti, hoc tenet̃ probare, ut tra 9
dunt Dd. in l. quod meo. ff. de acqu. poss.
Alex. consil. ix. iiij. uol. Deci. consil. ccclj.
col. iij. Bellonus. Placentiæ.

1 *Alternatiua in obligatione electio est debitoris. Fall. quando una alternatiua uenit ad cautelam alterius.*
2 *Alternatiua remediorum uel securitatis tollit electionem debitori.*
3 *Debitor qui est in mora, amittit electionē in alternatiuis.*
4 *Debitor non adimplens conuenta propter absentiam creditoris, non dicitur in mora.*
5 *Locatio quomodo cognoscatur à contractu innominato.*
6 *Cōtractus innominati regulantur secundū naturā cōtractuum nominatorū, quibus magis assimilantur.*
7 *Conductori qui non potuit uti re locata ex culpa sua, nō fit remissio.*
8 *Cōductor nō tenetur de casu extra personā suam contingente.*
9 *Colonus partiarius habetur pro socio, & ideo damnum contingens debet diuidi.*

10 *Conductor finito impedimento tenetur perseuerare usq; ad finem conductionis.*

Consil. XLV.

DEO opt. max. autore. Viso instrumento depositi inter Ioannē Antoniū Richiochū & dn̄m Richardū Gnaciū, & uisis allegationib hinc inde factis, existimo ueriorem illam opinionem, quòd sit in electione ipsius Ioannis Antonij soluere frumentū, uel preciū, ita tamē quòd habeať ratio, si preciū soluať, eius quod interfuit ipsius D. Richardi: licet etiā quoad interesse hoc nō firmē, propter ea quæ ĩ dicam. Nam certū est in iu-
1 re, in alternatiuis esse electionē debitoris. l. plerunq;. in fi. ff. de iur. dot. c. in alternatiuis, de reg. iur. in vi. Nec obstant in contrariū adducta, & primo decisio Bart. & Doctorū in l. ꝗuis. ff. de pignor. act. cum qua transeūt moderni, post Paul. de Cast. in l. iiij. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. Nam respondeť illam decisionē procedere, quando una pars alternatiuè uenit ad cautelam alterius, quia tūc nō potest dici ut illud quod uenit in cautelam, sit pariter cū alio in obligatione; secus uerò quādo utrunq; est in obligatione, quia utrūq; promissum: ut in casu nostro, in quo promittit d. Richiochus soluere frumentum uel preciū. & ita declarat & exemplificat Paul. de Cast. in d. l. ꝗuis. facit pro hac solutione id quod uoluit idem Paul. de Castro in l. cum proponas. C. de trāsact. qui dixit decisionē in d. l. ꝗuis. procedere in
2 alternatiua remediorū, uel securitatis. sequitur ibi Aret. & Alex. dicit cōmunem opinionē Doctorū. Et ultra istos Doct. quòd notata in d. l. ꝗuis. nihil faciant, probatur, quia cessat ratio ibi posita per Dd. qui uolunt, dationem pignorum uel obsidum esse adiectam fauore creditoris: sed hic solutio precij est adiecta fauore debitoris, scilicet ut interim posset uti frumēto. Nec dubitandū est, quòd si fuisset facta solutio in termino de quo in instrumēto, potuisse d. Richiochum soluere precium: ergo nō sumus in terminis dictę decisionis. Non obstat quòd d. Richiochus fuit in
3 mora, nō soluendo in termino, unde amisit electionē. l. mancipiorū. ff. de optione lega. & tradūt moder. in c. inter cætera. extra de rescrip. ubi moder. Papień. col. fin. Nec rursus, quòd cum fuerit in mora, & cōtractus sit iuratus, cōtraueniendo contractui priueť cōmodo cōtractus, & sic electione, per l. si quis maior. cū ibi not. C. de transact. Nam respondetur, in casu nostro nullam cōtractam morā, unde nō habet locū dispositio d. l. si quis maior. ut ibi dicūt Dd. qui uolūt, quòd quādo ille qui nō adimpleuit nō fuit in mora, nō incurrat pœnas illius legis. & ponūt exemplū, quādo ille cui erat implendū fuit absens, 4
ut propriè in terminis nostris, in quibus præcise cōsuluit Alex. cōsil. xcij. col. pen. & fin. i. uol. Aret. consil. clxxij. uerū est. Et amplius dicūt isti Doct. nō requiri hoc casu protestationē, consignationē, aut depositionē. Nō obstat quòd soluendo preciū debeat haberi ratio eius quod interfuit ipsius creditoris: quoniam cum nulla sit cōtracta mora, ut ŝ probatum est, cessat consideratio interesse. l. quod te. & l. uinum. cum ibi not. ff. si cert. pet.

Quo ad secundū dubium, in quo est facta locatio prędiorū pro sex saccis frumēti quolibet anno: imitando bonos medicos, qui anteq; ad curationē ueniāt cognoscere uolūt speciē infirmitatis, est uidendū quis cōtractus sit iste: & inspiciendo eius uerba, dicendū uidereť esse contractū lo- 5
cationis, quod tamen nō est uerū, cum in cōtractu locationis merces & pensio debeat esse in pecunia. l. i. §. si quis seruū. ff. deposi. Instit. de locatio. in prin. iuncta gl. Erit ergo contractus innominatus. d. §. si quis seruū. Bar. in l. si merces. §. uis maior. in prin. ff. locati. & in l. si olei. C. eod. tit. cū hic præsteť frumentū loco pensionis. Est bene uerū, quòd cū cōtractus innomina- 6
tus reguleť secundū naturā cōtractus nominati, cui assimilať, d. §. si quis seruū. & d. l. si olei. & ibi Bar. idem iudicabimus de hoc contractu quod de locatione, ut per eundem Bar. in l. si uno. §. item cū quidā. nu. 7. ff. locat. & in l. si merces. §. uis maior. in fi. eo. tit. Panor. & alij in c. propter sterilitatē. extra de locat. Videť itaq; dicendū d. Carolū in aliquo penitus nō teneri: cū enim in casu belli promiserit dimidiū fructuum futurorū, & si affuerint, promissio

est con-

est cõditionalis, & etiã ex eo quòd promisit fructus futuros, l. i. in fi. ff. de cõd. & demonst. & etiã ex uerbis ipsius cõtractus, dum dicit, & si extiterint. Cum itaq; propter eius bannũ & bellũ nihil collegerit, defecisse uidet cõditio, & ideo liberat pro illis annis, l. nec emptio. ff. de cõtrah. emptio. fa. l. dñs horreorũ. §. fin. ff. locati. à cõtrario sensu. Contrariũ tamẽ puto uerius, nec opus est hic adducere aliquid ad fundandam intentionẽ Antonij, cũ eius intentio sit fundata ex ipso instrumẽto promissionis, pro quo præsumit. l. cũ precib. C. de probat. & magis fundabit dum uidebimus an exceptiões Caroli procedãt.

7 Et primo, dum excipit se bannitũ fuisse, & ideo non potuisse dicta prædia colere, nõ debet obesse locatori, quia uti non potuit illis prędijs facto suo. l. dñs horreorũ. §. fi. ff. locat. Bar. in d. l. si uno. §. item cum quidã. in i. quæst. in secũdo casu. eo. tit. Et ex delicto & dolo & culpa cõductoris, nõ debet damnũ sentire locator, imò si quid sensit illud est sarciendũ. l. si merces. §. culpæ. ff. locati. l. pen. in prin. ff. solu. matr. & ibi Dd. fa. c. ex literis. extra de pignor. Cũ ergo iste bannitus fuerit ex delicto suo, illud nocere nõ debet locatori, & hoc casu si nihil aliud fuisset cõuentũ, teneret ad integrã pensionẽ, ut per Bar. in d. §. item cũ quidam. Quantũ ad secundũ, clarũ est hoc, quòd etiã si pactũ nõ fuisset aliquid de tempore belli, tamẽ cõductori esset facienda remissio, si propter bella non potuisset laborare. Lud. Rom. consil. 432. in

8 prin. Cõductor enim nõ tenet de casu extra personã suã cõtingente. Bar. in d. §. itẽ cum quidã. in prima quæst. in quarto casu. & tex. Instit. de locat. §. pen. & bellum est casus fortuitus. §. item is. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. & utrobiq; Doct. Et ratio est secundũ Panor. in c. potuit. in fi. extra de locat. quia colonus præstat pensionem propter usum rei, & in recompensationẽ fructuũ. Si igitur impedit colligere fructus sine culpa sua, est facienda remissio, & per hãc etiã rationẽ idẽ uoluit Ias. in l. i. col. 22. nu. 8. C. de iur. emphyt. & idem firmat in emphyteota, ubi est maior dubitatio, in d. l. i. col. 24. num. 93. In casu tamẽ nostro nõ est tractandũ de remissione. Nam cum pactum fuerit in casu belli ut fructus diuiderent, hoc casu iste cõductor efficitur colo 9
nus partiarius, & quodãmodo socius, & ideo damnũ debet diuidi & cõmune esse. d. l. si merces. §. uis maior. ubi text. & ibi Bar. in fi. et Panor. in c. propter sterilitatẽ. in iij. col. de locat. & cõduct. Decisio ergo huius capitis pendet ex probationib. quatenus fuerit probatũ d. cõductorẽ potuisse laborare, eatenus tenebit. facit quod notat Ias. ubi s. in l. i. de iur. emphy. col. 24. Et posito quòd tẽpore belli laborare non potuisset, tenet tamen post belli tempus quo potuit laborare, quia tenetur perseuerare 10
in ipso locationis cõtractu usq; ad tempus conuentũ, ut per Lud. Rom. in d. consil. 432. & si ubertas ullo tempore cõtingeret, debet resarciri pensio remissa, ut ibi per eum. l. si uno. ff. locati. Cum ita cõsuluissem iam à biennio, dum legerem postea Placentiæ, reperi Curtiũ iuniorem in l. ij. in prin. nu. 21. ff. si cert. pet. ponentẽ hanc quæstionem & decidentẽ prout suprà, tamen leuiter. Bellonus. Papiæ.

1 *Merum imperium potest præscribi maximè contra inferiores principes.*
2 *Præscriptio temporis cuius non extat memoria in contrarium, habet uim tituli.*
3 *Ciuitas potest præscribere merum imperium contra Imperatorem etiam ignorantem.*
4 *Scientia præsumitur in præsenti uel uicino.*
5 *Solennitati requisitæ à statuto potest præscribi.*
6 *Solennitas præsumitur ex diuturnitate temporis.*
7 *Emens cõtra formam datam à statuto, potest rem emptã præscribere.*
8 *Præscriptio habet uim solennitatis, puta decreti.*
9 *Contractus sunt indiuidui.*
10 *Confeßio facta positionibus debet in totum acceptari.*
11 *Capitula diuersa quando dicantur.*
12 *Scriptura potest pro parte probari, pro parte improbari*
13 *Iurisdictio potest præscribi in una specie & non in alia.*
14 *Ecclesia quomodo poßit in integrum restitui.*
15 *Restitui ecclesia non potest post lapsum quadriennij à tempore scientiæ.*
16 *Ignorãtia nõ est probabilis ubi militat præsumptio scientiæ.*
17 *Scientia inter uicinos præsumitur.*
18 *Tempus in præscriptione cõtra ecclesiã quomodo cõputetur.*

Consil. XLVI.

DEO opt. max. autore. Vidi, reuerende D. Officialis, dubia quæ cupitis per me resolui. Quo ad primũ, an homines ali

cuius loci posśint pręscribere ius animad
uertendi in corpus aduersus dnm,cōclu=
dendū est quòd sic:quia cōmunis opinio
1 est,merum imperiū præscribi posse,maxi
mè cōtra inferiores à Pontifice uel Impe=
ratore,ut testatur Ias.in l.imperiū.col.viij.
& ibi Cacialup.q.xv.&cōmuniter aliј.Ia
cob.de S. Georg.in inuest.feud.in uerb.
cū mero imperio.col.iij. Sed quoniā ista
conclusio intelligit̃ ut procedat interue=
niētib.aliquib.requisitis,de quib.per Dd.
in d.locis proximè allegatis distinguen=
dum est: Aut dicti homines exercuerunt
actus meri imperij per tēpus de quo non
extat memoria in contrariū,& tūc proce=
dit præscriptio sine titulo siue bona fide si
ue scientia superioris. Et ratio est,quoniā
2 huiusmodi pręscriptio est huius naturæ,
ut habeat uim tituli.l.hoc iure.§.ductus
aquæ.ff.de aq.quotid.&æsti.c.super qui=
busdā.§.pręterea.extra de uerb.sig.&pro
ueritate habet̃,ut per Bal.in c.cū iam cau=
sam.extra de probat.Et ideo dicit Ang.in
d.§.ductus aquæ.quòd si aliquis est usus
imperio in aliquo loco tanto tempore de
quo nō extat memoria in contrariū, eum
habere intentionē fundatā,etiam quòd a=
liud priuilegiū nō ostendat. Et idem in ci
uitatib.Italiæ quæ præscripserūt merū im
periū,tradit Bar.in l.quo minus.ij.q.ff.de
3 fluminib. Et idem in ciuitate præscribēte
cōtra Imperatorē uel Pontificē etiā igno
rantē,uult Ang.in d.§.ductus aquę.quæ
omnia latius confirmat & sequitur Deci.
consil.lxxxv.col.i. Si uerò nō excesśit tan
tum tempus,tunc requirerent̃ omnia s̄ di
cta requisita, scilicet scientia superioris,
quam credo interuenisse, quum dns loci
4 sit præsens & uicinus,unde in eo pręsumi
tur sciētia,ut propriè in materia nostra di=
cunt Iason, Cacialup.& aliј,in d.l.impe-
rium.& Lupus in repetit.c.per uestras.ex
tra de dona.int.uir.&ux.charta 131.nu.38.
secundū paruā impresśionē. Item debet
interuenire bona fides,ut per Panor.in c.
si.i.notab.extra de cōstit.& Bal.in d.l.im=
perium.in lectura antiqua.qui subdit,nō
sufficere scientiā obliuione traditā, maxi=
mè in populo,ut ibi per eum. Ad secun
5 dum,stante statuto quòd aliquis nō sit ci=
uis nisi recipiatur cum certa forma,an de=
beat haberi pro ciue is qui habitauit in lo=
co gerendo se pro ciue per tantū tempus
cuius nō extat memoria in contrariū,nō
tamen apparet receptū sub d.forma statu
ti:respondetur quòd sic,nam diuturnitas
temporis facit pręsumi solennitatē extrin
secam interuenisse, ut cōcludunt cōmu=
niter Scribētes in l.sciendū.ff.de uerb.ob
lig.ubi Ias.col.vij. multa cumulat in pro=
posito. Et ideo clericus qui longo tēpore
posśidet beneficiū sciente episcopo, præ=
sumit̃ ritè institutus, nec tenet̃ ostendere
titulū suæ institutionis. Innoc.& And.in
c.illud.extra de præsumpt. Bald.in l.siue
posśidetis.C.de probat.Et idem in autori
ritate superioris requisita,ut diuturnitate 6
temporis præsumat̃, uolūt omnes in d.c.
illud.& Alex.consil.lxxix.circa primū.in
ij.dubio.uol.i. ubi dicit sufficere xxx.
uel xl.annos. Tanto magis hic,ubi præ
supponit̃ nō extare memoriā in cōtrariū.
Et idem ut præsumat̃ solennitas decreti
& autoritas,tradit Petr.de Anch.consil.
cxxxv.ex consilijs.Afflict.decis.ccclxviij.
in causa nobil.col.ij. faciunt notata per
Doct.in l.i.C.qui admitti.per l.si filius.
C.de petit.hæred. Ad tertium,stante
statuto quòd bona alienari nō posśint ni=
si in certas personas,an alienationes factę 7
in alias personas quàm in requisitas per
statutum,subsistant, & emptores tueri se
posśint præscriptione: concludendū est,
quòd si lapsum est tantū tempus de quo
non extat memoria in contrariū, sine du=
bio emptores tutos esse. Et idem si lapsi
sint triginta uel quadraginta anni. Nam
quando lex nō resistit alienationi rei, sed
prohibet illā alienari, nisi certa forma ad=
hibita,puta in personas non forenses, uel
alio modo, tūc currit præscriptio. ita uult
Bart.in l.fin.col.fin. C.in quib.caus.non
est necess.in integ.restit. & ibi aliј. Bald.
in l.i.col.vij.C.de ser.fugit. Alex.& com
muniter omnes in l. filiusfamil.§.diui.in
penul.quæst.Bart.ff.de legat.i.Panor.in
c.cū non liceat.col.iiij.extra de præscript. 8
Et dicit Bal.in d.l.i.quòd præscriptio ha=
bet uim solennitatis, puta decreti in re=
bus minoris. & ita in specie de re prohibi
ta alienari in forenses, uel in nō subditos,
cōcludit Balbus in dicto tract.præscript.
in quinta part. quintæ part.quæst.quar=
ta, colu.penult. Et istud intelligo quo ad
parti=

particulares,qui emerũt iam per d.tẽpus:
quo ad alios in futurum manebit firma d.
forma requisita. Ad quartũ,nunquid ho
mines qui ad plura tenent uirtute cõuen
tionis & transactionis, utendo transactio
ne in aliquib.uideant eam approbare etiã
in aliis casibus in quib. prætendũt se præ
9 scripsisse. Videt quòd sic,quia cõtractus
sunt indiuidui. l.si quis aliã. ff. de solut. l.
quòd si uno. ff.de in diẽ adie.& de transa-
ctione est tex.in l.i. & ij. C. si aduers. trãs-
act.unde in totum debet approbari uel re
probari, ut uult Deci.per ista iura, in l.i.
C.qui admit.Facit quòd scripturam non
possum pro parte probare, pro parte im-
probare.l.in causæ. ff. de procur. & ideo
10 nõ potest confessio facta positionib. pro
parte acceptari,sed in totũ debet reiici uel
admitti.Soci.cõsil.ccviij. uisis actis. col.i.
His & similib.non obstantib.est tenendũ
contrarium, ut aliqua capitula potuerint
præscripsisse,& alia approbasse:nam hęc
transactio seu tractatus continet diuersa
capitula,quod apparet dum in ea sunt plu
ra facta diuersa,quoniã unũ non uenit ad
11 determinationẽ alterius: iste enim est mo
dus cognoscẽdi, quãdo sit unũ capitulũ,
& quãdo diuersa,ut docet Bar.in l. Aure-
lius.§.idem quæsiit.in fi. ff.de liber.legat.
Feli.in c.cũ inter.col.iij. ff.de re iud. tunc
succedit cõmunis theorica Dd.quòd scri
12 ptura cõtinens capitula plura,potest pro
parte probari,pro parte improbari,ut est
casus,& ibi not.Bar.in l.Publia.§.fi. ff.de
posi.idem Bar.in d.§.idem quæsiit.Cano
nistæ, præcipuè Ant. de But. & Imol. in
c.bonæ.el ij. extra de postul. prælat. & in
c.ex parte decani.extra de rescrip.Inde est
quòd testamentũ habẽs diuersa capitula,
potest pro parte tantũ approbari. Alex.
consil.cxxiij. discussis. col.v. i.uol. Curt.
iun.consil.clxvi.circa controuers.col.fin.
Et si plures causæ diuersæ sint alicui com
missæ & delegatæ, in aliquib.potest per-
petuari iurisdictio,si delegatus cœpit co-
gnoscere:in aliquib.extingui morte man
dantis.Bar.in l.more.col.fi.ubi omnes se
quunt.ff.de iurisd.om.iud. Et in materia
præscriptionis, si dñs habeat diuersa iura
in subditos,potest in aliquib.pręscribi,in
aliis ius firmũ remanebit. Vnde uidemus
13 unã speciẽ iurisdictionis posse præscribi,
cæteris in suo statu permanentib. Bar.in
l.i.§.si quis hoc interdicto.ff.de itin.actu.
priua.Ias.& moder.in l.imperiũ.ff.de iu-
risd.om.iud. Nõ obstant in contrariũ ad-
ducta,nã procedunt in eodẽ capitulo,uel
in diuersis cõnexis,ut per Bart. & Dd.in
locis ꝯ alleg. & in uno eodemq; capitulo
loquit Soci.d.consil.ccviij. Ad ultimũ,
an possit peti restitutio in integrũ nomi- 14
ne ecclesię aduersus pręscriptiones decur
sas.In hoc sunt uariæ opiniones, an eccle
sia restituat aduersus pręscriptionẽ:& tres
principales refert Ias.in Auth. quas actio
nes.col.ix.& x. C. de sacrosan. eccles. Illa
uerò est magis cõmunis,ut ipse ibi attesta
tur,ut restituat intra quadrienniũ à tẽpo-
re læsionis & præscriptionis cõpletæ,per
tex.in Clem.i.de restit.in integ.ubi Card.
Imol.& Panor.quem plures in consulen
do sequunt,ut probat Deci.consil.xxxvi.
col.fi.Cum itaq; in casib.ꝯ dictis sint post
præscriptionẽ elapsa plura quadriennia,
non poterit ecclesia restitui, ut concludit 15
in proposito nostro Ias.consil.xxvij. ad e-
mendum.col.fi. Nec obstat si dicat,illud
quadrienniũ nõ currere,etiam si quis sta-
ret per mille annos, nisi à tempore scien-
tiæ, & sic ignorantia probabilis impedit
eius cursum,ut per Bart.in l.falsam. C.si
ex fals.instru. Alex. consil.iiij. uideretur.
uol. ij. Decius d. consil. xxxvi. quoniam
respondet ignorantiã nõ censeri probabi 16
lem quãdo est præsumptio scientiæ, ideo
nõ datur restitutio. Aret. cõsil.xv.reuerẽ-
diss. in fi. quẽ sequit & cõmendat Feli.in
c.uigilanti.in iij.limit.extra de præscript.
& idem uult Rom.cõsil.cxxvij.posito. in
fi.Alex.consil.clxiij.uiso processu. col.fi.
ij.uol. Sed cũ dñi morent & habitent cõ-
tinuè in loco, uel in loco paulisper distan
ti, præsumit in eis scientia tanq̃ inter uici 17
nos,ut notatur per Dd.in l.i.ff.si cert.pet.
& in materia nostra tradit Curt.senior cõ
sil.lxxxij.deus pius.col.ij. in fin. Similiter
præsumit quis habere scientiam eorum
quæ fiunt uel publicè dicuntur in ciuita-
te & in loco in quo habitat,Bar.in l.is po-
test.col.vi.ff.de acquir.hær. Alex. consil.
xxxvi.uisis his.col.ij.uol.i.Deci.cõsil.154.
col.i.& faciũt quę dixi ꝯ primo dubio.Cir
ca tamẽ cursum tẽporis in his pręscriptio 18
nibus aduertat, quoniã illud quadrieniũ

non currit uiuente prælato, qui fuit cau-
ſa læſionis. Alex.conſil.i.col.iij.uol.iiij.la
tè Felin.in c.i.col.pen.extra de præſcript.
Similiter de tempore dictarū præſcriptio
num debet deduci tempus bellorū & ho-
ſtilitatis,& etiā tempus in quo d.dn̄s habe
bat litem cum principe, reſpectu loci de
quo agitur: hæc enim impedimēta faciūt
præſcriptionē dormire,ut per Bar.in l.na
turaliter.col.penul.ff.de uſucap. plenius
Balbus in d.tract.præſcript.in iij.part.ſe-
xtæ part.principalis.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Mulier habet hypothecata bona mariti pro dote & dona tione propter nuptias.*
2 *Donatio propter nuptias & dos à pari procedunt.*
3 *Confeßio dotis conſtante matrimonio habet uim donationis.*
4 *Confeßio dotis facta conſtante matrimonio,non nocet creditoribus.*
5 *Creditores poſſunt ſemper allegare ſimulationem aduerſus dotem confeſſatam conſtante matrimonio.*
6 *Donatio quæ reſultat ex confeßione dotis facta conſtante matrimonio, ſi confirmetur morte,retro trahitur quo ad fructus ad tempus confeßionis.*
7 *Dotis numeratio an præſumatur quando cōfeßio eſt munita iuramento aſſertorio.*
8 *Exceptio ſimulationis poteſt in genere & in ſpecie opponi.*
9 *Confeßio dotis facta extraneo, facit præſumi numerationem,non tamen in præiudicium creditorum.*
10 *Iuramentum non tollit exceptionem ſimulationis,quamuis tollat exceptionem non numeratæ dotis.*

Conſil. XLVII.

DEO opt. max.autore. In
cauſa eorum de Marchinis,
mulieres aduerſariæ habent
intentionē fundatā, quia an
teriores, & habent obligata
bona Petri de Ferrarijs pro dotibus, au-
gmento dotis, & donatione propter nu-
ptias, cum expreſſe d. Petrus hæc omnia
promiſerit reſtituere,& obligauerit bona:
& citra expreſſam obligationē & hypothe
1 cam,idem eſſet de iure cōmuni,ut de do-
te habet̄ in l. aſsiduis. C. qui potiores in
pig.hab.& in §.fuerat.Inſtit.de acti. cum
utrobiq; not.per Dd. & latiſsimè in l.i. ff.
ſol.matr. & de augmento dotis dicitur in
Auth.de æqual.dotis.§.i.& ibi not.Ang.
2 cum idem iuris ſit de augmento dotis, q̄d
de ipſa dote. Iaſ.in rub. ff.ſol.matr.col.fi.
Neguſan.in tract.de pig.in quarto mem
bro ij.partis,nu.47.& de donatione pro-
pter nuptias Bal. dicit in l.ubi adhuc.col.
pen.C.de iur.dot. & idem Neguſan. ubi
ſuprà,num.69. Eſt tamen uidendū de ue
ritate eorum quæ contra dictas mulieres
obijciuntur. Et primo,quòd ipſarum do
tes ſunt confeſſatæ cōſtante matrimonio,
& factæ in fraudem creditorum, ideo nō
debent nocere ipſis de Marchinis: circa
quod quoniam in facto eſt aliqua diuerſi-
tas inter dictas dotes,eas diſtinguemus,ſi
gillatim proſequendo. Et quo ad dotem
Antoniæ de Canaleris, non uidetur hæc
oppoſitio ſibi nocere, quia licet ſit dos cō 3
feſſata conſtante matrimonio,cum renū-
ciatione nō numeratę dotis,quo caſu cen
ſetur facta animo donandi, & dicitur do-
natio,ut per Socin.in l.i.ff.ſol.matr.in iiij.
quæſt.i.q.ſecundi articul. quod procedit
etiam ſi non eſſet renunciatū dictæ exce-
ptioni nō numeratæ dotis. Doct.in l.ſi di
uortio.ff.de uerb.obli.ubi Alex.& eſt cō-
munis, ut per eundem Soci. d.loco. q.v.
in fin.& conſil.lxxix. uol.iiij.in prin. un-
de nō uidet̄ habere priuilegia dotis. Ta-
men hæc donatio fuit morte confirmata.
l.ij.cum ibi notatis.C.de do.caut.non nu
mer. ſicut aliæ donationes inter maritum
& uxorem.l.donationes.C.de donat.in-
ter uir.& uxor. ideo ualet.Et licet non ha
beat dicta Antonia hypothecam à lege,
& alia priuilegia quæ dantur doti, habet
tamen hypothecam expreſſam factam à
marito in dicto inſtrumento pro reſtitu-
tione,& actionem perſonalem cōtra eius
hæredes. His non obſtantibus,dico do-
tem dictæ Antoniæ nequaquam nocere
fratribus de Marchinis, quia ſuprà dicta
procedunt, ut talis donatio confirmetur
morte in præiudicium mariti & eius hæ-
redum. Secus reſpectu creditorum,qui- 4
bus non nocet confeſsio de dote bonorū
mobilium uel pecuniæ, facta conſtante
matrimonio,imò præſumit̄ facta in frau-
dem creditorū,& ſimulata, præſumptio-
ne iuris & de iure. Authen.ſed iam neceſ-
ſe.C.de donat.ante nuptias.Bartol.ibi &
Doct.& in l.ſi conſtante.ff.ſolut.matrim.
in iiij. quæſt. ultimæ partis, in fin. Soci-
nus d.l.i. ſolut.matr.col. final. Campeg.
in

in tract.de dote,i.parte, q.liij.in prin.& li
cet illa Auth. loquať in augmento dotis,
intelligiť cōmuniter etiam in dote, ut ibi
per Doct. Et si dixeris hoc procedere in
prioribus uel præsentib.creditoribus,se=
cus in futuris,in quorū fraudem non po=
tuit fieri;dico,quod licet futuri creditores
nō posśint fraudem allegare nisi probent
aliqua indicia fraudis, ut per Bartol.in d.
Authen.sed iam necesse.& ibi Bald.&Sa
lic. tamē possunt allegare simulationem,
5 quæ ullo tempore futuris creditorib.non
nocet.Bald.in rub. C. quæ in fraud. cre=
dit.col.ij. Aret.in d.§.fuerat.Instit.de act.
col.xviij.Campeg.d.quæst.liij.Alex.con
sil.cxlij.v.uol. uiso. qui uidetur decidere
casum nostrum. Et cum d. Antonia non
posśit uenire nisi titulo donationis confir
matæ per mortē mariti,isti fratres de Mar
chinis reperiuntur anteriores, quia talis
6 donatio licet retro trahatur ad tempus do
nationis quo ad fructus,non tamen respe
ctu dominij.Bar.Bald.& Doct.in l.ij.C.
de inoffic. donat. & perinde est ac si esset
facta tempore mortis; & hoc procedit si=
ne dubio, cum dicti fratres de Marchinis
habeant causam onerosam, ut per Cam=
peg.d.quęst.liij.Concludo igitur quo ad
Antoniam,posse contra eam opponi de
simulatione, licet hoc nō sit necesse, cum
dicti fratres sint anteriores, ut proximè
dixi. Quo ad dotes dictæ Annæ & Su=
sannæ, cum sint cōfessatæ etiam ipsæ con
stante matrimonio,& sit renunciatum ex
ceptioni non numeratæ dotis, & sit ela=
psum tempus opponēdi talem exceptio=
nem, idem uideretur dicendum quod
in superiori casu; tamen hic adsunt duo
quæ non sunt in præcedenti instrumen=
to. Primo iuramentū non modò promis=
sorium, sed assertorium; quia Petrus iu=
rat omnia suprà dicta esse uera, & quan=
7 do adest tale iuramentū,præsumitur nu=
merationem factam, ut per Soci.in d.l.i.
solut.matrim.col.penul. nec potest oppo
ni exceptio non numeratæ dotis. Ad hoc
tamen potest responderi, quòd licet tale
iuramentum tollat exceptionem non nu
meratæ dotis, non tamen impedit exce=
ptionem simulationis, ut per Ang. in l.i.
C.de dot.caut.nō nu. & in practica nota
bile dicit Ias.in §.fuerat.de actio.num.86.
quia contractus simulatus iuramento nō
firmatur,ut ibi per eum. Potest itaq; non
obstante tali iuramento opponi de simu=
latione,nec requiritur alia probatio,cum
sit præsumpta simulatio,& ideo transfun
dit probationem in aduersariū ut probet
numerationem, iuxta notata in l.si prius.
ff.de no.op.nunc.&ita sentit Alex.d.con
sil.cxlij.uiso processu. uol.v. col.iij.uers.
fortificanť. Soci.cōsil.lxvi.frustra.col.vi.
Nec est necesse in specie opponere talem 8
exceptionem,sed in genere dicere aduer=
sario ius non cōpetere,cum simulatio ap=
pareat ex instrumētis productis, & ita ex
actis, iuxta not.per Bart.in l. eum qui. §.
qui ita.ff.de uerb.oblig. & in l.lecta. ff. si
cert.pet. & in terminis nostris uult Soci.
in d.l.i.sol.matr.col.pen. & cōsil.lxi. uol.
i.col.iij.& d.consil.lxvi.frustra.colum.vi.
Paul.d.consil.cxviij. in antiquis. Et hæc
procedunt multò magis in libris mille ad
ditis pro dote.d.Auth.sed iam necesse.&
in donatione propter nuptias, quæ sine
dote esse nō potest, ut per Alex.d.consil.
cxlij.col.iij.Secundum est in istis dotibus
quod nō in alijs,scilicet in dote Antonię,
quòd confessio est facta extraneo, scilicet
illustriss.Marchioni,quo casu concludūt
Doct.tunc præsumi numerationē,ita di= 9
xit Bal.in l.i.col.ij. C.de priuil.dot. Salic.
in d. Auth. sed iam necesse. refert & pro
notab.sequitur Ias.in d.§.fuerat.num.89.
Bal. nouell. in d. tract. part.x. nu. 14. qui
ideo infert,eo casu nō habere locū dispo=
sitionem d. Auth. sed iam necesse. sequiť
Crotus in d.l.si cōstante.in ij.lectura,nu.
cviij.unde neq; posset opponi exceptio si
mulationis. Tamē ad hoc potest dici,hāc
decisionē Doctorū procedere in præiudi
cium mariti,ne posśit opponere exceptio
nem nō numeratæ dotis;& ita uidetur lo
qui Ias.& alij. Sed nō est propterea facien
da extensio ad dispositionem d. Authen.
sed iam necesse, ut latius dicitur cōsil.seq.
quoniam de facili eluderetur d. Authen.
Et est diuersa ratio quòd nō posśit oppo=
ni exceptio non numeratæ dotis uel simu
lationis, nam iuramentum tollit dictam 10
exceptionem non numeratæ dotis, non
tamen tollit exceptionem simulationis,ut
suprà dixi; & ideo Bald. nouell. & Cro=
tus non firmant pedes in hac extensione,

ſed loquũtur dubitatiuè per uerbum, for
tè. Et hæc pars mitior eſt propter præiudi
cium creditorũ, qui aliàs facilè deciperen
tur, maximè cum habeant cauſam onero
ſam, ut in caſu noſtro. His itaq; ſublatis
cõcludo, quòd oppoſita exceptione ſimu
lationis, quã tutius eſſet opponere in ſpe=
cie, ut docet Aret. in d. §. fuerat. col. ix. di=
ctæ mulieres nõ poſſunt impedire fratres
de Marchinis conſequi creditum ſuũ uir
tute illarum dotiũ confeſſatarũ, cum fun=
dent ſe ſuper actu nullo, ut in terminis
uult Alex. d. conſil. cxlij. v. uol. niſi pro=
bent de reali numeratione. Præterea cum
nõ poſſint uenire iure dotis, ſed donatio=
nis confirmatæ morte ſoceri, quæ habet
effectum reſpectu dominij tantũ tempo=
re mortis, ut ſ̃ dixi, dicti fratres de Marchi
nis reperiunt̃ anteriores. Cùm his igitur
modis plenè ſuccurratur dictis fratribus,
ſcilicet per exceptionẽ ſimulationis, quæ
fuit oppoſita per nos in actis replicãdo &
uirtute anterioritatis, niſi mulieres pro=
bent numerationẽ, debent ſuccumbere,
& contra ſe ferri ſententia.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Confeßio dotis facta conſtante matrimonio, ſapit dona=*
tionem quæ morte confirmatur.
2 *Alimentorũ exhibitio facta uxori, an faciat præſumi nu*
merationem dotis.
3 *Creditores habent præſumptionem iuris & de iure, con*
tra uxorem habentem dotem confeſſatam.
4 *Contractus ſimulatus nõ firmatur iuramento aſſertorio.*
5 *Confeßio dotis facta extraneo, quomodo præiudicet.*
6 *Differentia eſt inter maritum agentem & creditores, in*
materia dotis confeſſatæ.
7 *Auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. non proce=*
dit in creditoribus agentibus.
8 *Probitas hominis an inducat præſumptionem.*
9 *Creditor habens creditum confeſſatũ, an præferatur mu*
lieri habenti dotem confeſſatam.

Conſil. XLVIII.

DE EADEM MATERIA.

DEO opt. max. autore. Quę
aliàs deducta fuerũt in fauo
rem eorũ de Marchinis, con
tra uxores illorum de Ferra
rijs, faciũt ad caſum, & rem
ipſam penitus attingũt: in primis, cum ſit
cõmunis concluſio Doct. in l. ſi diuortio,
ff. de uerb. oblig. & in l. i. ff. ſolu. matr. per
Soci. quòd confeſsio dotis facta conſtan= 1
te matrimonio cum renunciatione exce=
ptionis nõ numeratæ dotis, præſumatur
facta animo donandi, quæ donatio cum
ſit morte confirmata, retro trahitur tantũ
ad tẽpus donationis quo ad fructus, quo
uerò ad translationẽ dominij, ad tempus
mortis, quia extremũ ad quod, eſt inhabi
le, ut per Campeg. in tract. de dote, prima
part. q. liij. Et ideo iſti de Marchinis ſunt
anteriores, & ad hoc nõ fuit reſponſum,
neq; etiam poteſt reſpõderi. Nec obſtant
quæ adducuntur in cõtrarium, quòd per
retentionem in domo, & exhibitionẽ ali= 2
mentorũ, iuncta confeſsione & lapſu de=
cennij, præſumatur numeratio, ut per So
cin. in d. l. i. col. xvij. uerſ. quinto limita. &
Socin. conſil. lxxxij. iij. uol. & Deci. con=
ſil. dxxxvi. uol. iiij. quia reſpondetur Soci
num ſibi eſſe contrariũ, & ideo non poſſe
fieri fundamentũ ſuper dictis ſuis. Et in
caſu Decij aderant aliæ coniecturæ, inter
quas erat ſolutio partis dotis. Prȩterea rea
lius reſpondendo, loquũtur ipſi reſpectu
mariti, nos loquimur reſpectu creditorũ,
in quibus Socin. ſimpliciter tenet contra
Bald. in rub. C. de priuil. dot. ut per eum,
in d. l. i. num. 21. uerſ. ſeptimo limita. ff. ſol.
matr. Et idem in d. l. i. num. 24. dicit, dicta
Bal. procedere quãdo ante matrimoniũ,
ſecus quando cõſtante fit confeſsio, quia
tunc lex præſumit ſimulationẽ. Item licet
etiam ex ſ̃ dictis aliqua inſurgeret præ=
ſumptio contra creditores, quod non ne=
gatur, eſt præſumptio iuris tantũ. Sed cre
ditores habentes cauſam oneroſam, ha= 3
bent contra maritũ uel eius hæredes, ſiue
uxorem, præſumptionẽ iuris & de iure,
contra quam non admitteretur probatio
uera, ergo tanto minus præſumpta. Au=
then. ſed iam neceſſe. cum not. ibi per Do
ctores. C. de donat. ante nupt. Bart. in l. ſi
conſtante. in iiij. q. ultimæ part. in fi. ſolu.
matr. Socin. in d. l. i. col. fi. Campeg. in d.
q. liij. Et hoc quo ad dotẽ Antoniæ. Quo
ad dotes ſororum de Arcellis, opponi po
teſt exceptio ſimulationis etiam à credito
ribus poſteriorib. ut per Aret. in §. fuerat.
Inſtit. de actio. col. xviij. Campeg. d. q. liij.
cum alijs per me antea adductis. Cui nõ 4
obſtat iuramentũ aſſertorium, quoniam
contra=

4 contractus simulatus tali iuramento non firmatur, ut per Ang. in l. i. C. de do. caut. non numer. Ias. in §. fuerat. Instit. de actionib. nu. 86. Crotum in l. nemo potest. nu. 61. de legat. i. Socinum in d. l. i. col. penul. uers. quarto limita. & consil. lxi. in præsenti consultatione, in tertio dubio. & consil. xxvi. uisis instrumentis. in ij. dubio. uol. iiij. & hanc opinionẽ dicunt cõmunẽ moder. Taurineñ. in l. ij. §. creditum. col. vij. ff. si cer. pet. Facit, quia ubicunq; lex præsumit fraudem uel simulationem in aliquo contractu, tunc iuramentũ appositũ in tali contractu nihil operatur. Bald. Salic. Paul. de Cast. & alij in Authent. sacramen. pube. C. si aduersus uend. Nec obstat quòd aliqui tenuerint contrariũ, quia cõmunis est contra eos. Præterea uerum fatendo Doct. pro utraq; parte allegati loquunt̃, quando aliquis ex ipsis cõtrahentibus, puta maritus, uellet allegare contractum simulatũ, quia tunc ueniret contra propriũ iuramentũ, & detegeret turpitudinem suam. secus est in tertio, ut dicunt Doct. in locis s̃ adductis. & in specie ita declarat Ias. in d. l. nemo. col. ix. ff. de leg. i.

5 Non obstat quòd cõfeſsio fuerit facta extraneo, ideo uidetur præiudicare. Salic. in d. Auth. sed iam necesse. Ias. in d. §. fuerat. cum alijs per me aliàs adductis: quia tunc respõdi, & bene, & denuò cõfirmo, quòd Salic. Ias. & alij loquunt̃ ut confeſsio præiudicet marito. Nam si maritus constante matrimonio confiteatur receptionem dotis à muliere, & renunciet exceptioni nõ numeratæ dotis, sibi præiudicat. Idem dicunt ipsi si non renunciauerit, tamen confiteat̃ accepisse ab extraneo, quia tunc præsumetur numeratio. Sed quo ad creditores nec renunciatio exceptionis, nec confeſsio facta extraneo constante matri-

6 monio illis nocet. Et expressam differentiam inter maritum & creditores constituit Bart. in d. Authen. sed iam necesse. & ibi Salic. & omnes. Alex. in d. l. si diuortio. ubi Aret. col. fin. ff. de uerb. oblig. Et ratio diuersitatis patet ad sensum, quia nobis bene possumus præiudicare, nõ tamẽ alijs, arg. l. id quod nostrũ. ff. de reg. iur. & eorũ quæ notant Dd. in l. pen. C. de pact. solus Bald. nouell. in d. tract. dotis, parte x. in tertia limitat. conatus est extendere hanc decisionẽ ad materiam d. Auth. sed 7

iam necesse, quasi sentiret quòd tunc præiudicaret etiam creditoribus: sed loquitur sine fundamento & lege, unde eius autoritas est probabilis, non necessaria, ut tradunt Dd. in l. i. ff. si cert. pet. Et propterea uidens quòd erat diuersa ratio, dixit decisionem dubitabilem, maximè quando cõfeſsio fieret personæ cõiunctæ ipsi mulieri, uult ergo quòd semper sit dubitabilis: & sub dubio etiam in extraneo loquutus est Crotus ubi s̃. Et suprà dicta suadentur ut aliàs dixi, quia facilè eludi posset d. Authen. sed iam necesse. & fieri præiudiciũ creditoribus maximè causam onerosam habentibus. Nec obstat dum ex multis innititur d. aduocatus probare, extraneum 8

cui est facta cõfeſsio esse uirum probum, & ab eo fraudem abesse, quia erat diues, & in dignitate positus, cum similib. quia nos non allegamus fraudem, sed simulationem contractus. & potuit fieri etiam quòd ille extraneus fuisset uir probus: siquidem si maritus intendebat donare uxori, nihil obstabat etiam homini sanctiſsimo recipere talem confeſsionem, quinimò pręsumendum est animo donandi fecisse in casu nostro, ut iniret gratiam sui principis, qui intendebat gratificari illis puellis quæ illi seruierãt aliquo tempore.

Non obstat quòd illi de Marchinis ha- 9

beant etiam ipsi creditũ cõfessatum, quia probabunt per testes uerũ suum creditũ. pręterea respõde ut per Aret. consil. lxxxvi. diligenter. col. fin.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Homines alicuius uasalli an poßint cogi facere monstras seu ostentationes.*

2 *Subditi poſſunt cogi ad guetum seu custodiam à domino.*

3 *Verba intelliguntur secundum qualitatem personæ cui diriguntur.*

4 *Statutum quòd inuentus de nocte puniatur, intelligitur si fuerit inuentus & deprehensus.*

5 *Ius piscandi, pascendi, pasturandi, præscribi potest.*

6 *Piscandi seu pasturandi ius quo tempore præscribatur.*

7 *Vniuersitas ut præscribat quæ requirantur.*

8 *Præscriptio ab uniuersitate fit quãdo actus sunt facti tractatu uniuersitatis.*

9 *Dominus potest præcipere subditis ne uenentur, ne piscentur.*

10 *Vsuarius alicuius nemoris tantũ potest percipere quantum sufficit ad usum suum.*

M

11 *Vsufructuarius alicuius syluæ quando poßit ligna uendere.*

12 *Assertioni eius statur cui aliquid permittitur, an causa subsit nec ne.*

13 *Assertioni simplici statur in his quæ sunt modici præiudicij, & ubi dependent ex animo nostro.*

14 *Bonæ fidei homo quis dicatur.*

15 *Domini agrorum qui soluunt decimam, an poßint mutare speciem agrorum.*

Consil. XLIX.

DEO optimo maximo autore. Resolui superiorib. diebus quædã dubia mihi proposita nomine reuerendissimi Abbatis Luxouiẽsis: in præsentia proponunt adhuc aliqua, quibus sigillatim respondebo. Ad primum, an dominus Abbas habeat adhuc ius manus mortuæ, in successione illegitimorũ. Clarum est quòd sic: quoniam in tractatu Franchisiæ cap. iiij. in fin. hoc fuit expresse reseruatum, dum ibi dicitur: Et ceste quitance de la main morte est faicte saulf leschoit de ceulx qui ne sont de mariage. Nec huic reseruationi est derogatum per superioritatem quamlibet principi spectantem, uirtute transactionis initæ inter suam maiestatem & dominũ Abbatem de Luxeul: quoniam à dicta superioritate expresse eximitur istud ius manus mortuæ, quo uoluit princeps dominum ea uti in dicta uilla Luxeul, quemadmodum antè gaudebat & utebatur, ut apparet ex uerbis amplissimis dictæ trãsactionis, ibi, Excepte quant aux main morte & furmariage dont lon usera cy apres en ladicte terre de Luxeul, ainsy que du passe lon à accoustume faire & user si desdictes main morte & furmariage nen estoit aultrement traicte entre lesdictz seigneurs Abbe & subiectz. Et tanto magis hoc procedit, dum ex proximis uerbis apparet & colligitur principem habuisse notitiam & cogitasse de tractatu facto inter dominũ Abbatem & dictos homines de Luxeul, & per consequens de conseruatione iuris manus mortuæ in dicta transactione contenta. Ad secun-
1 dum, an homines Luxouienses cogi possint facere monstras seu ostentationes, & comitari iustitiam, respondetur quòd sic, & similiter facere guetum & custodire locum & castrum domini: nam ista sunt munera personalia, l. i. in prin. & l. final. in prin. ff. de munerib. & honorib. quæ subditis à dominis secundum indigentiam 2
imponi possunt, ut notatur per Bartol. & alios in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. per Panor. & Canonist. in c. peruenit. & c. non minus, extra de immunit. eccles. & ita in monstris & gueto decidit Guido Papæ quæst. penult. quinto dubio. Et de comitando iustitiam ultra proximè dicta de iure communi, idem colligitur ex septimo capite dictæ Franchisiæ, dum dicitur, Ilz iront auecq le prouost ou le lieutenant, qui Præpositus seu eius locũ tenens solent huiusmodi negocijs ut puto interesse. Et uerba interpretantur & intelli- 3
guntur secundum qualitatem personæ cui diriguntur. l. plenum. §. equitij. ff. de usu & habit. l. stipulatio ista. §. hi qui. ff. de uerb. oblig. ubi Iason. vi. notab. plura congerit. & inter cætera facit decisio Baldi in l. liberti libertæq;. in vi. col. C. de operis liber. dicentis, quòd si princeps faciat præconizari ut quilibet debeat comparere cum armis ad faciendum monstrũ, quilibet debet comparere secundum qualitatem suam, scilicet balistarius cum balista, eques cum equo, & similibus. Sic in proposito, cum teneantur homines Luxouei comitari Præpositum seu eius locum tenentem, istud debet intelligi secundum qualitatem personæ ipsius Præpositi, & sui locum tenentis: talia enim sunt prædicata, qualia subiecta demonstrant. l. iij. in prin. & ibi Bart. ff. de fundo instruct. & idem Bart. in d. §. hi qui. ubi moderni. Et quid sibi uelit, aller a cris ou en cheuachie pour le besoing de leglise: dic in summa, quòd tenentur ire foras pro seruitijs ecclesiæ: nam istud est etiam de iure communi, ut per Afflictum decis. Neapol. cclxv. illustrissime. col. ix. uers. duodecimo uasallus. Ad tertium, num dominus possit procedere contra rixantes uel delinquentes, quamuis non fuerint per eum uel suos officiales uisi delinquere, esset dicendum quòd non, quoniam ita cantat & disponit nonum caput ipsius Franchisiæ, requirens uisionem uel domini

mini uel suorum officialium: & ualet ta-
lis conuentio, quia non præstat præcise fa
cultatem delinquendi, neque tollit in to-
tum punitionem, sed dat certam formam
procedendi & ingrediendi contra dictos
4 homines, ut in simili dicimus in statuto
disponente, quòd inuentus de nocte cum
armis puniatur &c. nam intelligitur si fue
rit inuentus & deprehensus, ut per Bart.
in l. si Barsatorã. C. de fideiussorib. quem
communiter sequuntur Doct. in l. i. ff. de
acqui. possess. ubi Ias. col. xxij. multis me-
dijs confirmat: & tamen tale statutum ua
let, quamuis prima facie uideretur talis in
terpretatio inducere facilitatẽ delinquen-
di. Verùm cum in facto præsupponatur
dominum Abbatem esse in possessione
contraria dictæ qualitatis, scilicet proce-
dendi & puniendi delinquentes etiam si
non uisi sunt, ex tali longa possessione e-
rit illi qualitati præscriptum.

Ad quartum, an Luxouienses piscan-
5 tes in fluminibus existentibus in territo-
rio dicti loci pisces non modò ad usum,
sed ad uenditionem, præscripserint xij. ca
piti Franchisię, per quod disponitur, que
puellẽt pescher pour leur tables sans uen
dre, ita ut in futurum possint piscari non
modò pro usu, sed pro uendendo: respon
detur, tale ius piscandi posse acquiri præ-
scriptione, sicut ius pascendi seu pasturan
di, & ius lignandi, & similia, ut tradit Ce-
polla in tractatu seruit. rustic. prædior. in
rubr. de seruit. iuris pascen. col. vij. & viij.
Et si potest de nouo præscribi, tãto magis
prorogari & extendi præscriptione. arg.
l. uiros. C. de diuers. offic. lib. xij. & l. qui-
cunque. C. de fundo limit. lib. xi. & l. i. &
fin. C. de emancip. liber. & in simili in præ
scriptione meri imperij dicit Ioan. Bapti-
sta de sancto Seuer. in l. imperium. quæst.
xvij. ff. de iurisdict. om. iud. Aut igitur ali-
qui particulares dicunt se præscripsisse ta-
le ius, & si hoc fecerunt per tantum tem-
pus cuius non extat memoria hominis in
contrarium, procedit præscriptio. Cum
6 enim istud ius piscãdi habeat causam dis-
continuam, requiritur tantum tempus.
l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo-
tid. & æsti. l. foramen. in prin. & §. i. ff. de
seruit. urban. prędio. Canonistæ in c. per-
uenit. extra de censibus, & Cepolla d. tit.
de seruit. iuris pascend. col. viij. & in tit. de
piscatione. Aut uniuersitas Luxouij hoc
prætendit, & cum præscribere non potue 7
rit sine possessione, l. sine possessione. ff.
de usucap. in probanda hac possessione
non sufficeret probare actus particulariũ
personarũ quæ piscatæ essent: solet enim
dici, aliud esse uniuersitatem, aliud singu-
los uniuersitatis. l. in tantum. §. uniuersi-
tatis. ff. de rerum diuis. l. sicut. §. si quid u-
niuersitati. ubi gl. & Dd. ff. quod cuiusq;
uniuers. Felinus latè in c. eam te. extra de
rescript. Nam ad hoc ut actus gesti à sin-
gulis de uniuersitate efficiant uniuersita-
tem, requiritur quòd tractatu ipsius uni- 8
uersitatis facti sint, id est, cõmunicato con
silio & congregato. Bart. in l. aut facta. §.
final. ff. de pœnis. Cepoll. dicto tract. de
seruit. iuris pascen. & ita contra cõmuni-
tatem quæ dicebat se præscripsisse ius li-
gnandi, & pasturandi, & faciendi frõdes,
consuluit Corneus cõsil. cxlviij. uiso quo-
dam. col. final. uolu. i. & latius consil. xlvi.
in causa. uol. iij. & consil. lxij. etsi in hac.
uol. iiij. Et ideo nisi dicta cõmunitas pro-
baret illos particulares piscatos fuisse no-
mine aut mandato uniuersitatis, non dice
retur cõmunitas possedisse, nec per con-
sequens præscripsisse, & poterit in futurũ
prohiberi ne piscentur pisces ultra mo-
dum & facultatem datam in dicta Fran-
chisia, sub pœna quæ placuerit reueren-
do domino Abbati. Possunt enim domi- 9
ni terrarum prohibere subditis sub pœ-
na, ne uenentur, ne piscentur, ut per Iaco
binum de sancto Georgio in inuestit. feu
dali, in uerbo, & cum uenationibus. & in
uerbo, & cum piscationibus.

Ad quintum, num proprietas nemo-
rum dictæ uillæ de Luxeul, pertineat do-
mino Abbati, dico quòd sic, ut ex uerbis
duodecimi capitis expresse habetur, ibi,
Et doibuent auoir leur usuair es bois &
es pastures. Illud enim uerbũ, usuair, de-
notat simplicem usum, ut per gl. in l. i. ff.
de usufruct. in uerb. utendi. & gl. Instit.
eod. tit. in uerbo, fruendi. de cuius natura
est, ut ad usum tantum quotidianũ quis li 10
gnis uti possit. §. i. Instit. de usu & hab. ibi,
& lignis ad usum quotidianum uti pote-
rit. Et hoc est quod dicitur in dicto capite
duodecimo, Sans amas; debent siquidem

usum nemoris habere pro usu & necessitate sua, non autem ligna cumulare, & ut sic dixerim, amassare: nam prohibita fuit amassio, ne sub prætextu utendi postea uenderent. Nec obstat quòd qui syluæ u-
11 sum habet æquiparetur usufructuario, & ideo potest ligna uendere. l. diuus. ff. de usu & habit. Nam illa lex intelligitur quando illa sylua esset multum remota, ita ut quis uti non posset lignis ad usum quotidianum sine magna impensa, ut per glossam in d. l. diuus. & in d. §. i. Instit. de usu & habit. quam communiter sequuntur Doctores, Faber, Angelus, Porcius in d. §. i. Et idem dico in pasturis pro bestijs suis. Quomodo autẽ accipiatur uerbum, Burgeois, positum in dicto cap. xij. dic eos comprehendi qui secundum formam requisitam sunt recepti in burgeoisiam, & eos etiam qui præscripserunt, se diu pro burgensibus gerendo. Ad sextum, an dominus de Luxeul possit cogere homines eiusdem loci de Luxeul tempore dubij dare sibi utranque clauem uillæ, ego nescio uidere quomodo procedat hoc dubium: quoniam ex uerbis Franchisiæ cap. xiij. innuitur ius retinendi claues esse apud dominum, dum in eo dicitur: Item quand l'Abbe ne se doubtera, il cõmandera a un bourgeois de la uille lune des clefz des portes. Ipse ergo dominus Abbas debet utranque clauem habere, seu eius commissarij: nisi quando cessarent dubia & suspiciones, nam tunc tenetur unam clauem credere uni burgensi. Credo tamen dubium posse formari hoc modo. Nam à contrario sensu in dicto capite colligitur, quòd si dominus dubitet non tenetur cõmittere illam clauem burgensibus. Quid si commisit quando non dubitauit, & uult recuperare ratione dubij superuenietis, an stabitur dicto ipsius Abbatis dicentis se dubitare? Et concludendum est quòd sic, quoniam uerba referuntur in personam ipsius Abbatis, quand ne se doubtera. Ergo an dubitet necne, suo iudicio relinquitur, & istud est
12 etiam de iure: quando enim lex concedit aliquid alicui ex causa, statur assertioni ipsius si dicat causam subesse: licet possit probari cõtrarium, ut in officiali cui permittitur delegari causam propter necessariam absentiam, nam statur eius assertioni dicentis causam necessariam subesse, secundum Alberic. & communiter Doctores in l. i. ff. de offi. eius. prȩsertim cum in uoluntatem & arbitrium personæ asserentis est collata dispositio, ut in casu nostro, ut per Decium in d. l. i. colu. xx. uel quando tractatur de modico præiudicio 13
ut hic. Et ideo si episcopus alienus in literis ordinis dati, asserat se hoc fecisse de licentia proprij episcopi eius qui ordinatur, stabitur eius assertioni. Cardinalis in c. Albericus. extra de testibus. quem sequuntur moderni Taurineñ. col. lxviij. in d. l. i. Et ratio est, quia clericatus est modici præiudicij. Felinus in c. licet. in fine. extra de testib. Vel quando est præsumptio pro asserente, ratione dignitatis personæ, ut in prædicto domino Abbate, qui est prælatus maximæ dignitatis & autoritatis: his enim personis ratione excellentiæ creditur. Specul. in tit. de testib. §. restat. uersic. decimonono creditur. Confirmatur, quia est dictum generale, ut in his quæ dependent ex animo, stetur assertioni simplici cum iuramento. glos. in §. sed iste. Instit. de actionib. ubi Iason latè. colu. xviij. Sed hic satis est simplex assertio, quoniam huiusmodi personis iuramentum à iure remittitur. Authent. nec honore. & Authen. sed iudex. C. de episcop. & cleric. Ad septimum, quid sit requirere en bõne foy, nil aliud præstat quàm sine dolo & fraude ipsos captos requirere: bona fides enim est contraria dolo & fraudi. l. iij. in fin. ff. pro socio. Inde dicitur ho- 14
mo bonæ fidei, qui nihil dolo facit. l. iij. iuncta gl. C. de peric. & cõmod. rei uend. Item potest capi en bõne foy, id est, in ueritate, quod in idem incidit: nam bona fides pro ueritate accipitur. l. bona fides tantum. ff. de regul. iuris. Et sensus in effectu est, ut dominus Abbas ingenuè & citra collusionem illos captos debeat repetere. Ad octauum, an dicti burgenses possint cogi præstare les coruees & charrues, clarum est quòd sic, cum hoc eximatur à dicta Franchisia, ut eius ultimo capite apparet: & debens operas potest cogi illas præstare. l. i. C. de operis liber. & ibi not. Bald. & Salic. Sunt enim personaliter obligati, & ideo necessariò ad eas astringi pos-

gi possunt. l. sicut. C. de actionib. & obligationib. §. i. Instit. de oblig. Nec illis prodest quod non habeant equos: nam hoc est culpa sua, qui nō emunt: & quod plus est, cum non emant in fraudem domini, ut sibi non praestent praedictas corueas, non debent ex tali fraude cōmodum reportare, ut latè tradit Iacobinus de sancto Georgio in tractatu de Rhoidis. col. x. & xi. ubi ponit plures species fraudis quibus solent subditi cōtra dominos suos uti. Nunquid autem domini possint mutare & alterare formam agrorum ex quibus decimas soluunt, ex pratis in praedia, & è conuerso: dico quod sic. casus est in c. cōmissum, extra de decimis. & ibi in specie notat Panormitanus, & caeteri sequuntur. & quemadmodum antea ex uino debebatur, nunc ex frumento, uel è conuerso debebitur. Nam durat eadem seruitus. l. certo generi. ubi gl. & Alberic. idem tradunt. ff. de seruit. rust. praed.

Bellonus. Dolae.

1 *Filius an subintret locū patris quando tractatur de succedendo patruo.*
2 *Filius nō subintrat locum patris in fideicōmisso in dispositione hominis.*
3 *Filij fratris uocati à testatore collectiuè, an ueniant in fideicommissum.*
4 *Testator si aliquos uocet collectiuè, quo ordine succedatur.*
5 *Filij appellatione in fideicommisso non uenit nepos.*
6 *Testatoris mens colligitur ex eo quod ratio recti sermonis dictat.*
7 *Testator eosdem quos in institutione dilexit, uidetur etiā in substitutione comprehendisse.*
8 *Euictis praedijs agitur duplae stipulatione: & ibi quae requirantur, ut agi possit de euictione.*

Consil. L.

DEO optimo maximo autore. In praesenti difficultate procedam conclusiuè, omittendo rationes quae hinc inde adducuntur per Doctores, quoniam cōsultus fui etiam partium conuentione, ut in effectu dicam quid iuris. Et res redigitur ad illum articulū difficillimum, an filius subintret locum patris in fideicōmisso: in quo Doctores ita fuerunt uarij, ut uix discerni possit quę sit communis opinio. Et restringendo punctum, considero duos casus. Primus est, quando sumus in dispositione legali, & tunc omnes conueniunt ut filius subintret 1 locum patris, quādo tractatur de succedendo patruo, ut est in casu nostro, & patebit ex locis inferius allegādis. Sed hic non est casus noster. Secundus casus est, quando sumus in dispositione hominis, & hic est casus noster, & tunc duae sunt principales opiniones: altera gl. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. ij. quae relata ad tex. indistinctè tenuit in fideicōmisso filium subintrare locum patris, & eam sequitur ibi Imol. & sequutus est pluries consulendo Alexan. ut refert Decius consil. i. col. i. & in l. si auiae. C. de success. edict. in fin. primi notab. & eam dicit communiter approbatam, & pro ea cōsuluisse Aquen. in l. Gallus. §. quidam rectè. col. ij. ff. de liber. & posthum. Aret. consil. clxiij. col. penult. Decius consil. ccxvij. & eam sequitur etiam Curtius iunior in terminis nostris consil. lvij. in secūdo dubio. Iason consil. clix. uolum. iiij. & consil. ccxv. ij. uol. ubi dicit ab opinione illius glossae non esse discedendum in iudicando & consulendo. & in praedictis locis reperies etiam allegata consilia Corn. & Soci. qui sequuti sunt gl. Altera principalis fuit opinio Baldi in d. §. cum ita. quod in dispositione hominis filius non subintret 2 locum patris in fideicōmisso, & illam sequitur ibi Cuma. & pro ea etiam consuluit: & Baldū sequutus est Alex. pluries consulendo, ut refert Decius d. consil. i. col. iij. & in d. l. si auiae. & opinionem Baldi dicit magis cōmunem & ueriorem Decius d. consil. i. & secundum eam iudicatum fuisse in Rota curiae Romanę consil. ccccviij. in fin. & consil. ccccxij. & cccclxxviij. col. penult. & fin. & cccclxxx. col. iij. & ccxcix. col. iij. Idem uoluerunt Crotus, Ias. Ant. Rub. consulendo, ut habetur inter consilia d. Antonij Rub. consil. xxxvi. cum tribus seq. Idem Ias. in d. l. si auię. col. iij. & in dictis locis reperies etiam consilia Cornei, Soci. & aliorum idem tenentiū. Et haec pars uidet sequenda tanquam magis cōmunis. Ex qua infertur, Petrū solum admittendum ad haereditatem & fideicō-

missum de quo tractatur, exclusis Domi-
nico & Bartholomæo filijs fratris. Et ul-
terius istud ex pluribus conijcitur fuisse
de mente testatoris: siquidem in primis
aduertendum est quòd Doct. suprà rela-
ti loquuntur, quando filij fratris sunt uo-
3 cati à testatore saltem collectiuè, puta per
uerbum Liberos, uel descendentes &c.
& tunc potest esse aliqua ratio dubitan-
di, an ueniant simul cum patruo: at in ca-
su nostro, neq; expresse neq; collectiuè uo
cati sunt, sed est facta mentio de filijs tan-
tum: ergo minor debet esse ratio, ut filij
subintrare debeant locum patris: quia
etiam quod magis est, etsi post nomina-
tionem filiorum supposuisset testator ali-
4 quod nomen collectiuum, primò ueni-
rent nominati filij, deinde nepotes uoca-
ti per illud nomen collectiuum, ut est ca-
sus in d.l. cum ita. §. in fideicōmisso. & in
terminis nostris uult Ruin. inter consilia
Ant. Rub. consil. xl. col. ij. Decius cōsil. i.
in fin. Accedit aliud, quòd cum mentio fi
5 liorum bene facta sit, non uenient nepo-
tes, cum magis cōmunis sit conclusio sal-
tem in fideicōmisso, quòd appellatione fi
lij non ueniat nepos. Decius consil. xcv.
Socin. consil. lxxiij. iiij. uol. & maximè u-
bi filij nominatim sunt uocati, ut in casu
nostro. Bart. in l. liberorum. ff. de uerb. si-
gnif. in iij. col. Curtius iun. in nostris ter-
minis cōsil. lvij. col. i. Ex alio colligitur te-
statorem uoluisse uocare nepotes cum fi-
lijs, & sic patruis, quia concepit uerba sub
stitutionis singulariter: nam post nomina
tionem filiorū dixit, quòd altero deceden
te alter alteri succedat: sed si uoluisset uo-
care nepotes, ex quo plures nepotes esse
potuissent, concepisset uerba pluraliter.
6 Salua ergo ratione recti sermonis, ex qua
colligitur mens testatoris, nepotes nō cen
sentur uocati, ut in simili uult Bart. in l. fi-
nal. ff. ad Trebell. Curt. d. consil. lvij. col.
iij. Facit etiā alia urgens cōiectura, quòd
testator omnibus filijs decedentibus sub-
stituit filiam, & postea quosdam nepotes
suos: igitur apparet ita demum uoluisse
hæreditatem suam ad nepotes pertinere,
cum & filij & filiæ, quod magis est, essent
7 exclusi: quos enim institutione prædile-
xit, eosdem in substitutione præposuisse
intelligitur, ut in fideicōmisso notat Bar.

in d.l. final. ad Trebell. Ant. Rub. consil.
xxxvij. in fin. qui loquit̃ in proprijs termi
nis. & ad suprà dicta omnia faciūt quæ la-
tè scribit Curt. iunior consil. xxij. præsup-
ponitur. Circa secundū dubium dubi-
tandum non est, agi posse de duplæ stipu 8
latione propter prædia euicta. l. i. & l. em-
ptori. ff. de euict. cum similib. Est tamen
considerandum, quoniam multa requi-
runtur ut de euictione agi possit, scilicet,
ut denunciatum sit uenditori, ut res non
sit euicta per iniustitiam, ut sit appellatū,
& plura alia quæ habentur in l. emptori.
& ibi gl. Bart. Bald. Salicet. C. de euict.
congerit Angel. Aretin. in §. final. Instit.
de contrahen. empt. Practicus Papieñ. in
forma libelli uenditionis in uerb. promit
tenti. de euict. Et hoc ex parte eius qui a-
git. Ex parte uerò eorum qui conueniun
tur, quo ad fratres de Ferrarijs, aut sunt
hæredes patris cum beneficio legis & in-
uentarij, & si supersunt bona paterna faci
lis erit exactio: si uerò nō supersunt, & si-
ne beneficio patris hæreditati se immiscue
rint, tenebuntur de bonis proprijs ultra
uires hæreditarias, iuribus uulgarib. Si
uerò non sunt hæredes, prout ipsi fatent̃
in responsione sua, dum dicūt se nō fuis-
se, nec esse, nec esse uelle hæredes patris,
per quæ uerba inducit̃ repudiatio, ut per
gl. Bart. & omnes in l. qui se patris. C. un
de liberi. tunc hæreditas dicitur iacere, &
bona uacare. Erit itaque dandus curator
bonis uacantibus, ut possit perueniri ad
secundum decretum. quo uerò ad primū
decretum poterit fieri misio in possessio
nem, etiam non dato curatore, iuxta do-
ctrinam Bart. & Doctorū in l. si bona. C.
de bonis autor. iud. possiden. Est tamen
aduertendum, quoniam erit una uia eli-
genda, scilicet, aut agendum contra do-
minos Ferrarios ut hæredes, aut ut non
hæredes, ne sit contradictio. Animaduer
tatur ergo quæ sit facilior uia.

Bellonus. Papiæ.

1 *Emens rem à fisco statim est securus.*

2 *L. bene à Zenone. pluribus modis limitatur, ex quibus ali qui ibi reprobantur.*

3 *Princeps inferior qui habet iura Imperij, reputatur Imperator in terris suis.*

4 *L. bene à Zenone. procedit quando rex poßidebat rem alienatam.*

Subha-

5 *Subhastatio de re aliena uendita à principe, quando requiratur.*

6 *Princeps si in uenditione rei alienæ apponat causam, an statim emptor sit securus per l. bene à Zenone.*

7 *Fisco uendente hæreditatem alienam tanquam suam, an habeat locum l. bene à Zenone.*

Consil. LI.

1 DEO optimo maximo autore. Emens rem à fisco statim est securus, etiamsi res sit aliena, & dominus rei habet regressum contra fiscum intra quadrienniũ. l. omnes. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. §. fin. Instit. de usucapio. in terminis nostris Paul. in l. final. C. si aduersus fiscum. item Bald. in l. multum. C. de cōmun. rerum aliena. ubi de uenditione bonorũ rebellium confiscatorum, ut in hoc eodem casu dixi infra consil. lviij. Illæ tamen leges patiuntur plures limitationes, sed tangam tantum eas quæ possunt militare in casu nostro. In primis contrà facit, quòd bona de quibus agitur, fuerunt uendita ab illustrissimo Marchione Montisferrati: sed illa iu
2 ra habent locum tantum in Imperatore & Augusta, ita ut etiam locum non habeant in rege Franciæ. Decius consil. ccclvij. num. 7. cum alijs ibi per eum adductis. Ias. in Auth. quas actiones. col. i. C. de sacrosanct. eccles. sequendo Bald. Curtius iunior consil. cxlij. in fin. & consil. ultimo, in fin. Steph. Bertrandi consil. xv. uol. i. num. 19. Curtius senior consil. 50. num. 32. Sed ad hoc respondetur, suprà dictam limitationem sublimitari, quando
3 Princeps alius haberet iura Imperij seu regalia ab Imperatore, uel exercuisset per tantum tempus cuius non existit memoria in contrarium. Mart. Laud. in tractatu de principe, xi. quæst. Balbus in tract. præscript. in secunda part. quintæ partis, quæst. viij. Iacobi. de S. Georg. in d. inuestitura, in uerb. princeps. 40. speciali. qui loquuntur in terminis nostris, & est communis opinio Curt. consil. lxi. num. 9. & consil. c. num. iij. Ias. de duce Mediolani consil. ci. uol. iiij. col. ij. & de duce Mediolani Bolog. in cōsil. i. col. pen. moder. Taurin. latè in rub. ff. de iuris. om. iud. ubi plura cumulãt Curt. iun. in tract. feud. in ij. q. secũdæ quæst. princip. Et aliàs dicitur q̃d Marchiones & Duces in territorijs suis sunt imperatores: sed illustriss. Marchio Mōtisferrati est huiusmodi, ergo. ad quę facit consil. Paul. ccxxvij. & Iacobi. de S. Georg. in sua inuest. feud. in uerb. & dux. uers. dubitatur etiam. Secundo contrà facit, quoniam l. bene à Zenone. procedit ubi princeps usus est plenitudine potestatis. Deci. d. consil. ccclvij. col. fin. sed in casu nostro hoc non fecit, ergo &c. Respondetur, illud dictum Baldi nō esse uerum, & contra d. ll. indistinctè loquentes: & illud reprobat Feli. in c. quæ in eccles. col. xiiij. num. 59. extra de constitut. sequitur Balb. loco suprà alleg. Steph. Bertrandi d. consil. xv. num. 19. Tertio facit contrà, quia l. bene à Zenone. procedit quando 4
Princeps qui alienauit possidebat rem alienatam. Feli. in d. c. quæ in eccles. & Dd. ubi s. sed hic nō apparet de aliqua possessione. Ad hoc dicit, ex quo emptor possidet, & apparet eum missum fuisse in possessionē ex actis, præsumitur Principem possedisse. Bal. in d. l. multũ. C. de cōmu. rer. alie. sequitur Feli. ubi s. Ias. in Auth. quas actiones, de sacros. eccles. Balb. in d. tract. loco s. allegato. Et ideo pars aduersa deberet probare ipsum Principē nō possedisse. Quarto cōtrà facit, quia, ut inquit Bald. in l. i. C. de actio. uel hæred. uendit. requirũtur tria ut habeant locum illæ ll. & inter cetera subhastatio. Sed hoc reprobat Iacobi. de S. Georg. ubi suprà, & Balbus in d. tract. quia est contra dictas leges quæ loquuntur indistinctè de uenditione & de donatione: unde cum in donatione nō cadat subhastatio, ita nec in uenditione, ut uniformis fiat determinatio. l. quamuis. C. de impuber. cum similib. & distinguẽdo posset dici, aut Princeps uendit rem alienam ut alienam, ex causa præ 5
cedentis debiti, & tunc requiritur subhastatio: aut uendit rem alienam simpliciter ut suam, & tunc nulla requiritur subhastatio, ita uidetur sentire & uoluisse Decius d. consil. ccclvij. col. fin. & cum ita cogitassem reperi postea glossam in terminis, in §. final. Instit. de usucap. in uerbo, emit. & Bal. consil. cxxvij. iij. uol. in fi. Vltimo contrà facit, quia dictæ leges ha

bent locum quando fiscus uendit aliquã
6 rem simpliciter. Secus autem quando ad
ijcit causam ex qua sit sua. Bald. & Salic.
in l.i. C. de hæredit. uel actio. uendit. qui
ita respondent & intelligunt text. in l. nec
ullam. §. item si quis. ff. de petit. hæredit.
sequitur Socin. consil. xlvi. iiij. uol. num.
xix. Sed in casu nostro fuit adiecta causa.
Ad hoc potest multifariam responderi,
primo, quòd d. §. item si quis. habet diuer
sos intellectos, ut habetur per gl. in dictis
iuribus, & ibi Doct. unde non potest al-
legari ad decisionem. Bart. l. in ambiguo.
ff. de rebus dubijs. Secũdo dicitur, quòd
Socinus non firmat pedes super singula
solutione: quinimò in fin. dum pluribus
modis respondit ad d. l. bene à Zenone.
dicit, quòd si non singulæ solutiones, sal-
tem simul iunctæ tollunt cõtrarium. Ter
7 tio terminaliter dic, quando fiscus uendit
hæreditatem tanquam suam, id est, tan-
quam uacantem quæ non uacabat, aut lo
quimur respectu creditorum, & non ha-
bet locum l. bene à Zenone. quia possunt
agere contra emptorem: & ita procedat
text. in l. i. C. de hæredit. uel actio. uendit.
& ratio assignatur per Doct. in d. l. i. & in
d. §. item si quis. & in d. l. bene à Zenone.
Aut loquimur respectu tertij qui præten
dit ad se hæreditatem pertinere, & de iure
antiquo habebat locum d. §. item si quis.
hodie corrigitur ille §. per l. omnes. & l. be
ne à Zenone. ut per gl. in d. §. item si quis.
& ibi Petrus, Bart. Angel. Iacob. Butrig.
& Alberic. Cyn. in d. l. omnes. post gl. &
ibi Petr. & Bald. dicit ueram solutionem
quam sequitur Salic. & Angel. post gl. in
d. l. i. & Ioan. Fabri & Angel. in §. fin. In-
stit. de usucap. post gl. & ibi Iason testatur
cõmunem quæ uera est, ut liquet ex alle-
gatis proximè. Vnde uidetur partes ma-
gistri Iacobi Sellarij defendi posse ex hoc
capite.

Bellonus. Papiæ.

1 *Cessante ratione legis, cessat lex.*
2 *Concessio facta Hebræis ut possint fœnerari, est ex priui legio & gratia, ideo uenit strictè intelligenda.*
3 *Priuilegij natura est ut uerba strictè accipiantur. & ibi plura alia de uerbis priuilegiorum.*
4 *Verba priuilegij sunt ita interpretanda ne noceant priuilegiato.*
5 *Ratio eadem ubi est, eadem debet esse iuris dispositio.*
6 *Casus expressus gratia frequentioris usus, non excludit alios casus habentes similem rationem.*
7 *Regula l. cum prætor. ff. de iudicijs. ibi dupliciter limitatur.*
8 *Glossa in l. i. C. de rapt. uirg. in uerb. sponsam. ibi declaratur.*

Consil. LII.

DEO optimo maximo auto-
re. Concessum fuit priuile
gium ab illustrissimo Mar-
chione Montisferrati qui-
busdam Hebræis nomina-
tim, ut possint habitare, conuersari, fœ-
nus exercere, & aliter negociari in ciuita-
te Casalis, & hoc mediante quadam sum
ma pecuniarum; & fuit additum capitu-
lum, quòd nemo ex dictis Hebræis possit
conducere alium Hebræum ad habitan-
dum in dicta ciuitate pro præstando usu-
ram, nisi sit electus à maiori parte ipsorũ,
& cum licentia principis, & tunc quòd
possit habitare, conuersari, mutuare ad
usuram. Contigit modò quòd quidam ex
dictis Hebræis uult alium Hebræum du
cere, qui uult cõstituere apothecam & ne
gociari, dicit tamen se nolle mutuare ad
usuram, quæritur nunquid hoc fieri pos-
sit. Et uidetur dicendum quòd sic, quia il-
la prohibitio, ne possint ducere alium He
bræum, non fuit absoluta, sed limitata, sci
licet qui mutuaret ad usuram: unde si nõ
uult mutuare, cessat ratio prohibitionis. 1
l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat.
& dum excluditur ne mutuet ad usuras,
includitur quòd dummodo illud non fa-
ciat, possit habitare. l. cum prætor. ff. de iu
dicijs. Et à contrario sensu, si non condu-
cat ut mutuet ad usuras, ut aliud faciat po
test conducere. l. i. cum ibi not. ff. de offic.
eius. Tamen ulterius considerando, uide
tur concludendum nõ posse conduci ta-
lem Hebræũ sub hoc prætextu quòd nõ
uelit mutuare ad usuras, sed aliter nego-
ciari. Et primo considero quòd ista con-
cessio ut Hebræi possint habitare, nego-
ciari, fœnus exercere &c. est ex gratia
& priuilegio. c. etsi Iudæos. extra de Iu-
dæis. Oldrad. consil. lxxxvij. quæritur. er
go non debet ad alios extendi. l. final. ubi
Bart. & alij. ff. de constitut. principum. l.
quia

quia tale, ubi idem Bart. & moder. ff. so-
3 lut. matrim. est enim hæc natura priuile-
gij, ut stricte interpretetur, & maxime in
isto casu ubi nominatim factum est, quo
casu personale censetur. Alexand. consil.
lxxxvi. i. uol. Decius consil. cclxij. Vnde
etiam à paritate rationis non trahitur de
una persona ad aliam. Bald. in l. i. in prin.
C. de legibus. Decius consil. dxvij. prope
finem. & facit consil. Decij dxxiij. num. 3.
cũ seq. quo fit, ut ex uerbis positis in prin-
cipio priuilegij, omnes non nominati di-
cantur exclusi, maxime quia mediante
quadam summa pecuniarũ fuit hæc con-
cessio seu gratia facta. Vnde si uellemus
dicere, quòd ex capitulo inferiore cense-
rentur inclusi, ut habitare possent & ne-
gociari saltem illi qui non mutuarent ad
usuras, esset contradictio: & in omni ma-
teria, etiam priuilegij, uerba ita interpre-
tanda sunt, ne inuicem cõtradicant. c. in-
ter dilectos. §. cæterum. extra de fide in-
strumen. Alexan. in l. i. in prin. ff. ne quis
eum qui in ius uocat. & etiam quia uerba
4 priuilegij sunt ita interpretanda ne sint
nociua priuilegiato, ut de Hebræis latè
consuluit Decius consil. ccccluij. nu. xiij.
Secundo, attenta ratione quare fuit con-
cessum priuilegium, non uidetur quòd
possit aliter negociari. Nam sciendum est
quòd illi Hebræi ultra ordinarium cen-
sum quem dant principi, conuenerunt e-
tiam dare aliũ censum septuagintaquinq;
scutorum, propter tale priuilegium, quo
cauetur, ne alij Hebræi possint uenire ad
habitandum, & hoc ut uberius & maius
lucrum faciant, quia aduentus aliorũ sibi
præiudicaret. Sed hæc ratio militat non
tantum in mutuando ad usuras, sed ali-
ter negociando, quia aufertur lucrum a-
lijs Hebræis qui in hismet casibus nego-
5 ciarentur, unde debet militare priuilegij
dispositio. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. cum
similib. etiam quòd non esset tanta ratio
in uno casu quàm in alio. l. i. §. quod au-
tem. ff. de aleæ lusu & aleato. Tertio facit,
quia prohibent nominati alios Hebræos
conducere, nisi cum cõsensu maioris par
tis & illustrissimi domini: sed sine consen
su domini non posset alius non nomina-
tus nec habitare nec mutuare ad usuras,
nec aliter negociari. d. c. & si Iudæos, ergo
ut æqualis fiat determinatio, non debet
quis posse uenire ad habitandum & ne-
gociandum, etiamsi non mutuet ad usu-
ras, sine consensu maioris partis nomina
torum. Non obstat modò quòd illa pro-
hibitio sit limitata ad hunc finem, ne mu-
tuent ad usuras: quia respondeo hoc fuis-
se expressum gratia frequentioris usus: 6
nam solent Hebræi magis in usuris uer-
sari quàm in alia negociatione: nõ tamen
propterea fit quinetiam intelligatur de a-
lia negociatione, per quam fieret præiu-
dicium nominatis. Vnde gratia frequen
tioris usus nõ procedit dicta regula l. cum 7
prætor. cum alijs suprà adductis, ut per
D. Ias. in l. ij. ff. de uulg. & pupill. super
gl. in uerbo, si filio, quæ regula etiam non
procedit in casu isto, cum militet eadem
ratio in excluso & in incluso, ut per gl. in
d. l. cum prætor. Facit, quòd expressio ca-
sus magis frequentis non excludit alios
minus frequẽtes in quibus militet eadem
ratio. gl. in uerbo, sponsam. in l. i. C. de ra- 8
ptu uirg. ad quod plura cumulat Ias. in
l. i. col. iij. ff. de legibus. & in pulchro casu
consuluit Curtius iunior consil. cvij. in fi.
Et istud etiam quòd de alia negociatione
intelligatur, faciunt illa uerba sequentia
in dicto ultimo cap. dum dicitur, quòd ta
lis electus possit habitare, conuersari &
mutuare ad usuram: ergo nisi sit taliter e-
lectus, non poterit habitare, nec conuer-
sari, nec negociari, nec mutuare ad usu-
ras. & hæc pars sequenda est, quia de faci
li fieret fraus uoluntati principis: sub eo
enim prætextu aliter negociandi, mutua-
retur ad usuras, maxime cum mutua so-
leant clàm fieri. Et dubitandum nõ est ta-
lem fuisse mentem principis, ad quem si
opus fuerit pro tali declaratione recursus
haberi poterit. l. leges. C. de legib. Bart. in
l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. iij. q. se-
xtæ quæst. principal.

Bellonus. Papiæ.

1 *Correctio non dicitur fieri, nisi expresse anteriori dispositioni derogetur.*

2 *Argumentum à contrario sensu non habet locum, quando induceretur correctio.*

3 *Inculcatio uerborũ aliquando admittitur, & de hoc subijciuntur aliquot decisiones.*

4 *Verba ubi non conueniunt, nec legis dispositio habet locum.*

5 *Vltima uoluntas capitur dupliciter, pro contento, & pro continente.*
6 *Mens testatoris præsumitur talis, qualis secundum rectũ sermonem procedere potest.*
7 *Copula & alternatiua posita inter duo idem significantia, resoluuntur in id est.*
8 *Statutum postquam est aliquid operatum, debet restringi, ut minus lædat ius commune quàm sit poßibile.*
9 *Statutum etiam correctorium extenditur per interpretationem paßiuam.*
10 *Extensio censetur facta cum qualitatibus suis.*
11 *Statutum etiam derogatorium iuris cõmunis, debet declarari secundum ius commune.*
12 *Statuta quamuis correctoria extenduntur de uno casu ad alium, quãdo sunt casus æquiparati à iure antiquo per uiam regulæ.*
13 *Auth. ex causa. & corpus unde sumitur, habent clausulã derogatoriam.*
14 *Dispositio sequens etiam generaliter derogans primæ dispositioni, non tollit præcedentem in qua est clausula derogatoria.*
15 *Contrarietas est distinctione adiuuanda & tollenda in omni materia.*
16 *Testamentum nullum nõ trahitur ad legata quando sunt repetita ab intestato.*
17 *Clausula codicillaris, & clausula, omni meliori modo, operantur ut legata debeantur ab intestato.*
18 *Clausulæ prædictæ faciunt censeri quem rogatũ restituere uenientibus ab intestato.*
19 *Legitima sumitur detracto omni onere.*
20 *Confirmans, non confirmatum, attenditur.*

Consil. LIII.

DEO optimo maximo autore. Per magnificum uirum dominũ de Barra senatorem Dolanum proponitur in facto, extare cõsuetudinem in Ducatu Burgundiæ huiusmodi: Vng chascun habile à faire testamẽt & ordonãce de derniere uolunte, est tenu de laisser a ses urais heritiers sa uraye legitime, cest ascauoir la tierce partie de tous ses biens par droict d'institution ou aultrement ledict testament ou ordonance est nul. quæ consuetudo hanc diuturnã ex longo tempore accepit interpretationem, ut procedat in omnib. hæredibus etiam transuersalibus, qui successuri essent ab intestato, quibus est relinquenda legitima iure institutionis, aliàs testamentum est nullum, nec sufficeret aliquid relinquere, ut posset postea agi ad supplementũ: quo fit ut iuri communi derogetur in duobus. Primò, quòd transuersalibus omnibus debeatur legitima, contra l. fratres. C. de inoffic. testam. & §. i. Instit. eod. tit. Secundo, quòd non potest agi ad supplementum, contra l. quoties. & l. omni modo. C. eo. Contigit modò quendam fecisse testamentum, in quo præteriījt unum ex proximiorib. hæredib. transuersalibus, quo casu testamentum est nullum ex hac consuetudine propter præteritionem, quo ad institutionẽ. Neque hoc habet difficultatem, sed dubitatur de legatis, an & ipsa nulla sint, an uerò debeantur, per Authentic. ex causa. C. de liber. præteritis, in qua disponitur, ex causa præteritionis testamentum esse nullum, quantum ad institutionẽ; cætera autem firma remanere. Casus iste est nouus, ut mihi dicitur, in hac patria Burgundiæ. Moderni Diuion. in suprà dicta consuetudine mouent quæstionem, sed non firmant pedes, & tandem relinquunt cogitandum. Ideo cum non posit fieri super eorũ dictis fundamentũ, adducã aliquas rationes, quibus apparebit clarissime, legata deberi per dictam Authenticam, tollendo sigillatim loco suo quæ in contrarium facient, ne bis idem repetamus, ut breuitati studeamus. Primo, quòd legata debeantur rupto & nullo facto testamento per præteritionem, est casus expressus in Authentic. ut cum de appellatione cognoscit. §. siue igitur omnes. uers. si uerò contigerit. ubi habetur, ex causa præteritionis testamentũ esse nullum quantũ ad institutionẽ, sed legata & alia in testamento disposita præstari debere. & ita concludunt communiter Doctores in dicta Authent. ex causa. in uerbo, cetera. Ratio est, quoniam fiebat tantum iniuria hæredibus, non instituendo eos. Satis itaque fuit Imperatori tollere id in quo consistebat iniuria; & cum huic Authenticæ nihil sit derogatum à dicta consuetudine, saltem expresse, ut ex eius cõtextu uideri potest, sequitur uulgatum illud dictum Imperatoris in l. præcipimus. in fine. C. de appellationibus. quod non mutatur, quare stare prohibetur? & propter id dicit ibi Bartolus, debere esse aliquid specialiter & expresse mutatum, ut posit dici correctum

rectum, quod adeò est uerum, ut etiam ex identitate rationis nõ fiat correctio. idem Bartol. in l. si uerò. §. de uiro. ff. solu. matr. ubi Imola latissime. quinimò nec ex maioritate. gl. in Authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. ubi Iason, & tradunt Bart. & Doct. in l. omnes populi. in sexta quæst. principali. ff. de iustit. & iure. & in l. si constante. in prin. in viij. quæst. primæ partis principal. ff. solut. matrim. Inde est
2 quòd argumentum à contrario sensu nõ habet locum quando induceretur correctio, secundum Doct. in l. i. ff. de offi. eius. quia tale argumentũ est subauditus intellectus. gl. in l. apud antiquos. C. de furtis. in uerbo, coniectura. Et solet dici, euitandam esse legum correctionem in quantũ fieri potest. Quæ omnia multò magis procedunt in casu nostro, cum adsit aliud statutum, in titulo des forestz, pasturages &c. §. x. colum. iiij. car se aulcuns cas aduenoyent qui ne fussent comprins es dictes coustumes que lon y face selon dispo sition de droict escript. Non obstat si dicatur, imò hanc consuetudinem tollere expresse Authentic. ex causa. cum annullet testamentum & ordinationem ultimæ uoluntatis; & ita procedit in quacunq; ultima uoluntate ultra testamentum; loquitur enim copulatiuè & alternatiuè, quarũ natura est poni inter diuersa. gl. in rub. ff. de iuris & facti ignor. & in l. ubi pactum. de transact. Sed legatum est ultima uoluntas, ergo &c. Siquidem ad hoc respõdeo, talem intelligentiam remotissimam à uero, & ab intentione statuentium; & certò credo pro uno & pro eodem poni testamentum & ultimam uoluntatẽ, & quòd sit uerborum inculcatio, ut in simili dicit gl. in l. certi condictio. ff. si cert. petat. & in rub. ff. si ager uectig. uel emphyt. Et idem
3 dici solet de clausula, fecit, constituit, creauit, suum procuratorem &c. quæ omnia uerba ad idem tendunt, ut per Specul. in tit. de procuratorib. §. hoc autem. uersic. sed oppon. Idem de clausula, dedit, uendidit, tradidit, ut per Bart. in l. fin. in prin. ff. de cond. ob causam. Et in terminis nostris ita dixit Paul. de Cast. in l. testamen. C. de testamentis. de illa clausula, Hoc uolo esse meum ultimum testamentum, ultimam uoluntatem, ultimam dispositionem, quæ omnia idem important. Et ulterius perpendendo realiter & diligenter textum nostræ consuetudinis, aliter dici nõ potest, quàm quòd uerbum, ultima uoluntas, capiatur pro testamento, non autem pro legato. Siquidem cui non conue 4
niũt uerba legis, nec eius dispositio. l. iiij. §. toties. ff. de damno infec. Sed legato nõ conueniunt uerba consuetudinis, igitur &c. Probatur hoc primo, quoniam consuetudo loquitur de ordinatione, in qua potest fieri institutio; sed in legato hoc nõ fit, quum in testamento tantum institutio fieri possit. §. penult. Instit. de codicillis. Imò ad cognoscendum, an quis uoluerit facere testamentum, inspicitur an processerit per modum institutionis. l. i. ff. de iure codicill. ubi Bartolus & alij. Secundo, uerba illa, ordinatio ultimæ uoluntatis, non quadrant legato, quia legatum est bene ultima uoluntas, sed non est ordinatio ultimæ uoluntatis. Nam ultima uoluntas 5
capitur dupliciter, pro contento & pro continente. pro contento, puta pro legato, fideicõmisso &c. pro continente, puta pro testamento, pro codicillo, in quibus testator ordinat uoluntatem suam legando, fideicõmittendo &c. Sed in text. nostro apparet expresse capi pro continente, dum fit mentio de testamento. Ergo eodem modo intelligitur uerbum Ordinatio; nam una pars alternatiuè ambigua declaratur per aliam claram. l. i. ff. de reb. dubijs. facit l. utrum. de petit. hæredit. Postremò si caperentur uerba illa, testament ou ordinance, tanquam diuersa, sequeretur falsa grammatica: esset enim sensus, quòd testamentum & legata est nullum, & tamẽ deberet dicere, sunt nulla: qua ratione dicendum est pro eodem poni, ut sit sensus, testamentum quod aliàs appellatur ordinatio ultimæ uoluntatis, est nullum. pro quo facit notabilis doctrina Bartol. in l. final. ff. ad Trebell. ubi testator in dubio quos in institutione dilexit, censetur eosdem in substitutione prædilexisse. Limitatur hoc ut non procedat, quando ita intelligendo sequeretẽ mala grãmatica, quoniã tunc præsumitẽ illam fuisse mentẽ
testatoris, quæ secundũ rectũ sermonem 6
procedere potest, ut latius ibi per eum uideri potest; quem secutus est cõsulendo &

ſummè cōmendat Corneus conſil. cccvij. incip. in hac conſultatione. ij. col. uol. i. & eius dictum cōmuniter approbatum teſtatur Curt. iunior conſil. lvij. incip. habita. col. iiij. Non obſtat, naturam copulę & alternatiuæ eſſe poni inter diuerſa: nam iſtud nō procedit quando ponuntur inter duo idem ſignificantia, ut hic, ſecundum quod ſuprà oſtendi: tunc enim re-
7 ſoluũtur in id eſt, ut de copula tradit Bar. Iaſ. & alij in l. ij. ff. de iuſtit. & iur. & de alternatiua habetur in d. rub. ſi ager uectigal. uel emphy. & in l. ſciendum. §. i. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. i. iuncta gl. C. de repud. pulchrè per eundem Curtium cōſil. cxlv. incip. facti contingentia. col. vi. ubi uult expreſſe, quòd non obſtante alternatiua, detur inculcatio uerborũ. & ibi uide. Secũdo facit principaliter, quia ſtatuta ſunt ſtrictè intelligenda. l. quicquid aſtringendæ. de uerb. oblig. maximè quando ſunt correctoria, iuxta proximè dicta: & ideo
8 ſtatim quòd ſtatutũ eſt aliquid operatũ, debet reſtringi, ut minus lædat ius cōmune quàm ſit poſsibile. l. ij. ubi Salic. C. de noxal. c. cum dilectus. extra de conſuet. c. ad audientiam. extra de cleric. nō reſidentibus. ubi Panor. & alij. & idem tradit Alex. in l. iij. §. prætor ait. col. iiij. de dam. infect. dicens, quòd quoties ſtatutum eſt generale, modò in aliquo addat iuri cōmuni, ſtatim debere reſtringi, & in reliquis intelligi & declarari ſecundum ius cōmune. & hanc dicit ueram & cōmunem concluſionē Curt. iunior conſil. cv. incip. uiſo ac diligenter. col. i. quam cōprobat nōnullis autoritatib. & deciſionibus, ut ibi per eum. At in caſu noſtro ſtatutũ eſt correctorium, & nō modò modicũ, ſed multum operat̃, ut dixi ſ in prin. ergo in alijs reſtringi debet. Confirmatur hoc fundamentum ex uerbis poſitis in fine dictarũ conſuetudinũ, dum ibi habetur, Et que icelles couſtumes ainſi par nous autoriſees ſoyent declarees & interpretees ſelon droyct eſcript. Tertio facit, quòd in caſibus in quibus ſtatutum non recipit interpretationem etiam actiuam, id eſt, ut ſtatutum ad alios caſus non comprehenſos extendatur, tamen recipit interpretatio-
9 nem paſſiuam, id eſt, ut aliæ leges ſe extendant ad ſtatutum. & hanc concluſionem dicit uerã indiſtinctè Bart. in l. omnes populi. in iiij. quæſt. ſextæ quæſt. principal. ff. de iuſtit. & iur. & ibi moder. omnes atteſtantur cōmunem ex pluribus autoritabus per eos adductis. Ex quo decidit Bartol. & cæteri ſequũtur, quòd ſi ſtatuto inducatur aliquod nouum munus perſonale, omnes leges de munerib. perſonalibus loquentes extendunt̃ ad illud. l. i. §. i. ff. de muner. & honor. Vel ſi ſtatutum confirmet aliquod teſtamentũ de iure non ualens, omnes leges loquentes in materia teſtamentorũ in eo locum habebunt, puta falcidia, Trebellianica, etiã ſi de his nihil ſit expreſſum. l. i. §. lex falcidia. & ibi Bart. & poſt eum Alex. Socin. Iaſ. ff. ad l. falcid. Et hoc modo eſt intelligendũ id quod dicitur, leges priores trahi ad poſteriores. l. non eſt nouum. & l. ſed & poſteriores. ff. de legib. Ita dicendum eſt in caſu noſtro, cum per cōſuetudinem iſtam inducatur denouo, ut etiam tranſuerſales titulo inſtitutionis debeant habere legitimã, aliàs teſtamentũ ſit nullum: unde extenditur quod erat in ſuis hæredibus ad alios omnes, quod quatenus denouo lex diſponit, debet recipere determinationē ab alijs iuribus loquentib. de materia ſua, id eſt, ab Authentic. ex cauſa. quæ uult, ut annullato teſtamento ex cauſa præteritionis, teſtamentũ ſit nullum quo ad inſtitutionē, cætera autem firma permaneant. Confirmantur prædicta, quòd quoties fit extenſio, intelligitur facta cum omnibus qualitatibus ſuis. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. c. hi qui autor. de præbend. in vi. Igitur cōſuetudo ſeu ſtatutũ noſtrum, quod extendit dicta in hæredibus deſcendentibus ad alios tranſuerſales ſecũdum cōmunem intelligentiã dictæ conſuetudinis, cenſetur facere extenſionem cum 10
ſuis qualitatibus. Facit in ſimili, ſi ſtatuto caueatur ut pupillaris ætas duret uſq; ad uiginti annos, quemadmodũ poterat pupillo ſubſtitui à patre uſq; ad decimũquartum. l. ij. ff. de uulg. ſubſtit. §. maſculo. Inſtit. eod. ita poterit fieri ſubſtitutio in tempore extenſo uſq; ad uiginti annos, ut tradunt Doct. in d. l. ij. Et ſi ſtatutum diſponat quòd mater habeat filium in poteſtate, extendendo id quod eſt in patre, etiam mater poterit pupillariter ſubſtituere ſicut pater,

cut pater, ut determinat Alex. in d. l. ij. &
ibi moder. & in d. l. omnes populi. de iust.
& iur. Nõ obstat si dicat̃, prædicta proce=
dere quãdo statutũ nõ esset correctoriũ,
secus quando est correctorium: nam tunc
11 cum ueniat ad derogationẽ iuris cõmu=
nis, non debet secundum ius cõmune de
clarari & intelligi, prout decidit Bal. in l.
maximũ uitium. C. de liber. præter. & in
c. cum nõ liceat. extra de præscript. quem
sequitur Paul. Castreñ. in l. fin. §. in cõpu
tatione. C. de iure delib. Siquidem respõ=
deo, illud dictum Baldi cõmuniter repro
bari, & in specie diuersis medijs reprobat
Alex. in d. §. in cõputatio. & ibi Ias. qui se
remittit ad dicta per ipsum in d. l. omnes
populi. ubi tenet contra Bal. col. fi. Idem
uoluit Imol. in d. l. si uerò. §. de uiro. Ro=
ma. in l. si quis priore. ff. ad Trebell. qui di
cit ita se consuluisse. & dictum Bal. cõmu
niter reprobatum attestatur Curt. iunior
consil. vij. incip. uideretur prima. col. iij.
& d. consil. cv. Non obstat secundo, si di=
catur, quòd etsi hæc consuetudo accepe=
rit interpretationẽ passiuam ab Auth. ex
causa. tamen nihil seruire in casu nostro,
in quo tractatur de transuersalib. in qui=
bus non habet locum d. Auth. ut ibi per
Alex. & Ias. Nam respõdeo, cum omnes
hæredes tam transuersales quàm ascen=
dentes seu descendentes sint æquiparati
per hanc cõsuetudinẽ, ut relinquatur eis
legitima, aliàs testamentũ sit nullũ, in om
nibus locũ habebit d. Auth. ex causa. per
illam ueram & cõmunem regulã & con=
12 clusionem, quòd quando duo sunt æqui=
parata à iure per uiam regulæ, maximè in
indiuiduo, ut in consuetudine nostra, di=
spositũ in uno censetur dispositũ in alio,
etiam in correctorijs. gl. fin. in l. si quis ser
uo. C. de furt. & ibi Bar. & in l. Marcellus.
ff. ad Trebell. ubi post Bar. Alex. & Ias. &
Ang. de Aret. in §. ius autem ciuile. Instit.
de iur. natural. gent. & ciuil. Deci. in l. fa=
ctum. §. in pœnalibus. nu. 16. de reg. iur.
Quarto stringit aliud: nam aduertendũ
13 est Authen. ex causa. & corpus unde su=
mitur, habere clausulam derogatoriã, di=
co derogatoriã cum annullatione: postquam
enim Imperator in Auth. ut cum de ap=
pell. cognoscit. §. siue igitur omnes. cum
§. seq. apposuit causas quæ apponi debẽt
in exhæredatione, ut quis dicat̃ ritè præ=
teritus & quo ad descẽdentes & ascenden
tes, inquit, si suprà dicta seruata non fue=
rint, testamentũ non ualere quo ad insti=
tutionẽ, legata uerò & reliqua firma ma=
nere. Postea in fine subdit: Si quid autem
pro legatis siue fideicõmissis &c. in alijs le
gibus inuentũ fuerit huic constitutioni
contrariũ, hoc nullo modo uolumus ob=
tinere. Stante itaque hac clausula derogato
ria, necesse foret ad hoc ut consuetudo no
stra derogaret Authẽticæ, ex causa. ut nõ
modò generaliter, sed specialiter, & in in=
diuiduo esset illi derogatũ. Nam statutũ
& lex habens clausulam derogatoriã, ma
ximè tam strictã ut in casu isto, in quo est
derogatoria cum annullatione, non tolli
tur per statutum sequens, etiam generali= 14
ter derogans primæ dispositioni, ut con=
cludit Bar. in l. omnes populi. in iiij. q. iij.
quæst. principal. uers. circa secundũ. ff. de
iust. & iur. & ibi omnes sequuntur. Mul
tò minus ubi de priore dispositione nulla
fit mentio, ut in hac consuetudine. Et ra=
tio est, quia protestatio præcedens demõ=
strat animũ & uoluntatẽ deesse in secun=
do statuto, quod postea fieret. Et idem ea=
dem ratione concludit Bar. & Doct. in te
stamento habente clausulam derogato=
riam, in l. si quis in principio testamenti.
ff. de lega. iij. Idque adeò uerum est, ut licet
extaret statutum quòd ultimũ testamen=
tum teneret, non facta mentione de uer=
bis derogatorijs primi, tale statutum non
subsisteret, quasi factũ aduersus ius gen=
tium, quod requirit in testamento uolun
tatem testatoris, quam non habet secun=
dum testamentũ, propter uerba deroga=
toria primi, ut per Paul. de Cast. consil.
ccccxliiij. uidetur sine dubio. uol. ij. Præ=
terea etsi d. Auth. ex causa. cum materia,
non haberet clausulã derogatoriã, nihilo
minus per consuetudinem nostram non
esset sibi derogatũ: nam quoties duo sunt
cõtraria, ita demũ secũdum tollit primũ,
quando sunt omnino & præcise contra=
ria; secus si distinctione concordari pos=
sunt. Auth. offerat̃. C. de litis contest. iun
cta l. sciendum. ff. qui satisd. cogan. ut tra=
dit Bar. in extrauag. ad reprimendum. in
uerb. non obstantibus. Et hoc est genera
le, ut quoties fieri potest cõtrarietas distin 15

ctione cōcordari possunt. Auth. offerat. C. de litis contest. iuncta l. sciendū. ff. qui satisd. cog. ut tradit Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uerb. non obstantibus. Et hoc est generale, ut quoties fieri potest, cōtrarietas distinctione tollatur. ita in statutis & omnibus dispositionib. affirmat Alex. consil. cxli. uiso testamento. col. iij. uol. ij. & Deci. consil. ccclxxiiij. col. ij. Sed in casu nostro potest fœdere distinctionis res conciliari: Aut loquimur respectu restitutionis, & testamentū est nullū, & ita procedat cōsuetudo, aut respectu legatorum, & sustinet̃, ita procedat Auth. ex causa. Quinto, posito & nō cōcesso quòd esset sublata Auth. ex causa. & quòd per cōstitutionẽ seu consuetudinẽ essemus redacti ad ius antiquū, adhuc dico deberi legata de quib. agitur: quoniā etsi de iure antiquo per pręteritionẽ testamentū esset nullum, l. maximū uitiū, C. de liber. præte. Instit. de exhæreda. liber. in prin. etiam quo ad legata, l. si nemo. la i. ff. de testam. tutel. l. eam quam. C. de fideicōmiss. tamen hoc
16 non habebat locum ubi legata erant repetita ab intestato, ut est casus in l. ex testamento. C. de fideicōmiss. & dicuntur re-
17 petita ab intestato, quando est apposita clausula codicillaris, secundum gl. in d. l. ex testamento, uel esset apposita clausula, omni meliori modo &c. quæ æquipollet clausulæ codicillari. l. codicillis. §. fin. ubi Bart. ff. de lega. ij. Curtius iunior latè consil. lxxi. in causa, col. penul. Chassan. in d. consuetudine, in uerb. sa uraye. in sexta limitat. & utraq; in casu nostro est apposita. & hæc est cōmunis opinio, ut per Bar. in d. Auth. ex causa, col. fin. & in l. i. v. q. ff. de iure codicill. Alex. consil. xlij. uiso processu. uol. ij. Socin. consil. xciij. testamentum. uol. iiij. Decius consil. cccxx. in prin. Et ratio est in promptu, quia per ta-
18 lem clausulam censentur rogati uenientes ab intestato, restituere hæreditatẽ hæredibus scriptis per fideicōmissum, ut per Bart. Curt. & Deci. s̃ allegatos. Ideo cum fideicōmissum sit onus, l. cohæredi. §. cū
19 filiæ. ff. de uulg. & pupill. de legitima detrahitur omne onus. l. quoniam. C. de inoffic. testam. & ita hæres uerus habebit integram legitimam, & erit satisfactum intentioni statuentium. Et si dixeris, statutū uelle ut habeat hæres legitimā iure institutionis, est uerum hoc in causa testati, secus in causa intestati: aliàs sequeret̃, quòd semper deberet fieri testamentū ut hæres haberet legitimam, & quòd esset sublatus usus codicillorū, quod est absurdissimū. Et ex hac ratione infero, non bene locutum Chassaneum in d. consuetudine col. pen. dum inquit, per dictam consuetudinem clausulam codicillarem locum habere non posse in Burgundia. Sexto firmat̃ hæc pars solidissimo fundamento, quòd etsi testamentū sit nullum, adhuc debeantur legata. Nam post factum testamentū testator fecit codicillos, in quibus ademit legata aliqua in dicto testamēto relicta, & quæ non ademit expresse cōfirmauit, unde sequit̃ quòd ex his codicillis debebit̃ legatū: est enim uera & cōmunis conclusio, quòd quoties dispositio cōfirmata subsistere non potest, agitur ex confirmante, nō ex cōfirmato, ut est casus de testamēto confirmante ut ex eo agatur, in l. si quis priore. ff. ad Trebell. & idem in sententia confirmante tradit ibi gl. Bar. & Alex. & idem Bar. in l. eos. col. ij. C. de appell. Ex s̃ dictis itaq; rationib. probatū est legatū deberi siue testamentū sustineat̃ quo ad legata, per Auth. ex causa. siue in totum sit nullum.

Bellonus. Dolæ.

1 *Vsufructuaria bonorum omnium tenetur facere inuentarium, & cauere de utendo & fruendo arbitrio boni uiri.*
2 *Vsufructuarius omnium bonorū cauet de rebus restituendis finito usufructu, siue sint mobiles siue immobiles.*
3 *Testator nō potest remittere cautionem nec inuentariū.*
4 *Vsufructuaria uxor non facit fructus suos, si interpellata ab hærede non faciat inuentarium.*
5 *Vsufructuarius qui non potest præstare fideiussores, an excusetur per iuratoriam cautionem.*
6 *Iuratoria cautio non conceditur ei qui non poßidet immobilia.*
7 *Vsufructuario non satisdante, arbitrio iudicis statur an sequestrari debeant fructus.*
8 *Vxor relicta usufructuaria, propter non confectum inuentarium & non præstitas cautiones an amittat usumfructum.*
9 *Vsufructus amittitur, si non caueatur per usufructuariū.*
10 *Priuatio quæ uenit de natura actus, non dicitur pœna.*
11 *Mulier usufructuaria malè utens usufructu, debet illo priuari.*

Consil. LIIII.

DEO opt.max.autore. In præmissa quæstione sciendũ
1 est, usufructuariã omniũ bonorum teneri facere inuentarium de rebus inuentis in hæreditate. casus est in l.i.§.recte. ff.usufr. quemad.caue. Paul.de Cast. consil.cxci. antequã ueniam ad dicta dubia,col.i.& late Alex.consil.lviij.iij.uol. Et satisdare de utendo & fruendo,arbitrio boni uiri,l.i.§. habet.ff.usufr.quẽad.caue.Paul.de Cast. in Auth.qui rem.C.de sacr.san.eccl.& ha
2 betur in l.i. C. de usufruct. Item de rebus restituendis finito usufructu,siue sint mobiles siue immobiles.l.i. & l.si usufructus mihi.§.si uestis.& l.fin.tit.proxime allegato.& in l.iiij. C.de usufruct. etiã respectu earũ rerũ quæ usu cõsumunt̃, iuxta tit.de usufr.ear.rer. quæ usu consumunt̃.Et fit æstimatio, & præstat̃ cautio de reddenda æstimatione finito usufructu.§.cõstituit. Instit.de usufr.l.si cui.& l.seq.ff.usufruct. quemad.caue. Canonist. in c.fin. de pig. & in terminis mulieris relictæ usufructuariæ tradit Alex.d.cõsil.lviij.Paul.de Cast. consil.cxci.Bal.cõsil.ccclxxv.casus super quo consiliũ.uol.i.& per Panor.cons.iiij. in quæstione quę uertit̃ in sexto dub.uol.
3 ij.in tantũ, quòd etiã testator nõ potest d. confectionẽ inuẽtarij & cautiones remittere,ut est tex.& ibi notant Bar.Bal.& cõmuniter Doct.in l.i. C.de usufruct. & est cõmunis opinio Doct.ut attestat̃ Soci.in consil.cxxxi.col.pen.& sequunt̃ Doct.in locis præalleg.& Bar.& alij in l.nemo po
4 test.ff.de leg.i. Ad secundũ,an ex eo quòd mulier de qua agitur, interpellata per hæredem ad conficiendũ inuentariũ & cautiones prædictas præstandas,aliàs protestando cõtra eam de pœnis iuris &c.prædicta facere recusauit,& fructus percepit, fecerit fructus suos, uel eos restituere teneatur hæredi,tradit Bart. Alex.& alij in l.uxori usufructũ.in fin.de usufr.lega. Salic.& Doct.in l.i.C.de usufruct.& Canonistæ in c.fin.de pig.Et omissis distinctionibus quas faciunt Dd.fit unus casus cõtingens in proposito,quando usufructuarius percipit usufructũ hærede sciente & cõtradicente, & tũc nõ facit fructus suos. ita concordant Bart.& alij s̃ alleg. Bald. in consil.xxi.uol.ij. Fulg.cõsil.lxxxiij. & xciij. Paul. de Cast.in consil.ccxl. præfati Vanutius.in fi. Panor.d.cõsil. iiij. ij.uol. & per Soci.consil.cxxxi.col.fi.uol.i. Circa tertium quæsitũ,an excuset̃ ista mulier 5
per impotentiã à d. cautione, præstando iuratoriã cautionẽ, ita quòd sic etiã possit facere fructus suos, est primo aduertendum,quòd si nõ potest reperire fideiussorem, propter eius mulieris malos mores uel uitã,uel quia in paupertatẽ incidit sua culpa, tunc sine dubio nõ prodest d.cautio iuratoria. Bal. in Auth.cui relictũ. C. de indi.uidu.toll. Et plus uoluit Soci.cõsil.ccxxxi.uol.i.quòd si quis nõ possideat 6
immobilia in loco, censetur suspectus de fuga, ita quòd non gaudet beneficio iuratoriæ cautionis. Sed quicquid sit in hoc, in quo uariæ sunt opiniones,ut per Bart. & Sali.in l.iiij.C.de usufr. tamen uidetur tenenda illa opinio quam tenet gl. ibi ordinaria, quòd nõ sufficiat dicta iuratoria cautio;& hanc opinionẽ tenent multi maximæ autoritatis,ita quòd ab ea recedere durum esset in practica, ut ibidem attestatur Salic.& sequitur Rom.in l.ij. in prin. ff.sol.matr.& consil.ccccxxxix. circa primum propositæ consultationis articulũ. col.fin. & facit,quia quando satisdatio est præstãda de necessitate uel natura actus, ut in usufructuario, tunc nõ sufficit iuratoria cautio,ut per moder.in l.i.col.iiij.ff. qui satisd.cog. Præterea etiam secundum aliam opinionẽ æquiorẽ saltem, per quã conceditur sequestratio secundũ Bart.& sequaces in d. l. iiij. omnino sequeret̃ q̃d 7
dicta bona ad usufructandũ legata, stare deberent penes hæredẽ,& de eis certa cõmoditas usufructus pręstãda esset usufructuariæ arbitrio iudicis. Et quòd in hac quęstiõe stetur arbitrio iudicis,firmat Socin. d.consil.ccxxxi. & istam missionẽ in possessionẽ nõ potest impedire cautio iuratoria per impotentiam, per tex.notabilem in l.filiusfamiliâs. §.diuus. ff.de leg.i. Paul.de Cast.in l.si cõstante.§.quoties.in prin.ff.sol.matr. & in hoc amplius nõ insisto,quia nõ expedit,propter sequentem quæstionẽ. Ad quartũ & ultimũ dubiũ, nũquid propter nõ confectũ inuentariũ

8 & nõ datas cautiones prędictas, dicta mulier priuata sit seu priuari posit usufructu, & sic perdat usufructum: uideretur quòd non, quia non uidet hoc reperiri iure cautum, & sic pœna quo ad hoc nõ uidetur extendenda; ut uidemus in simili, quia hæres non conficiens inuentariũ, licet perdat falcidiã, §. si uerò nõ fecerit. in Auth. de hęred. & fal. tamen istud nõ extenditur ad Trebellianicã, secundũ Dd. in l. Marcellus. §. quod autẽ ff. ad Trebell. & ita in terminis huius dubij reperio per hoc fundamentũ tenuisse moder. Papień in repet. l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. ff. de leg. ij. char. xxiiij. col. iij. ad fin. Tamen iudicio meo uidet posse contrariũ tanq̃ uerius teneri, & de hoc allego text. singularẽ, quẽ à nemine ad hoc cõperio ponderatũ, in l. si usufr. nomine. ff. de usufruct. quemad. caue. ubi formaliter
9 dicit tex. si usufructus nomine re tradita satisdatũ non fuerit, posse hæredẽ rem uendicare. Adduco etiam tex. in l. hac edictali. §. si illud. C. de secund. nupt. ubi disponitur, quòd mater usufructũ habeat si idoneã fideiusionẽ præstet; quòd si distulerit uel præstare nequiuerit, res ei auferatur. & hunc text. in materia usufructuarij reperio ponderasse Sali. in l. iiij. col. ij. C. de usufr. ubi expresse dicit illũ tex. procedere in casu usufructus & cautionis quæ pro eo præstanda est, quia leges in ista materia non contradicũt illi legi. Sic ergo patet reperiri iure cautum priuationem usufructus ob fideiusionẽ non præstitã, & consequenter falsum esse assumptũ modernorũ in d. l. Titia. per hoc tenentium contrariũ: ad quorũ fundamentũ etiã pos
10 set aliter responderi, quia cum priuatio ueniat de natura usufructus, nõ uidetur posse dici pœna, sicut dicitur de caducitate ob pacta non seruata, ut non dicat pœna, sed de natura cõtractus. Bald. in l. placet. & in l. nemo martyres. C. de sacr. sanctis eccles. & in Auth. qui rem. eo. tit. Butrig. & Panor. in c. pen. de relig. domib. Et ista cõclusio tanto planius procederet si mulier de qua agit male esset uersata in usufructu legato: quia ultra interesse hæ
11 redi resarciendũ, deberet pati etiã pœnã priuationis usufructus, prout expresse in usufructuario decidit Paul. de Castro post Guil. de Cun. ibi, in Auth. qui rem. col. i. C. de sacr. sanct. eccles. & ibidem sequunt moder. & probat text. in l. hoc amplius. §. fi. ff. de dam. infect. & faciũt cõmunes conclusiones Dd. ad idem in emphytheota & conductore, ut ibi, & in l. diuortio. §. si fundũ. ff. solut. matr. Et stante prædicta conclusione, frustra quæritur, nunquid mulier modò uolens præstare cautionem, audiri posit; quia etiam propter ius quæsitum hęredi, & sic re non integra non admittit pœnitentia. l. uideamus. §. pen. ff. locati. cum simil.

Bellonus. Placentiæ.

1 *Decima an dicatur, quando plus uel minus quàm decima pars debetur.*
2 *Consuetudo nõ excusat aliquem ab integra solutione decimarum.*
3 *Præscriptio tanti temporis cuius non existit memoria in contrarium, præscribitur.*
4 *Præscriptio eiusdem temporis æquiparatur priuilegio*
5 *Præscriptio eadem habet uim priuilegij concessi à principe ex certa scientia.*
6 *Decima secundũ usum loquendi dicitur, siue soluatur decima pars, siue duodecima, siue uigesima.*
7 *Decimæ an posint solui minores ex præscriptione tanti temporis cuius non existat memoria in contrarium.*
8 *Præscriptione sublata, non censetur sublata præscriptio de qua non existat memoria in contrarium.*

Consil. LV.

DEO opt. max. autore. In proposito casu paucis agã, & remissiuè, quia requisitus fui tantum dicere meam opinionem, aliàs latius scripturus si fuerit opportunũ. Videbatur itaq; dicendum, archipresbyterum Vigoleni posse decimare de decẽ unum, nõ obstante quòd hactenus decimauerit de uiginti unũ: nam attenta uocabuli deriuatione, decima est pars decima, non uigesima: & 1
sic de iure cõmuni decima pars debetur, ut toto titulo extra de decimis; nec ualeret consuetudo contraria seu potius præscriptio, ut maiores deberentur, puta duodecima uel uigesima, ita gl. & ibi Panor. in c. in aliquib. extra de decimis, ubi Ioan. Andreæ & Ant. de Butr. in c. parochi. eo. tit. Feli. in c. causam. de pręscript. in prin. qui concludit, quòd nulla consuetudo excu- 2
sat

ſat laicos ab integra ſolutione decimarũ. Et hæc ſunt quæ fuerunt deducta in allegationibus mihi tranſmiſsis: quibus addi poteſt Curt. in c. fin. de conſuet. col. vi. qui ex pluribus probat hanc eſſe communem opinionem. Et adeò hæc concluſio eſt uera, quòd etiam tolerantia Papæ nihil operaretur, ut per Abbatem in d. c. in aliquibus. Felin. in d. c. cauſam. Petrus de Anchar. conſil. cxcvi. col. i. Et fundamentum ſuprà dictæ cõcluſionis eſt ut per gl. in d. c. in aliquibus. Quare decimæ de iure diuino debentur, & qui eas non ſoluit, peccat, & ita non poteſt habere bonam fidem, quæ requiritur in conſuetudine tali ſeu potius pręſcriptione. His tamen nõ obſtantibus, diligentius & maturius conſiderando, de iure eſt cõcludendum contrarium, quòd ſcilicet archipresbyter Vigoleni non poſsit decimare niſi de uiginti unum, & ita capere uiceſimã. Et in primis aduertendum eſt, quòd hic ſumus in
3 præſcriptione tanti temporis cuius non exiſtat memoria in contrarium, tunc ſic non eſt dubium quòd ex priuilegio ſummi Pontificis, uel approbatione conſuetudinis per ipſum factæ, decimæ poſſent ſolui minores. gl. in c. à nobis, le i. extra de decimis, & ibi Doct. & Abbas dicit hoc indubitatum in d. c. in aliquibus. & iſta eſt cõmunis opinio. Socinus conſil. ccxcvij. col. ij. uiſo priuilegio. & Decius conſil. cxlvij. in prin. & conſil. cxiij. col. ij. Sed cõſuetudo de qua nõ extat memoria in contrarium, habet uim priuilegij. l. hoc iure, §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſti. c. ſuper quibuſdam. de uerb. ſignif. & ibi Panor. Feli. in c. accedentes. de pręſcript. Barbat. conſil. xli. illud afferam. col. ix. uiſo. i. uol. Decius conſil. dlxxiij. col. i. Ergo
4 homines Vigoleni cenſentur habere hoc ex priuilegio ut ſoluãt tantum uiceſimã. & ita in materia decimarũ arguit notabiliter Barbatius in conſil. xxxv. ij. uol. incip. ſapienter. per totum. qui loquitur in fortioribus terminis, ſcilicet in laicis acquirentibus decimas, ubi omnino uidendũ. & Alex. conſil. lxx. col. i. & ij. uol. iiij. uiſo puncto. & Socinus cõſil. ccxcvij. col. i. uerſ. item præſcriptio. Qui enim talem allegat conſuetudinẽ, præſumitur habuiſſe priuilegium à ſummo Pontifice, ut per Barbat. dicto conſil. xxxv. & qui uult dicere contrarium, probet. Ripa libro 2. reſponſ. c. vij. num. xiij. Habet enim talis cõ 5
ſuetudo uim priuilegij conceſsi à principe ex certa ſcientia. Alexan. conſil. vi. uiſo themate. col. ij. uolu. i. ubi dicit hanc eſſe magis cõmunem opinionem. Siquidem poſſent dicti homines Vigoleni allegare, priuilegium ſibi eſſe conceſſum à Pontifice ut minus ſoluant, & præſumeretur ex dicta conſuetudine. Aret. conſil. xv. reuerend. col. penult. cum ipſa conſuetudo ſeu præſcriptio pro ueritate habeaƭ. Bal. in c. cum cauſam. col. iij. extra de probat. gl. in l. i. C. de ſeruit. Decius conſil. lxxxv. col. i. Non obſtant modò in contrarium allegata, quia ex ſuprà dictis apparet reſponſio: tamen in ſpecie reſpondendo, nõ obſtat quòd archipresbyter habet ius decimandi, & decima eſt de decem, non de uiginti: quia ad hoc reſpondeo, quòd ſiue ſoluantur decem, ſiue duodecim, ſi- 6
ue uiginti, omnia ſecundum cõmunem uſum loquendi appellantur decimæ, ut latius probat Socin. d. conſil. ccxcvij. col. ij. uerſ. nõ obſtat ſecũda ratio. Nõ obſtat quòd nõ ualet præſcriptio ut decimæ ſoluantur minores, quia illud procedit in a- 7
lia præſcriptione quàm in ea de qua non extat memoria in contrariũ, ut ſuprà probatum fuit. Et ratio eſt, quia tunc magis ſoluuntur minores ex priuilegio, quod præſumitur, quàm ex præſcriptione, ut habetur in locis ſuprà allegatis. Non obſtat tertio quòd deficit bona fides, quæ requiritur in præſcriptione: quia reſpondeo, quòd bona fides non exigitur in præſcriptione de qua nos agimus, imò præſumitur bona fides in tali præſcriptione. Socinus conſil. cxxvij. uiſis capitulis. col. penult. Barbat. d. conſil. xli. col. xij. Salic. in l. ij. C. de ſeruit. col. final. ſequitur Decius conſil. dlxxxvi. in cauſa. col. i. Et ex tali cõſuetudine purgaƭ omnis mala fides. Barbat. d. conſil. xli. Et quod plus eſt, etiam ſi eſſet ſublata omnis præſcriptio, nunquã 8
cenſetur ſublata præſcriptio de qua non exiſtit memoria in contrarium. Decius conſil. ccccxcvi. in cauſa. col. ij. & cõſil. cclxxi. in caſu. col. i.

Bellonus, Papiæ.

1 *Clericus tenens concubinas, uenit priuandus beneficijs.*
2 *Clericus si de incontinentia ueniat puniendus, relinquetur arbitrio iudicis.*
3 *Clericus qui non deseruit horis diuinis, nec dicit officiũ, est priuandus beneficijs.*
4 *Præsentatio in iure patronatus facta contra fundationẽ primam, est nulla.*
5 *Patroni possunt aliũ præsentare quando possessio uacat de iure, licet non uacet de facto.*
6 *Maior pars patronorũ in præsentando quomodo intelligatur.*
7 *Ius patronatus non potest alteri renunciari sine consensu maioris partis patronorum.*

Consil. LVI.

DEO opt. max. autore. Præsuppositis his pro ueris quæ in facto narrantur, D. Georgius ex cõdominis Valmachæ, rector & capellanus ecclesiæ sanctæ Mariæ eiusdẽ loci, uarijs ex causis uenit priuandus dicta ecclesia & beneficio. In primis, quia publicè concu-
1 binas detinuit & detinet, & cõcubinarius publicus beneficio priuandus est, ut est text. & ibi notat Panor. Felin. & alij, in c. ex parte. extra de testib. idem Abbas in c. & clericorũ. extra de cohab. cleric. & muli. col. fi. est text. in c. præter hæc. xxxij. distinct. ubi Præpositus post alios hoc notat: & ulterius etiã uult, quòd ipso iure sit priuatus beneficio. Et posito quòd istud solum non sufficeret, quod tamen sufficit, ut ibi per Doct. & diceremus, an presbyter uel clericus sit de incontinentia pu-
2 niendus, esse relinquendum arbitrio iudicis, qui debet considerare circunstantias & qualitatẽ uitæ ipsius clerici, ut per Panorm. & alios in c. at si clerici. extr. de iud. certè cõsiderato quòd d. dominus Georgius semper luxuriose uixit, uitam ducendo militarem potius ꝙ clericalem, & non incedendo in habitu &c. omnia ista debent mouere iudicẽ ad declarandũ eum indignũ beneficio. Secũdo facit, quia D. Georgius ecclesiã deseruit uagando, nec
3 dicebat aut dicit officium, nec deseruit horis diuinis, unde tanquam indignus priuandus est beneficio. quinetiam ad fructus perceptos restituendos tenetur. Felinus post alios ibi relatos in c. postulasti. extra de rescriptis. Et licet Panorm. in c. primo, de celebrat. missarum. uelit contrarium, alia tamen opinio est cõmunis, quam ultra adducta per Felinũ in dicto cap. postulasti, tenuit Bal. in l. prima, C. de his quibus ut indig. & in l. Nesennius. ff. de excusatione tutorum. Moderni Papieñ. in repetit. l. final. C. de reuocandis donationib. quæst. lxvi. Vlterius, dominus Georgius est simplex clericus, nec unquam curauit suscipere ordines, quod quidem facile est ut sit contra fundatio- 4
nem primam beneficij, licet eam non uiderim, unde beneficio remouendus est tanquam indignus: quinimò non tenet eius præsentatio, & est nulla. Abbas in c. cum in cunctis. §. inferiora. ultima col. extra de elect. Rota decis. i. in tit. de preben. in nouis. Barbat. cons. xxxiij. scripsit Psal mista. iiij. & v. col. uol. ij. Stantibus ergo suprà dictis, clarum est ecclesiam uacare 5
saltem de iure, licet non de facto, cum D. Georg. insistat adhuc possessioni dictæ ecclesiæ: unde poterunt patroni aliũ præsentare. c. licet episcopus. de præbendis. lib. vi. Ludouicus Roma. consil. ccccclxv. in re pręsenti. Rochus de Curte in tractatu patronatus super uerbo, honorif. quæstione liij. Modus ergo remouendi dictũ Georgium erit iste, quòd maior pars patronorum (quæ maior pars consideratur 6
respectu aliarum partium, & nõ respectu omnium, c. iij. ubi Doct. extra de iure patrona. per se uel per procuratorẽ, tamen specialem, quod fieri potest. c. fin. de concess. præbend. ubi Doct. Rota decis. prima, in tit. de iure patrona. in antiquis. Felinus in c. dilecto. extra de testib. Paul. de Castr. consil. lvij. uenerabilis.) præsentet alium in rectorem d. ecclesiæ coram Archidiacono Mediolani, qui citabit dominum Georgium, & cognito de causis de quibus s̃, feret suam sententiã declaratoriam prout docet d. Curt. in d. tract. quæstione liiij. in fi. Vel si patroni uolunt, ante præsentationẽ poterunt porrigere preces D. reuerendiss. archidiacono, & narrare factũ mihi propositũ: qui D. archidiaconus citabit d. Georgiũ, & ita cognoscet de causis pręedictis, quib. probatis feretur sententia, qua declarabit ipsum remouendum ab ecclesia s̃ dicta &c. & tunc poterit fieri

fieri præsentatio alterius. Quo autē ad aliud quod dicitur, d. Georgiū uelle renunciare d. ecclesiam patri suo, hoc nō potest facere sine consensu maioris partis patronorū. Innoc. in c. fin. extra de renunc. Panor in c. significatū. extra de præbend. & ibi Imol. Nihil enim fieri potest in præiudicium patroni, ipso non consentiente. Doct. in c. cum accesissent. extra de constit. Nec d. Georgius poterit habere uocē in præsentando uiuente patre suo. Card. in Clem. plures. ix. quæst. de iure patron. Calder. consil. xix. concessum.

Bellonus. Papiæ.

1 *Testes debent secretè examinari ut fidem faciant.*
2 *Probationes coram principe fiunt etiam post conclusum in causa.*
3 *Princeps iudicat secundum conscientiam, nec astringitur actis.*
4 *Testes singulares sufficiunt ad probandum aliquid in genere.*
5 *Negatiua debet probari quando allegatur pro fundamento intentionis suæ.*
6 *Præsumptio transfert onus probandi in aduersarium.*
7 *Tacens & præsens, non præsumitur consentire in præiudicialibus.*
8 *Negans actum habet præsumptionem pro se, quando requirebatur scriptura in illo actu quæ nō interuenit.*
9 *Testes examinati in causa inquisitionis, probant in causa accusationis.*
10 *Acta quæ aliàs solent perire, faciunt fidem si à principe approbentur.*
11 *Scripturæ sumptæ ex archiuio publico quomodo probent.*
12 *Archiuium publicum operatur ut etiam exempla fidem faciant.*
13 *Procuratori ad negocia non creditur de gestis à se.*
14 *Testi nō creditur in facto ex quo potest sibi euenire laus uel uituperium.*
15 *Ecclesiastica priuilegia sunt inserta in corpore iuris, ideo faciunt notorium, & satis est ea allegare.*
15 *Dilatio non potest concedi ab ordinario post conclusum in causa, sed bene à principe.*

Consil. LVII.

DEO opt. max. autore. Exhibent adhuc nescio quæ dubia super processu criminali, in quo aliàs consului. Et primo dubitat, ex eo quòd testes plures fuerūt examinati in turba, & nō secretè, an eorū dicta faciant fidem. Et
concludendū est quòd non, quia necesse 1
est secretè examinari. l. nullū. & l. si quando. C. de testib. ubi Bart. notat & Doct. in c. ij. & c. uenerabili. extra de testib. ubi Canonistæ, aliàs fidem non faciūt. Lanfran. in c. quoniam contra. de probat. in uerb. testiū. col. iij. Nec obstat quòd sit talis consuetudo in Burgūdia, quia de ea nō cōstat ex actis, secundum quæ iudex debet iudicare. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præsid. notant Canonist. in c. i. extra de offic. ord.

His tamen non obstantibus, si uerum sit talem consuetudinem extare, dico eorum dictum & testimoniū posse ualere ex pluribus. Primo, quia licet sit conclusum in causa, cum iudiciū pendeat coram maiestate Cæsarea, quæ cognoscit sola facti ueritate inspecta, ut aliàs dixi, hæc clausu-
la est huius potentiæ, ut conclusio causæ 2
non attendatur, & possint adhuc partes admitti ad probandum talem consuetudine, ut in terminis consuluit Alex. d. consil. lxxxiiij. consideratis. col. pen. uol. iiij. Sed quia hoc fortasse esset graue & dispendiosum, erit alius facilior modus, quòd scilicet maiestas Cæsarea se informet de huiusmodi consuetudine: & licet de ea non constet sibi ex actis, sed tantum secūdum eius conscientiam, illam poterit seruare: siquidem quod dictum est iudicem debere iudicare ex actis & probatis, non secundum conscientiam suam, non habet lo-
cum in Imperatore, qui secundum con- 3
scientiam iudicare potest, nec astringitur actis. Bart. in l. unica. C. ut quæ desunt ad uocatis part. in fin. & ibi Bald. Felin. in c. pastoralis. §. quia uero. col. final. secunda limit. Brunus consil. lxxxij. incip. super. col. i. Et si consuetudo esset notoria, etiam quilibet alius iudex posset se de ea informare, ut per Alex. d. l. unica. Decius consil. ccccxlix. colum. penul. Secundo dubitatur, an tyrannis & concussio accusati possit probari per testes singulares deponentes de diuersis actibus: & cum tractetur de probando ipsum tyrannum in genere & concussorem, non autem specialiter de aliqua concussione, concludendum est quòd sic, per glossam quam ibi dicit notabilem Bartol. in l. ob carmen. §. i. ff. de testibus. quæ uoluit, quòd quoties
est probandū aliquid in genere, sufficere 4

testes singulares deponentes de diuersis
actibus. & faciũt quę in proposito isto latè
scribit Marsil. cõsil. i. col. iij. cũ tribus seq.
ex cuius dictis possem folia implere, sed
sum cõtentus remissione. & hoc tanto ma
gis procedit, cum dicta testiũ tendant ad
eundem finẽ, ut ibi per eundem. & ita est
in casu nostro. Tertio dubitat̃, cui spectet
onus probandi, an reuerendiss. Abbatib.
quòd nõ cõsenserint edicto de uineis tol-
lendis; an uerò accusato, quòd prædicti
D. Abbates consenserint. Et uidet̃ onus
pertinere dictis D. Abbatibus, cum ipsi
sint qui agant, & negent se cõsensisse: quo
5 fit ut negatiua sit fundamentũ intẽtionis
suę, unde illã probare debent. l. in illa, ubi
Bar. & Dd. ff. de uerb. obli. Sed cõcludo
contrariũ, quòd onus probãdi incumbat
accusato, quòd D. Abbates consenserint.
nam regula tradita per Bart. & Dd. in d. l.
in illa. quòd quando negatiua est funda-
mentũ intẽtionis alicuius, ut debeat ab eo
probari, procedit quando negatiua nullo
modo potest iustificari nisi probet̃. Secus
quãdo præsumptio est pro negante, quia
6 tunc transfundit̃ onus probandi in affir-
mantẽ, ut omẽs cõcludũt in d. l. in illa. ubi
Ias. & alij moder. Et ideo dicebat Innoc.
in c. super his. de accus. in fi. quòd ex quo
quilibet præsumit̃ laicus, si alius excipien
do dicat eũ esse clericũ, & ipse neget, onus
probandi incũbit excipienti quòd sit cle-
ricus. sequit̃ Abb. in c. bonę. el i. col. pen.
extra de elect. & in c. i. col. i. de litis cõtest.
Deci. consil. cxxv. col. pen. Sed in casu no
stro plures sunt præsumptiones pro ne-
gante. Prima est, quia consensus nõ præ-
sumit̃, cum sit quid facti, & facta nõ præ-
sumunt̃. l. in bello. §. facta. ff. de captiuis.
Præsumptio itaq; est quòd non consense
rint. Et fortius istud procedit, quia sumus
7 in præiudicialib. in quibus etiã pręsens in
dubio nõ præsumit̃ consentire, ut est do-
ctri. Bart. in l. quæ dotis. col. pen. ubi Dd.
ff. sol. matr. Secũda est præsumptio, quia
dicti D. Abbates etiã probarũt negatiuã
(ad quam non tenebant̃) per unũ testem,
qui nõ modò facit præsumptionẽ, ut per
Bal. in l. ij. ff. de probat. sed semiplenã pro
bationẽ, ut concludunt gl. Bart. & pleriq;
in l. admonẽdi. ff. de iureiur. & dicit Ant.
de But. in c. super. extra de testib. quòd di
ctum unius testis facit non modicam præ
sumptionẽ. sequitur Curt. senior in tract.
de testib. conclus. lxij. Tertia, quia ipsi so-
li Abbates nõ potuissent pręiudicare mo
nachis suis & Capitulo circa illas uineas,
& ideo requirebatur subscriptio dicti Ca
pituli. c. i. extra de his quæ fiunt à prælat.
gl. in c. i. de censib. in vi. Cum itaq; in illo
actu requireret̃ scriptura, ut per d. gl. c. i.
sequit̃ quod dicit Ias. in d. l. in illa. quòd si
neget̃ aliquid in quo requirebat̃ scriptu- 8
ra, præsumit̃ pro negante, nisi alius affir-
mans scripturã ostendat. & idẽ uoluit Pa
nor. in d. c. bonæ. Florian. de S. Petro in l.
ij. ff. de probat. col. iij. Quarto dubitat̃, an
testes examinati cũ per inquisitionẽ pro-
cederet̃ ad mandatũ Cæsaris, cũ sint mor-
tui, faciãt fidem in iudicio accusationis po
stea intentato. Et est concludendũ quòd
sic: nam testes examinati in causa denũcia 9
tionis uel inquisitionis faciũt fidẽ, & pos-
sunt produci in causa accusationis quan-
do est eadem causa. c. cum in tua. extra de
testib. ubi Innoc. & Doct. Et q̃uis mortui
sint, nihilominus probãt, cum in casu no
stro causa accusationis ad idem tendat ad
quod inquisitio, & idẽ sit iudex in utraq;
causa, ut in terminis uult Panor. in d. c. cũ
in tua. col. ij. uers. sed est dubium. dum re-
spondet ad c. præsentata. & l. fin. C. de te-
stib. Vlterius, cum & inquisitio & accusa-
tio corã Cæsare tractata fuerit, speciale est
in eo ut possit illos testes approbare, si ex
alia parte eorũ fides nõ diminuat̃, ut in si-
mili dicit Ant. de But. per illum text. in c.
pręsentata. extra de testib. quem sequitur
Alex. in l. is apud quẽ. col. pen. C. de eden
do. quòd acta iudicij, quæ aliàs perire so- 10
lent perempta instantia, tamen fidem fa-
ciunt si sint à Papa approbata. Et idem di
cunt ibi moder. Taurin. col. xvi. in Impe-
ratore, cum eadem sit ratio in causa secu-
lari. Quinto dubitat̃, an acta capitularia
& ciuitatis, & aliæ scripturæ extractæ ab 11
archiuio publico & exemplatæ, fidem fa-
ciant. Et concludendũ est quòd sic: nam
sunt publicæ scripturæ, & illis maxima fi-
des adhibetur, etiam in fauorem ciuitatis
& Capituli, si archiuium ipsum publi-
cum sit, & soleat custodiri per officialem,
ut per Bart. in Authent. ad hæc. & in Au
thent. & si contractus, C. de fid. instru. ad
quod

quod poſſem multa cõgerere, ſed ero cõtentus remiſsione ad Doct. in c. cum cauſam. extra de probat. & in c. ad audientiã. extra de præſcript. ubi Feli. col. iiij. & v. facit decẽ cõcluſiones in materia. Marſil. cõſil. xliij. incip. ſpiriti. col. iij. & in repetit. rub. de probat. col. lviij. ubi etiã habetur 12 quòd tales ſcripturę faciũt notoriũ: & tantæ ſunt uirtutis, ut licet regula ſit quòd exempla nõ probẽt, Auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. tamen hoc limitat̃, ut nõ procedat in exẽplo reperto in archiuio publico, ut per Angel. in d. Auth. ſi quis in aliquo. quẽ Alex. Iaſ. & moderni omnes ſequunt̃, quia tale exemplũ fidem facit. Et multò magis hoc procedit in caſu noſtro, in quo Capitulũ & ciuitas nõ ſponte, ſed ex mandato coacti ſunt illas ſcripturas exhibere. Sexto dubitatur, an duo teſtes iurati fidem faciant, quòd intimauerunt accuſato & alijs gubernatoribus priuilegia eccleſiæ. Et dicitur quòd non: ſiquidem 13 procuratori ad negocia non credit̃ de geſtis à ſe, & æquiparatur proxenetæ, ut per Bart. in l. deferre. ff. de iure fiſci. maximè quando aliquod cõmodum uel incõmodum poteſt ſibi obuenire. & eſt doctrina Ioan. And. canonizata in addit. Specul. in tit. de teſte. §. i. uerſ. ſed pone. quòd nõ 14 poteſt quis eſſe idoneus teſtis ſuper aliquo facto ſuo, ex quo poteſt ſibi euenire laus uel uituperium, quòd id ſit factum uel non factum, propter affectionẽ quam ea de cauſa habeat ad negocium. ſequuntur Canoniſtæ in c. cum à nobis. extra de teſtib. maximè Ant. de But. & Felin. ibi, col. iij. in ij. concluſ. Curt. iunior conſil. xix. incip. uiſo ac diligent. col. v. Exiſtimo tamen hoc nihil referre in cauſa noſtra: quoniam ſi hæc priuilegia exhibita fuerunt, ut oſtenderet̃ ciuibus, eos nihil moliri poſſe contra eccleſiam, hoc nõ erat ne- 15 ceſſariũ, quia priuilegia eccleſiaſtica ſunt inſerta in corpore iuris, ut in Auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſanct. eccleſ. & extra de immunit. eccleſ. in antiquis. & in vi. ideo ſunt notoria. Ex quo ſequitur, quòd notorium non debet probari, ſed ſatis eſt illud allegare. c. cum euidentia. extra de accuſat. gl. i. Clem. appellanti. de appell. Alex. in l. unica. C. ut quæ deſunt aduoc. part. Vltimo quæritur, an cum ſit concluſum in cauſa, poſsit haberi alia dilatio. Et crederem quòd non à iudice ordinario, 16 ut notatur in c. quoniam contra. extra de probat. per Doct. præſertim Lanfranc. de Orian. A Cæſare autem ſic: quia cum ipſe cognoſcat ſola facti ueritate inſpecta, nunquam in cauſa concluditur, ut per Alex. d. conſil. lxxxiiij. uol. iiij.

Bellonus. Dolæ.

1 *Subſtitutio uulgaris expirat adita hæreditate.*
2 *Subſtitutio facta ſub conditione mortis, poſt pupillarem ætatem efficitur fideicõmiſſaria.*
3 *Verba illa, tunc & eo caſu ſubſtituo, inducunt fideicommiſſum.*
4 *Clauſula codicillaris operatur ut uerba etiam directa obliquentur poſt pubertatem.*
5 *Filius grauatus à patre reſtituere hæreditatem, detrahit duas quartas. & ibi quomodo detrahantur.*
6 *Solutio debiti an inducat aditionem hæreditatis.*
7 *Oblatio ſolutionis an inducat hæreditatis aditionem.*
8 *Aditio hæreditatis ut poßit fieri, requiritur quòd hæreditas ſit delata.*
9 *Maritus & uxor inuicem ſuccedunt ex ultimo capite.*

Conſil. LVIII.

DEO opt. max. autore. Teſtator legauit & iure inſtitutionis reliquit filiæ ſuæ Margaretæ impuberi florenos ſexcentũ pro eius dote cum nupſerit: & caſu quo dicta Margareta decederet in pupillari ætate, ſeu antequam eſſet nupta, tunc & eo caſu adueniente ſubſtituit & eſſe uoluit heredes ſuos infra ſcriptos. Deceſsit dicta Margareta, adita patris hæreditate, in decimotertio anno, & condidit teſtamentum, in quo inſtituit hæredem matrem ſuam Barbaram & Catharinã ſororem, quæritur quid & quantum conſequi poſsint dicta mater & ſoror in bonis dictæ Margaretæ. Et paucis agendo, pro ueritate habenda uidendum eſt de ualiditate & uirtute ſubſtitutionis factæ d. Margaretæ. Et quantum attinet ad uulgarẽ ſubſtitutionem, expirauit per 1 aditionẽ hęreditatis. l. poſt aditã. C. de impub. ſubſtit. Quo ad pupillarẽ, illa etiã expirauit aduenietẽ pubertate, ſcilicet duodecimo anno finito. §. maſculo. Inſtit. de pupil. cũ ſimil. Eſt uerũ, quòd ſi reperiant̃

uerba substitutionis importantia fideicō missum, quòd post pubertatē ualebit iure fideicōmissi. gl. in d. §. masculo. & est tex. in l. si pater tuus. C. de fideicōmiss. Dispiciendum itaq; est, an in isto casu adsint huiusmodi uerba, & appareat de mēte testatoris uolentis fideicōmittere. Et considero quòd testator in hac substitutione nō modò adiecit conditionem pupillaris ætatis, sed aliam, scilicet, si decederet antequam nuberet: unde apparet quòd uo-
2 luit cōprehendere tempus post pupillarē ætatem. quod colligitur etiā ex eo, quòd quoties testator substituit sub cōditione mortis, talis substitutio post pupillarem ætatem efficitur fideicōmissaria, cum sit compendiosa. gl. in l. in testamento. C. de testa. milit. quam ibi sequuntur Doct. & Decius consil. ccxxvij. col. ij. Nam potest quis quocunq; tempore mori, ut ibi uolunt Doct. & Curt. iunior consil. lxxxvi.
3 Item adsunt illa uerba, Tunc & eo casu, quę habent tractum successiuum, & ideo inducunt fideicōmissum. Doct. in l. precibus. C. de impub. & alijs substit. in materia compendiosę substitutionis, ubi Decius col. viij. idem Decius cōsil. ccccxxxi. & Curtius iun. consil. xlviij. ubi in simili
4 considerant. Adest præterea clausula codicillaris, per quam non modò uerba cōmunia, sed etiam directa obliquātur post pubertatem. Socinus & alij in l. Gallus. §. i. ff. de liber. & posthum. Decius & Curtius in consil. s̄ adductis, & Curtius iun. consil. cxxxix. col. fin. Stante modò hoc, quòd substitutio facta Margaretę sit resoluta in fideicōmissariam, resultat decisio quęstionis nostrę, quòd ex quo Margare-
5 ta fuit grauata à patre sub cōditione, potest detrahere duas quartas, scilicet legitimā & Trebellianicā. Bar. & alij in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. & in l. quanquam. C. ad l. falcid. Canonistæ in c. Raynutius. & c. Raynaldus. extra de testa. Deci. consil. ccxxxvi. & alibi sæpe. & hæ duæ quartæ ascendunt ad dimidium hæreditatis totius, & de his potuit d. Margareta testari. d. c. Raynaldus. §. dilectus. Alex. consil. xliij. uol. ij. Deci. d. consil. ccxxxvi. col. iij. & consil. dcxiij. col. fi. ubi docet quomodo detrahi debeant hæ duæ quartæ. Ex s̄ dictis sequitur hęc cōclusio, quòd de sexcentū florenis legatis iure institutionis d. Margaretæ, Barbara mater & Catharina soror habebunt inter se tercentum uirtute testamenti Margaretæ, in quo fuerūt institutæ. Quo ad secundum, ꝗuis uideretur dicendū, per solutionem 6
non censeri aditam hæreditatē, quoniam potest quis etiam pro alio soluere gerendo eius negocium, l. soluendo. ff. de neg. gest. & hæreditas non censetur adiri nisi per actus qui fieri nō possunt citra ius & nomen hæredis, l. gerit. cum materia. ff. de acquiren. hæred. tamen quia in dubio quis soluendo uidet̄ soluere nomine proprio, l. & magis. ff. de solut. si is cui est delata hæreditas soluat debitū hæreditarium, per talem solutionem censetur adire hæreditatem, ut est casus in l. ij. C. de iure delib. ubi Bart. & moder. Decius consil. cclxxviij. col. fin. quinimò per solam oblatio- 7
nem solutionis dicitur hęreditas adita. tradit idem Deci. consil. ccccxlix. col. ij. In casu tamen nostro concludendū est contrarium, ut licet rea conuenta soluerit post mortē mariti quendam fictū respectu cuiusdam domus locatæ cum pacto franchitandi, tamen non censeatur adiuisse hæreditatem mariti, ea ratione, quòd ad hoc ut possit adiri hæreditas, inter cætera requi- 8
ritur quòd sit delata, ut notat Bart. in l. is potest. ij. & iij. col. ff. de acquir. hæred. ubi alij Doct. Sed mortuo marito statim non fuit delata hęreditas dictę Catharinæ, sed agnatis & cognatis: siquidem caput succedendi inter maritum & uxorem est ulti- 9
mum, ut apparet Codice ex ordine titulorum, & tradunt Doct. in rub. C. unde uir & uxor. & in rubr. C. qui admitti. unde solutio facta eo tempore non potuit inducere aditionem. Accedat aliud, quòd per huiusmodi actus dicitur adiri hæreditas, quando fieri non possunt citra ius & nomen hęredis. Sed in casu nostro potuit fieri solutio citra ius & nomē hæredis, quia dicta Catharina retinuit illam domum respectu dotium suarum, & ita eam tenebat titulo singulari, non uniuersali, unde nullo pacto potest inferri ad aditionem hæreditatis.

Bellonus. Papiæ.

1 *Vitam allegans debet eam probare.*
2 *Bona subiecta fideicommisso alienari non possunt.*

3 Relatum censetur appositum in referente.

4 Conditionis purificatio debet probari per agentem ex contractu conditionali.

5 Probatio uitæ cui incumbat, an agenti an excipienti.

6 Cõclusio in causa, impedit sumi informationes ad fundandam intentionem.

7 Probationes ad informationem, an possint sumi post conclusionem in causa.

8 L. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. non habet locum in alio principe quàm in Imperatore.

9 Emens etiam ab inferiore principe quàm Imperatore, est tutus ex l. bene à Zenone. C. de quadriennij præscriptione.

10 Principes perpetuò inuestiti æquiparantur Imperatori in terris suis.

11 Vicarius Imperatoris idem potest quod Imperator.

12 Remedium l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. quando habeat locum.

Consil. LIX.

DEO opt. max. autore. Ingeniosa admodum & subtilia fuerunt motiua data utrique parti ab excellentissimo senatu, in causa quæ uertitur inter Bartholomæũ de Fisinengo, & magistrum Iacobum Sellarium, considerando quòd si Bartholomæus uult inniti fideicommisso, debet probare mortem Petri grauati tanquam fundamentũ intentionis suæ. Si uerò uult inniti donationi, debet magister Iacobus probare uitam ut fundamentũ intentionis suæ, cum cõmunis sit Doctorum conclusio, quòd allegans uitam pro fundamento, debet il-
1 lam probare, non obstante regula l. final. C. de sacrosanct. eccles. Bart. & alij in l. si quidem. C. solu. matr. moder. in l. si emancipati. C. de collat. Alex. & alij in l. is potest. ff. de acquir. hæred. Alexan. Aret. & moderni in l. sed etsi de sua. ff. de acquir. hæred. Decius consil. dlxxv. & alibi sæpe Doct. Et istud est uerum in se: tamẽ punctus modò consistit, an si innitatur Bartholomæus donationi, propterea uita sit fundamentum magistri Iacobi. Et considero, quòd ex quocunque capite ueniat Bartholomæus, semper mors Petri est fundamentum intentionis suæ. Quo ad fideicõmissum res est clara, & ideo nihil in motiuis dicitur. Quo uerò ad donationem idem dico, & considerandũ est quòd bona donata per dictũ Sebastianum erãt subiecta fideicõmisso, siquidem Sebastiano erat substitutus Petrus, & bona subie- 2
cta fideicõmisso alienari non possunt. l. fin. cum Authent. ibi posita. C. cõmunia de lega. Sebastianus ergo donãs uidetur uoluisse ita demum donare, si deficeret substitutio Petri, ut actus suus ualeret & non periret, arg. l. quoties. ff. de rebus dubijs. per quam dixit Aret. consil. xxiij. in præsenti, quòd licet actus diuerso nomine fieri possit, censẽt tamẽ factus eo nomine quo sustineri potest. Rursus considero, quòd in donatione donantur illa bona quæ subiacebant fideicõmisso: & ad testamentum Dominici & dictum fideicõmissum habetur relatio, unde conditiones & qualitates quæ continentur in relato, 3
censentur appositæ in referente. l. asse toto. ff. de hæred. instit. ubi Bart. not. & alij. Et dicit Aretin. in l. scire debemus. col. iiij. de uerb. oblig. quòd adeò relatum est in referente, ut sit in substantia & qualitate. Cum itaq; in donatione, quæ habet relationem ad testamentum & fideicõmissum, donentur bona quæ ita demum poterant peruenire ad Bartholomæũ, si Petrus decessisset, hæc eadem conditio censetur inesse donationi. Non est igitur dubitandum, huiusmodi donationem conditionalem esse sicut erat fideicõmissum, quo casu tunc succedit cõmunis conclusio Doctorũ in l. hoc iure. ubi casus ad literam quam legunt, cum l. in illa. ff. de uerborum oblig. quòd agens ex contractu 4
conditionali, debet probare cõditionem purificatam ad fundandam intentionem suam. Et hoc adeò est uerũ, quòd etsi conditio in se sit purificata, tamen agens non dicitur habere intentionem fundatam nisi notum faciat iudici de tali purificatione. Bald. in l. cum testamento. C. de testa. manumiss. sequitur Iason in d. l. in illa. col. iij. & ita in pulchro casu donationis cuiusdam cõsuluit Decius consil. clxxvij. ubi etiam uult non sufficere si constaret iudici, non tamen ut iudici, de tali purificatione, quia debet probari. Accedat quòd conclusio illa, quòd allegans uitam teneatur illam probare, intelligitur agen- 5
do, secus si excipiendo. Item intelligitur nisi allegans uitam possideat; possessio

enim operatur hunc effectum, ut releuet
ab onere probandi, ita uult notab. Bart.
in l. si inter. ff. de reb. dub. ubi Soci. Cum
ergo magister Iacobus sit reus & possi-
deat, uitam probare non debet, quæ præ-
sumitur secundū gl. in d. l. sed & si de sua.
sed aduersarius debet probare mortem,
quo fit ut cum nō sit probata illa mors Pe
6 tri, & sit conclusum in causa, & emanatū
peremptoriū, quòd ulterius non debeat
admitti probatio nec informatio. Docto-
res in l. admonendi. ff. de iureiur. ubi Ias.
col. xxv. Canonist. in c. cum dilectus. de
fide instr. Non obstat modò, quòd nō ob
stante conclusione in causa, possit excel-
lentiss. senatus ex officio se de nouo infor
mare de morte Petri, ut dicūt Doct. in d.
l. admonendi. & in d. c. cū dilectus. Nam
respondetur, quòd ad declaranda dubia
orta ante conclusionem in causa, sumi po
test informatio, nō ad fundandam de no-
uo intentionem, ut in casu nostro. Et licet
Deci. in l. i. de iudi. in quarto notab. cen-
seat esse cōmunem opinionē quòd etiam
ad fundandam intentionē hoc fieri pos-
sit, tamen decipitur in locis per eum alle-
gatis: siquidem Bal. in l. si accusato. col. fi.
C. de accusat. loquitur in criminalib. &
idem Bal. in l. unica. C. ut quæ desunt ad-
uoc. dicit oppositū. Lud. Rom. cōsil. xx.
loquitur quantum ad declarationem du-
biorum; & idem Roma. consil. clxxvi. lo-
quitur in summarijs; in quibus omnib. ca
sibus est speciale, ut habetur in d. l. admo-
nendi. per Ias. & Felin. in d. c. cum dilecti.
7 Et contrariam opinionē tenuit Innoc. in
c. cum Ioannes. de fide instr. Gl. in Auth.
de testib. §. illud. Specul. in tit. de deposi-
to. §. quinto. & in tit. de teste. §. satis utili-
ter. Petr. de Anch. in c. i. col. iiij. de confes-
sis. in vi. Card. in d. c. cum Ioannes. & con
sil. lxxiiij. Titius. Gemin. in c. ij. col. fin. de
in integ. restit. in vi. Bald. in d. l. unica. Ro
ma. in l. iiij. §. hoc autem. ff. de dam. infec.
Feli. in d. c. i. de iudi. & in d. c. cum Ioan-
nes. ubi dicit, quòd propter autoritatē In
nocentij & glossæ, hæc pars seruetur in
practica. Sed posito & nō concesso quòd
contraria opinio esset uerior, tamen non
militaret in casu isto, in quo ad instantiam
& postulationem partis quæ uellet sumi
informationes, fuit cōclusum in causa, &
iterum post conclusionem in causa & al-
legationes iuris instauit ius dici, & tamen
erat certificata de errore in nō probando
mortem Petri. Videtur igitur renūciasse
cuilibet fauori & informationi quę posset
sumi, & senatus sumendo tales informa-
tiones cōferret quodammodo beneficiū
in inuitum, contra l. inuito. ff. de reg. iur.
Accedit & aliud quod adest decretū, limi
tans tempora ad probandum & probatū
habendum &c. & quod ligat manus iudi
cis ne possit prorogare tale tēpus. Vt igi-
tur hoc statutum aliquid operetur, debet
intelligi, ne liceat post illa tēpora sumi in-
formationes, ut in similibus sæpe dicunt
Doct. Et hæc satis essent domino Iacobo
ad consequendam uictoriam in præsenti
causa; tamen omnib. circumscriptis non
uideo aliquid obstare, quo minus magi-
ster Iacobus qui emit bona pro quib. con
uenit à fisco, sit tutus ex beneficio l. bene à 8
Zenone. C. de quadrien. præscript. & §.
fin. Instit. de usucap. per quam disponit,
quòd emens à principe uel alio titulo ac-
quirens, est statim securus, neq; aliqua a-
ctio potest contra eum moueri. & illam l.
in bonis confiscatis & alienatis exemplifi
cat Paul. de Cast. in l. fin. C. si aduers. fisc.
Non obstat dum in motiuis dicitur, uide
ri cōmunem opinionem quòd lex illa ha
beat tantum locum in Imperatore; quo-
niam luce clarius demonstrabitur oppo-
situm, & ut res magis liqueat adducam u-
tranq; opinionē Doct. In primis, quòd in
Imperatore tantum habeat locum, uoluit
originaliter Bald. in c. fin. extra de re iud.
circa fin. Ang. in repetit. l. i. C. de fide in-
stru. lib. x. Idem Bal. in c. ad apostolicæ. de
re. iud. in vi. Socinus consil. xlvi. iiij. uol.
Ias. in Authen. quas actiones. C. de sacro
sanct. eccles. qui refert Bal. in d. c. fin. Ab-
bas consil. iij. uol. i. qui dicit etiam non ha
bere locum in rege. Curt. iunior consil.
cxlij. in fin. & consil. ultimo, in fin. & Cur
tius sen. consil. 50. nu. 32. Ias. consil. clxvij.
uol. i. per dictum Bald. in d. c. fin. Steph.
Bertrand. consil. xv. num. 19. per d. Bal. in
d. c. fin. Cōtrariam opinionem quod imò 9
illa lex habeat locum in inferioribus prin
cipibus qui habeant iura Imperij uel ex
priuilegio, uel ex præscriptiōe, ut in Mar
chione nostro, uoluit in specie Bald. in d.
c. ad

c.ad apostolicæ.prout refert Iacobi.de S. Georg.& Mart. Laudeñ.in locis infra allegandis.& idem uult Iacobi.in sua inuestitura feud.in uerb.princeps.xl. speciali. Mart. Laudeñ. in tract.de principe.xi.q. Balb.in tract.præscript.in ij.part.quintæ partis,q. viij. Bald.loquens de duce Mediolani,consil.ccclix.iij.uolum.&consil. xxv.i.uol.Roma.cons.lix.&consil.cccx. Et in his locis in specie Doct. loquuntur circa materiam l.bene à Zenone.pro quibus facit illud generale, quòd Duces, Comites Barones perpetuò inuestiti,dicuntur habere iura Imperij,& idem possunt in terris suis quod Imperator in toto orbe,ut notabiliter cõsuluit Paulus consil. ccxxvij.per totum. Iacobi.in d.inuestitura feud.in uerb.& dux.Deci.consil.cccciij.col.ij. Curt.iunior consil. i.col.xiiij.& consil.lxi.num.9.& consil. c. num.3.qui dicit cõmunem opinionẽ. & idem in tractatu feudali in ij.quæst. prin.in ij. parte. Quibus non obstant notata per Felin.in c.quæ in ecclesiarum.col. xiij. de constit. qui dicit illud consilium Pauli periculosum,quoniã saluari potest, ut ibi per eũ, quando de facto princeps inferior exercet iura Imperij,ut in Marchione nostro. Et ista conclusio multò magis procedit, cum Marchio noster sit uicarius Imperialis: & propriè in uicario loquitur Roma. d. consil. lix. & de uicario Imperij loquitur Bald.consil.cclxij.uol.i.& de tali uica-

11 rio ut idem posit quod Imperator, Comens.consil.cliij.ad primũ. & de Comite pulchrè consuluit Corneus cons. cccxv. iij.uol.ubi dicit quòd nõ esset tutum subdito,domino se opponere cum habeat iura principis in territorio suo. Et idẽ de uicarijs pontificis ut exerceãt reseruata pontifici,cons.xi.uol.iiij.col.ij.Et infinita possem adducere consilia in quibus Dd. concludunt,principes posse in specie reseruata Imperatori.Sed ex his opinio ista redditur plus ꝙ̃ cõmunis,maximè quia Doct. in contrariũ allegati uacillant. Nam Bal. in d.c.fin.de re iud.nihil allegat,sed loquitur ex suo capite,& fuit sibi cõtrarius consulendo,ut dixi suprà. Idem Bald.in d.c. ad apostolicæ. statim se limitat. Abbas in d.cons.iij.transit ad alias solutiones,cum dictum suum sit ualde absurdũ, iuxta notata de rege per Deci.in rub.de constitut. col.ij. Idem facit Socinus,quia nõ firmat se,sed dat diuersas solutiones,& ultimo dicit,si non singulæ,at simul iunctę ualent. Ias.in d. Authen.quas actiones.mouetur ex solo dicto Baldi in d. c.fin. qui fuit sibi contrarius. Item Curtius iunior fuit sibi contrarius,ut apparet in consil. i. & cons. lxi.& consil.c.s allegatis.Ias. quoque sibi contradixit,ut in cons.ccxxvij.uol.ij. ubi loquitur de duce Mediolani.Deci.quoqꝫ seipsum correxit, & sequutus est Roma. d.cons.lix.ut in eius cõsil.cccciij.loquens de Marchionibus. & consil.cccccxxxiiij. & dcxlix.ubi loquitur propriè in ciuitate Florentiæ, & dicit illam partem communem. Et in effectu prædicti Doct.more pecudũ gregatim sequuti sunt Baldũ in d.c.fi.qui loquitur sine lege & ratione.

Non obstat dum dicitur, illam l. bene à 12 Zenone,locum habere posse si constaret de confiscatione: quia dico satis de ea constare per testes magistri Iacobi,etsi eorum dicta per se non sufficiant, tamen attento quòd d. magister Iacobus fuit in possessione per x. annos istorum bonorũ tanquam confiscatorum,& accedente etiam uerbis principis & dictis testium, probatũ dicta confiscatio, ut in terminis de bonis confiscatis, donatis, consuluit Corneus consil.xcvi.iiij.uol.Ex quo infero,cũ constet de tali confiscatione & delicto,talem donationem nullam,iuxta l. post contractum,ff.de donat. Item secũdo,quia confiscatio fuit facta de anno 1530. & donatio de anno 1531. Præterea quo ad materiam l. bene à Zenone. non curo de confiscatione, quia præsuppono quòd uerè sit uendita res aliena, aliàs non haberet locũ d.l.bene à Zenone.Et licet ex omnib. suprà dictis sit iudicandum in fauorem magistri Iacobi, tamen non potest in specie euitari hoc fundamentũ l. bene à Zenone, super quo si dubitabitũ, propter alias limitationes quæ dantur ad illam l. rogo dari motiua,& uide suprà consil.li.

Bellonus Papiæ.

1 *Pactum quo promittuntur bona post mortem, quando ualeat.*

2 *Pactum de futura succeßione partis bonorum ualet.*

3 *Contractus & ultimæ uoluntates sunt diuersæ naturæ & effectus.*

4 *Contractus quomodo cognoſcatur ab ultima uoluntate.*
5 *Promißio eſt inter uiuos, quando fundatur in perſona promittentis, quāuis ſint immixta uerba conuenientia ultimæ uoluntati.*
6 *Effectus rei attenditur, non autem uerba.*
7 *Verbum, lego, eſt generale.*
8 *Contractus factus in ultima uoluntate, iudicatur ut actus inter uiuos, non ut ultima uoluntas.*
9 *Donatio quibus coniecturis præſumatur.*
10 *Iudicis arbitrio ſtatur in indeterminatis à iure cōmuni.*
11 *Procœmiū declarat principalem intentionē diſponentis.*
12 *Donatio cauſa mortis quomodo cognoſcatur à donatione inter uiuos.*
13 *Donatio cauſa mortis cōuertitur inter donationem inter uiuos, quando promiſſum eſt eam non reuocari.*
14 *Donatio facta alicui & ſuis hæredib. cēſetur inter uiuos.*
15 *Donatio cauſa mortis dicitur, quādo mentio mortis fit in uerbis principalibus donationis, ſecus in acceſſorijs.*
16 *Donatio profecta reuocari non poteſt per ſequens teſtamentum.*
17 *Donatio cauſa mortis iurata, non cenſetur reuocata per ſequens teſtamentū niſi ſpecialiter de ea fiat mentio.*
18 *Clauſula, Caſſans, irritans &c. non tollit diſpoſitionem præcedentem iuratam.*
19 *Donatio iurata non indiget inſinuatione.*
20 *Donatio ob cauſam & remuneratoria non inſinuatur.*

Conſil. LX.

DEO opt. max. autore. Viſa & diligenter conſiderata ſcriptura mihi exhibita, reſpondendo quatuor quæſitis & dubitationibus ſuper ea eleuatis, ad primum dico, cōuentionem de qua agitur non ſapere pactum de futura
1 ſucceſsione, cum quis poſsit bona ſua uel eorum partem poſt mortē ſuam alij promittere. Nec dicetur pactū de futura ſucceſsione, præſertim quòd uerba pacti ſunt fundata in perſonam promittentis, ſub conditione extitura poſt mortē, ut uoluit gl. in l. fi. C. de pactis, in uerb. accommodauit. & eam ibi cōmuniter ſequūtur Bart. & Doct. maximè Iaſ. in iiij. limit. & in terminis ita conſuluit Oldrad. conſil. cxxxix. ad habendam. in prin. Alexand. conſil. lxxxiij. uiſa facti. uol. ij. in ij. artic. & latè Curt. iunior conſil. xv. col. i. & ij. qui propriè loquit̃ in mutua promiſsione, ut noſtra eſt. Cum igit̃ in caſu noſtro fuerit facta promiſsio per ſtipulationem quartæ partis bonorū poſt mortem, concludendum eſt nō eſſe pactum de quo ſupra, & tenere promiſsionē. Vlterius, poſito quòd eſſet pactū de futura ſucceſsione, adhuc dico in caſu noſtro ualere. Primo, quia eſt factū tantū de certa parte bonorum, ideo nō aufert facultatē teſtandi.
Secundo, quia non inducit uotū captandæ mortis, cum paciſcens conſenſerit, & 2
in conſenſu uſq; ad mortem perſeuerauerit: quibus caſibus tale pactum ſuſtinetur & ualet, ut eſt cōmunis reſolutio Doct. in d. l. fi. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. & in l. pactū quod dotali. C. de pactis. Alex. d. conſil. lxxxiij. Paul. de Caſtr. conſil. cxlvi. ſuper ſecundo puncto. in prin. Angel. conſil. v. Andreas, Alex. conſil. lviij. uiſo themate. in v. uol. Deci. conſil. dclxv. num 11. & alibi ſæpe: & ſuper hoc latius non inſiſto, quia ſunt cōcluſiones canonizatæ. Ad ſecundum, an dicta cōuentio ſit per ſubſequēs teſtamentū reuocata, prius eſt neceſſe cognoſcere, in quam ſpeciem uel cōtractus uel ultimæ uoluntatis cadat hæc conuentio, ut in ſimili dicit Soci. conſil. clxvij. nō inutilis. in prin. Cū enim multifariā ſint contractus & ultimæ uoluntates, & diuerſæ naturæ, diuerſus eſt etiam effectus, & 3
idem non eſt inter eos coniugiū. Bald. in rubr. C. de iur. emphyt. & ex inſpectione & tenore ipſius ſcripturę uidetur reſultare uarietas, cum modò appelletur contractus, modò legatum. Sed cum ultra tenorem ſcripturæ ſint adhibiti quinq; teſtes, uideretur dicendū ut ſit legatum factum in codicillis, arg. eorum quæ notantur in l. licet. C. de pactis. Teneo tamen contrarium, quòd iſte ſit contractus, nō legatū, 4
quia eſt factus per ſtipulationem, & promiſsio eſt collata in perſonam promittentis. Vnde licet ſit admixtū aliquod uerbū importās ultimā uoluntatē, tamē attenditur principalis diſpoſitio, cum etiam in cōtractibus magis mens q̃ uerba ſint ſpectanda l. fi. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. cum ſimil. Iaſ. in l. ij. col. fin. C. de liber. præterit. & ita in terminis dicit Guido Papæ ſingul. dxxiij. factum eſt pactum. qui uult, quòd licet ſit appoſitū aliquod uerbum in promiſsione quod ſucceſsioni conueniat, tamen ſi uerba promiſsionis fundent̃ in perſonā promittentis, eſt pro- 5
miſsio inter uiuos, quę ualet, nō pactū de futura

futura ſucceſsione. facit quod uult Iaſ.in
d.l.ſtipulatio.col.vi.uerſ.ſexto principal.
Item legatū præſtat̃ ab hærede. l. legatū.
ff.de lega.primo.ſed hic ipſe promittēs de
præſenti relaxat bona promiſſa, licet effe-
ctus conferatur poſt mortem. Nec obſtat
quòd fiat mentio de legato, quia illa nomi
6 natio non attendit̃, ſed effectus rei, ut ſ̃ di
xi, arg. etiā l.ſi uno.ff.locati.l.ſi olei.C.eo.
tit.Alex.conſ.cvij.proſpecti.uol.iij.Soci.
conſil.clvi.pro fundamēto.in prin. Deci.
conſil.cccv.col.i. Et ille numerus teſtium
operatur quando ſumus in dubio: ſed hic
ex ſuprà dictis ſumus in caſu claro, cū ap-
pareat expreſſe eos uelle contrahere. Et il
le numerus quinq; teſtiū, poteſt etiā coue
nire contractui, ſcilicet donationi cauſa
mortis. Deci. d.conſil.cccv.in fin.& con-
ſil.ccccIxx. Itē de legato facta eſt mentio
in generalib. ipſius couentionis, ſed ipſa
diſpoſitio eſt cōcepta per uerba inducētia
contractum. Præterea cum ſ̃ dicta uerba
7 ſonent in contractū, illud uerbū, lego, eſt
generale, & accipit̃ pro diſponere. l. uer-
bis legis.ff.de uerb.ſignif.& donationem
cauſa mortis cōprehendit, quæ tamen fit
per contractū ſtipulationis, ut per Dd.in
l.ij.ff.de lega.i. & moder. Seneñ. in rubr.
eo.tit.unde uerbū, lego, poteſt etiā conue
nire ſ̃ dictis ſine aliqua contrarietate. De-
mum quicquid ſit, etiā quòd hæc diſpoſi-
tio eſſet ultima uolūtas, tamen quod pro-
mittit̃ fit per uiam cōtractus: & de contra
8 ctu facto in ult.uolūtate idē iudicat̃ quod
de contractu ſimpliciter facto. Bar.in l.hę
redes palàm.§.fi.ff. de teſtam. etiā quo ad
reuocationē. Deci. conſ.cxcvi.num.2.&
ccxciij. col.i.in fi. Tenendo itaq; quòd ſit
contractus, cum non appareat de alio tit.
9 iudicabimus ipſum contractum donatio
nis, cum hæc promiſsio fuerit facta nullo
iure cogente.l.i.ff.de donatio.& ibi Bart.
Oldra.d.conſil.cxxxix.in ij.dub. Item cū
ſit facta perſonę coniunctę. Bar.in l.cum
quid.ff.ſi cer.pet.col.pen.ſequitur Barb.
conſil.xvi. clementiſſ.uol.i. col.penul.&
conſil.xli. illud afferam. col.pen.eo.uol.
Et procedit etiā ſi eſſet cōiunctio affinita-
tis tantum. Iaſ.in l.ut liberis.col.vij. C.de
collat. Sed hic ſumus in ſorore, quod am-
plius eſt, maximè accedēte modicitate rei
promiſſæ, quæ arbitrio iudicis nō uidebi
tur eſſe aliter in fratre, qui filios nō habet,
ſi relaxet quartā partem bonorū ſuorū ſo
rori: in ijs enim indeterminatis ſtatur ar- 10
bitrio iudicis.l.i.§.i.ff.de iure deliber.ubi
Bart.latè.Barbat.conſil.xx.præclarè.col.
penul.uol.ij. Præterea ſumi poteſt & alia
cōiectura, de qua per Bart.in d.l.cū quid.
quando aliquod præceſsit meritum per
quod fit promiſsio.l.ſi uero non remune.
§.idem Papi.ff.manda. Et in caſu noſtro
hoc cōcurrit, cum promiſsio fuerit facta
quia ſoror fecerat fines generales, renun-
ciando omnibus bonis paternis & mater
nis, & propter alios reſpectus bonos, ut
d. inſtrumēto dicit̃. Vnde hæc relaxatio
bonorū poteſt dici donatio remunerato-
ria, & promiſsio ob cauſam honeſtam, ut
tradit Oldr.d.conſil.cxxxix. Alex.d.con-
ſil.lxxxiij.col.fi. Nam ex procemio diſpo 11
ſitionis cognoſcimus quæ fuerit intentio
finalis diſponentis.l.fin.cū ſimil.ff.de hæ
redib.inſtit. Cum itaq; iſte ſit contractus
donationis, opportunè hic inueſtigandū
eſt ad effectū de quo quærimus, an ſit do-
natio cauſa mortis uel inter uiuos, cū una
poſsit reuocari, alia non. Et prima facie di
cendum uidet̃ eſſe donationē cauſa mor- 12
tis, cum hic ſit facta mentio mortis ſaltem
per uerba æquipollentia, ſcilicet, decede-
ret, quod ſufficit. Bald.conſil.xix.uol.ij.
punctus talis, iuxta doctr.Bart.in d.l.fin.
C.de pact.& in l.quę dotis.ff.ſolut.matr.
quā ibi cōmuniter ſequunt̃ Dd.& in l.ſti
pulatio hoc modo.ff.de uerb.obli.Alex.
conſ.xiiij.in prin.i.uol. Item ſunt adhibiti
quinq; teſtes, qui arguūt donationē cau-
ſa mortis, ut notatur in d. l. licet. & per
Alex.in d.l.ſtipulatio.num.15.Deci.in d.
conſil. Ex plurib.tamen cōcludo eſſe do-
nationē inter uiuos. Primo, quoniā quo-
ties quis promittit non reuocare donatio 13
nem, uel nō cōtrauenire, uel quid ſimile,
tunc donatio transfundit̃ inter uiuos, li-
cet ſit facta mentio mortis. ita determinat
Alex.in d.l.quę dotis.& ibi Iaſ.& idē Iaſ.
in l.non omnis. poſt longā diſputationē,
ff.ſi cert.pet.ubi moderniores. Aret.con
ſil.lxxiiij.diligēter & maturè.Alex.d.con
ſil.xiiij.Angel.conſil.clxxix.uiſis prædi-
ctis.col.antepen.Soci.conſil.liij.col.ij.&
hoc maximè procedit quando adeſt iura-
mentū, ut per Dd.in dictis locis, & quan-

do uerba q̃ dicta apponunt̃ in uerbis principalib. cõcernẽtib. substantiã cõtractus, iuxta distinct. Decij in d. l. nõ omnis. & d. cons. cccv. & alibi pluries. At in casu nostro omnia cõcurrũt, quia promisit d. Baptista relaxare illam quartã partẽ bonorũ sine aliqua exceptione fienda, quod idem est ac si promisisset nõ cõtrauenire: & præterea adest iuramentum, & illa uerba, sine exceptione, sunt apposita in uerbis principalib. cõuentionis. Secũdo, quia donatio
14 facta alicui & hęredib. suis, censet̃ donatio inter uiuos, Bald. & Salic. in l. ij. C. de iur. dot. Alex. d. cons. xiiij. & consil. lxxvi. iiij. uol. Aret. & Dd. in locis q̃ alleg. Et rationẽ assignat Alex. d. cons. xiiij. col. ij. quę non militat in isto casu, ubi est facta donatio sorori & eius filijs. Tertio, quia d. dñs Baptista de præsenti relaxat dictã quartã partẽ bonorũ, & sine exceptione per ipsum etiã fienda, licet effectus conferat̃ post mortẽ, quę omnia alterant donationẽ causa mortis, quæ habet respectũ ad tempus mortis & non de præsenti, & quæ potest reuocari per pœnitentiã donantis, ut habetur in locis suprà adductis, maximè in d. l. non omnis. Et ex ijs licet fuisset donatio causa mortis, esset transfusa in donationẽ inter uiuos. Vltimo tamẽ, quod plus est, teneo præcise quòd sit donatio inter uiuos. Nã
15 licet mẽtio uel cogitatio mortis faciat censeri donationẽ causa mortis, ut per Doct. ubi q̃, hoc procedit quando est facta mentio mortis in donatione, & inserta uerbis principalib. inducentib. donationẽ: secus si in alia clausula accessoria, etiã quæ pertineat ipsi donationi, ut pulcherrimè consuluit Bal. consil. cclxxiij. quòd ista sit donatio. ij. uol. Alex. in d. l. quæ dotis. Decius d. cons. cccv. col. fi. Curt. iun. consil. lvi. Et in proposito nostro nõ est cogitatũ de morte in ipsa donatione: nam d. Baptista relaxat quartã partẽ bonorũ suorũ sorori sine aliqua mẽtione mortis, & postea in conditione fit mentio mortis, ad hunc effectum, ut appareat post mortẽ collata executio ipsius donationis & eius finalis effectus. Est ergo donatio inter uiuos, facta sub cõditione non existentiũ liberorũ tempore mortis: & sic mortis tẽpus aliud respicit quàm ipsam relaxationẽ. Accedit etiã, quòd in dubio ubi hinc inde sunt allegationes & cõiecturæ, an sit donatio inter uiuos, an causa mortis, debet cẽseri inter uiuos, ut per Bal. d. cons. Ex his apparet, nõ obstare quòd sit facta mentio mortis, nec quòd sint adhibiti quinq; testes, quia alijs argumentis fortioribus ostendit̃ esse donationẽ inter uiuos, quę potest fieri coram quinq; & plurib. testibus. Ex q̃ dictis infertur nunc ad dubiũ suprà motum, ut non sit reuocata hæc donatio per subse- 16
quens testamentũ. §. perficiunt̃. Instit. de donat. Et cõtractus ab initio sunt uoluntatis, postea necessitatis. l. sicut. C. de act. & oblig. Et quæ consensu duorũ inducta sunt, duorũ cõsensu tolli debent. l. ab emptione. cum ibi not. per Dd. ff. de pact. Eadem enim solennitas requirit̃ in destruendo, quæ in cõficiendo. l. secundũ naturã. ubi latè Deci. ff. de reg. iur. Verùm posito quòd esset donatio causa mortis, adhuc dicerẽ nõ fuisse reuocatã per subsequens testamentũ: considerandũ enim est, quòd ipsa donatio est iurata, & iuramentũ ha- 17
bet uim clausulæ derogatoriæ ad sequentia, ut per Bartol. in l. si quis in prin. testamenti. in fi. ff. de lega. iij. & in l. omnes populi. in iiij. q. iij. q. principali. uers. sed an iuramentũ. ff. de iust. & iur. unde requirebatur specialis reuocatio, ut per Bar. in d. locis, & ibi moder. Alex. & Ias. in l. sancimus. C. de testam. Ias. in l. pacta nouissima. in prin. C. de pact. Nec obstat quòd notarius in d. testamẽto in fi. dixerit, Cassans &c. quia requirit̃ magis specialis reuocatio, ut per Dd. in d. l. si quis in prin. & d. l. sancimus. aliàs cum in secundo testamento semper subintelligat̃ illa clausula simplex, Cassans &c. ut per Ias. in d. l. 18
sancimus. & in d. l. pacta. nullius esset effectus clausula derogatoria, contra d. l. si quis in prin. cum simil. quia semper censeretur reuocatũ primum testamentũ. Et quòd in derogatione dispositionis iuratę requirat̃ specialis derogatio, uult Fulg. consil. xxxix. ad primũ. & consil. clvi. uisis themate. Paul. de Cast. cons. cclxxxiiij. in facto. col. ij. uol. i. Cum itaq; uerè sit donatio inter uiuos, incidimus in aliud dubiũ quod non fuit mihi propositũ, & statim illud subijciã pro tertio. Ad tertiũ dubiũ, an hæc donatio cum sit inter uiuos, & nõ sit insinuata, quod requiritur tam de iure cõmu-

cōmuni. l. ſancimus. C. de donat. §. perfi=
ciunt. Inſtit. eo. tit. q̄ ex forma ſtatutorū
teneat, cū excedat quingētos aureos. Re=
19 ſpondeo ualere. Primo, quia iurata & iu=
ramentū tollit defectum inſinuationis, ut
eſt cōmunis opinio Dd. ſecūdū Soci. con
ſil. lxxvij. in præſenti cōſult. & latiſsimè
hanc eſſe cōmunē oſtēdit Deci. conſ. cc=
xxxix. primo. col. i. & conſ. ccccxxxij. cū
ſit. col. ij. & alibi ſæpe. Secūdo, quia nō eſt
20 ſimplex donatio, ſed ob cauſam, & remu=
neratoria, cū motus fuerit d. Baptiſta ad
ipſam faciendam propter fines generales
quos fecerat ſibi ſoror, & propter alios bo
nos reſpectus, & ex his cōijcit̃ finalis cau
ſa diſpoſitionis, ut dixi ſ., & uult Bar. in d.
l. fi. ff. de hęred. inſtit. & huiuſmodi dona
tiones nō requirūt inſinuationē. Iaſ. in l.
ex hoc iure. col. ix. ff. de iuſt. & iur. & in l.
ſi pater puellę. col. ij. C. de inoffi. teſt. Bar.
Imol. & alij in l. Aquilius. ff. de donat. pra
ctic. Papieñ. in forma libelli quo agit̃ pro
donatione, in uerb. ſolenniter. Rom. cōſ.
xxvi. pro deciſione. Alex. d. conſ. lxxxiij.
Deci. conſil. ccccxiiij. col. fin. Et hæc poſ=
ſent alijs autoritatib. firmari, quæ cōſulto
omitto. Ad quartū dubiū dic ut ſ. conſ. v.
ubi latius illud reſolui. Bello. Placētię.

1 *Aedificans iuxta murum alterius, unde debeat capere pe dem, an à muro, an à ſtillicidio.*
2 *Conſuetudo plurimū poteſt in materia ſeruitutum.*
3 *L. fin. ff. fin. reg. habet locū tam in prædijs urbanis q̄ ruſticis.*
4 *Aedificare licet unicuiq; uſq; ad cœlum.*
5 *Stillicidium recipiens poteſt in area ſuo ædificare, modò ſeruitus ſtillicidij non impediatur.*
6 *Seruitutē ſtillicidij qui recipit, an poßit ædificare intra ſtillicidium.*
7 *Pes qui obſeruatur in ædificando iuxta murum uicini, ſu mitur à muro, non à ſtillicidio.*

Conſil. LXI.

DEo opt. max. autore. In ca
1 ſu propoſito, an pes qui de=
bet relinqui ab ædificante iu
xta regionē, id eſt, cōfinium
alterius, per l. fi. ff. fin. reg. de
beat ſumi ab ipſa regione ſeu cōfinio uel
muro, quod idem eſt, uel à loco ubi cadit
ſtillicidiū. Cōcluſiuè loquendo, exiſtima-
rem primo inſpiciendā conſuetudinē ci=
2 uitatis circa hoc, cum cōſuetudo regulet
quēcunq; actum. l. quòd ſi nolit. §. quia
aſsidua. ff. de ędil. edict. Fel. latè in c. i. col.
vi. de proba. Deci. in l. ſemper in ſtipul. ff.
de reg. iur. & ita in materia noſtra arguit
Cepolla in tract. ſeruit. in c. mœnia. & in
c. de ſolo & area. in prima limit. & alibi ſæ
pe. Quòd ſi cōſuetudo ceſſet, & iure com
muni res decidēda ueniat, dicerē pedē ſu=
mendū à muro, & ita ab ipſa regione, nō
à ſtillicidio: præmittendo tamen quòd d.
l. fi. finiū reg. habet locū tam in prædijs ur 3
banis q̄ in ruſticis, ut latè cōcludit Cepol
la, & ita dicit ſeruari, in d. c. de pariete &
muro. col. i. Et primo pro hac opinione fa
cit, quia area in quā cadit ſtillicidiū eſt illi=
us recipientis: unde ſequit̃ illud generale,
quòd in re ſua quilibet eſt moderator &
arbiter. l. in re manda. C. mandati. Ideo in
materia noſtra dicit̃, licere cuiq; ædificare 4
uſq; in cœlū. l. altius. ubi omnes. C. de ſer=
uit. Ergo licebit etiā intra locū ubi cadit
ſtillicidiū ædificare, cum (ut dixi) in facto
ſupponatur areā eſſe recipientis. Secūdo
uidet̃ de hoc caſus in d. l. ſeruitutes. §. ſi ſer
uitus. cum §. fi. ff. de ſeruit. urb. præd. ubi
habetur, quòd in area in qua cadit ſtillici=
dium, licitū eſt dn̄o areæ ædificare, dūmo
do ſeruitus ſtillicidij non impediat̃, & ędi
ficans ſtillicidium recipiat. ita gl. in d. §. ſi 5
ſeruitus. quā ſequit̃ ibi Bart. Odofr. Flor.
& omnes: & hanc cōmunem dicit Cepol
la in d. tract. in c. de ſeruitute ſtillicidij. q.
vij. licet ipſe aliter teneat, de quo nō eſt cu
randū, cum in deciſiuis debeamus ſequi
cōmunia. Et ultra Cepollam, illam gl. di=
cit cōmuniter approbatā Soci. conſ. cxli.
col. i. Sed certè hæc cōmunis reſolutio eſ=
ſet ſine dubio, ſi intelligeremus quòd poſ
ſit recipiens ſtillicidiū ædificare citra ſtil=
licidium, cum nullum ius cōpetat uicino
citra ſtillicidiū: dubiū igitur erat intra ſtil
licidiū, quia uidebat̃ propter ius ſeruitu=
tis cōpetens uicino nō licere dn̄o areę ędi
ficare: intelligit̃ igitur d. cōmunis reſolu= 6
tio ut poſsit ædificare intra ſtillicidiū. Et
pro hac cōmuni opinione conſidero eſſe
caſum in duob. iuribus. Primo in d. l. ſer=
uitutes. §. fi. dum ibi dicit̃, licere ædifican=
ti producere ædificiū uſq; ad eum locum
unde cadit ſtillicidiū. Pondera quòd non
dicit, ubi ſtillicidiū cadit, ſed unde cadit,
& ita denotat regionē & murū uicini, un=

de cadit. Secũdo est casus expressissimus, 7 quòd pes debebat sumi à muro & à regione alterius, non à stillicidio, in d. l. fi. fin. regund. Primo dum dicit, iuxta regionẽ, & ita non iuxta stillicidiũ. Secundo clarius prope finẽ, dum dicit, ab ipsa regione, & sic à muro, & non à stillicidio: siquidẽ per unam partẽ legis alia declarat, arg. l. i. de rebus dub. & l. utrum. ff. de petit. hæred. cum similib. Bellonus. Papiæ.

1 *Filius in bonis maternis habet proprietatẽ, & pater usumfructum.*
2 *Legatum rei suæ non ualet.*
3 *Testator potest legare alicui rem suam, quando habet ius in re duraturum post mortem.*
4 *Institutio facta de filia in dote materna, non ualet.*
5 *Legatum datum ab instituto, uidetur repetitũ à fideicommissario.*
6 *Fideicõmissarius tenetur præstare legatum datum ab instituto.*
7 *Fideicõmissarius habetur loco hæredis.*
8 *Testator si nõ nũcupauerit hæredẽ ore proprio, an satis sit quòd interrogatus an uelit talem esse hæredem, respondeat quòd sic.*

Consil. LXII.

DEO opt. max. autore. In casu proposito breuiter agam, cũ ad instructionẽ tantũ loquar. Et concludendũ uidetur, Antonium Cassanũ de Tridino maritum Agnesinę, si cõsecutus est centũ florenos, nil aliud cõsequi posse, ea ratione, quòd legatum factum dictæ Agnesinæ de dotibus matris suæ non tenuit. 1 Nam sciendũ est, quòd mortua matre filij succedũt ei excluso patre & omnibus alijs, per tit. ad senat. cõs. Orphi. & in talibus bonis filij habẽt proprietatẽ, & pater usumfructũ, ut C. de bon. mater. l. i. & l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. & pater quoq; est administrator, ut d. iurib. quo fit ut bona matris essent propria ipsius Agnesinę. 2 Vnde sequit̃, quòd si legetur res alicui quæ sit sua, non ualet legatũ: quod enim meũ est, meum amplius fieri nõ potest. §. sed si rem legatarij. Instit. de lega. l. cũ quis. primo respons. ff. de legat. iij. ubi filius legauerat matri rem quæ erat matris, dicit text. quòd si de iure legati quæratur, inutile esse legatũ, quia suum matri legabatur. Ad idem text. in l. proprias. C. de legat. qui dicit, proprias res tuas tibi legari non posse certum est. Et si fortasse diceret̃, quòd licet res sua alicui legari non possit, tamẽ quando testator aliquod ius habebat in tali re, ualet legatũ. l. si tibi homo. §. fi. ff. de lega. i. & tradit gl. in d. l. proprias. Sed hic testator in bonis habebat usumfructũ, ergo ualuit legatũ. Ad hoc respondet̃, 3 quòd quando testator in re aliena habet ius duraturũ post mortẽ, tũc ualet legatũ rei legatarij: secus quãdo illud ius erat morte testatoris periturum, puta quando testator habebat usumfructũ. & ita declarat Paul. de Cast. in d. l. proprias. ubi decidit in specie casum nostrũ, quòd si quis habeat usumfructũ in aliqua re, & illã leget proprietario, nõ ualet legatũ. Simile uidemus etiã in institutione, quòd 4 nõ ualet institutio si pater instituat filiã in dote materna. Bal. in l. cũ scimus. in prin. col. fi. C. de inoff. test. refert & sequit̃ Ias. in Auth. nouiss. C. de inoff. testa. nu. 46. ubi similiter respondet ad illud obiectum quod s̃ feci de usufructu. Concludo itaq; d. Agnesinã cõsequi nõ posse dictos centum florenos tanq̃ legatũ, cum essent dotes matris suæ: quia tamen præsupponit̃ in facto, Mariã matrẽ d. Agnesinæ suscepisse filiũ ab ipso testatore secũdo eius marito, quia filius etiã ipse superuixit matri, & ita successit in dote materna unà cũ d. Agnesina, quantũ sit respectu partis spectantis filio ualuit legatũ, quia cessant rationes s̃ dictæ, & ita partẽ haberet iure dotium, partẽ iure legati. Ex omni tamen capite satis est d. Agnesinã ultra centũ florenos nihil aliud cõsequi posse. Circa secundum quo dubitat̃, nũquid is in cuius personam uerificata est cõditio fideicõmissi, teneatur ad integrũ legatũ: & sic an legatum datũ ab instituto, censeat̃ repetitũ à fideicõmissario: 5 quia tempus nõ suppetit, procedam decisiuè. Dico ergo dictum fideicõmissarum teneri ad integrũ legatũ, & de hoc sunt text. aperti in l. non iustam. C. ad Trebell. l. licet. ff. de lega. i. l. unic. §. pro secundo. & §. ne autem. C. de caduc. tollen. ubi tradit̃ firma & cõmunis regula, quòd legata data ab instituto, censent̃ in dubio repetita à substituto, nisi appareat de euidente cõtraria uoluntate testatoris.

ris. Et ratio huius regulæ potest esse multiplex, de qua per Dd. in locis s̄ alleg. maxime Ias. in d. l. licet. in ultimo notab. nec aliqua cōiectura apparet propter quā sit dicendū contrariū, & qui uellet hoc dicere teneret probare. l. ei qui. ff. de probat.
6 cum materia. Quinimò di co quòd iste fideicōmissarius tenet non ex cōiectura ta mente testatoris, qui uoluit repetere legatum, quia illud procedit quādo unus gradus tantū fuit grauatus: sed quod est fortius, tenetur ex expressa, cum testator grauauerit onere legatorum omnes gradus, quod apparet ex inspectione testamenti, ubi indefintè grauauit hæredes suos dare & soluere. iste est casus in l. si plures. in prin. ff. de lega. iij. & in l. quæ conditio. & ibi Bart. & Paul. ff. de cond. & demonst. & ibi dicit Soci. quòd isto casu non tractatur de ui repetitiua, sed propriè cōprehensiua. Nec obstat si dicat quod s̄ dicta procedant in substituto uulgari, ut d. iurib.
7 quia dico idem esse in fideicōmissario, cū ipse habeatur loco heredis, & in eum transeant omnes actiones actiuæ & passiuæ. l. i. §. de illo. ff. ad Trebell. §. restituta. Instit. de fideicōmiss. hæred. expresse in §. sed quia. uers. si uerò. eod. tit. de fideicommiss. hæred. & hoc sequunt̄ uterq; Ang. Imol. Floria. in d. l. licet. quos refert ibi & sequit̄ Ias. in pen. col. in secunda amplia. ad illum tex. & ita pro breuitate temporis cōcludo mihi de iure uideri. ¶ Circa aliud
8 tertium dubiū, an testamentū ualeat necne, ex quo testatrix non expresit ore proprio nomina hæredum, sed interrogata à Notario an uellet talem hæredē instituere, respondit quòd sic. ¶ uidebat̄ dicendū, tale testamentū & institutionē nō ualere, ex quo lex requirit ut testator nominet hęredē. l. iubemus. C. de testa. & cū hoc tradat pro forma, nō potest per æquipollens adimpleri, ut in proposito Ias. in d. l. iubemus. & hanc partē sequitur Bal. ibi post Nicol. de Matarell. ¶ Tamen paucis agendo, cōmunis opinio est in cōtrariū, ut sufficiat Notariū exprimere nomina hęredū coram testatore illa approbante, etiam si propria uoce nō nominauerit: & ita dicit obseruari Bart. in l. hæredes palàm. in fine. ff. de testa. & hanc esse cōmunem opinionem testant̄ Alex. Ias. & cæteri in d. l. iubemus. post g l. ibi. Angel. de Aret. Instit. de testam. in prin. ¶ Roma. cons. cccvi. proposita. in ij. dub. ubi præcise loquit̄ in terminis questionis nostre. & Alex. cons. xxxiij. ponderatis. iij. uol. Et dicit Angel. in d. l. iubemus. quòd hæc opinio est approbata in iudicijs & in scholis, & ideo de ea nō esse dubitandū, maximè in testatore sanæ mentis, ut in casu nostro. Ex hoc
10 infert etiā ad aliud dubiū: quid si interrogata an rogaret testes qui erāt præsentes, respondit quòd sic, huiusmodi testes dici rogatos. Nā si hoc habet locū circa institutionem, quæ est caput & fundamentū testamenti, §. ante hæredis. Instit. de legat. multo magis circa rogationē testiū, quæ minus est. Auth. multò magis. C. de sacr. sanct. eccles. Bellonus. Papiæ.

1 *Iudicium criminale quomodo cognoscatur à ciuili.*
2 *Libellus accusatorius debet cōtinere locū & tempus delicti de substantia.*
3 *Accusatore superueniente cessat inquisitio.*
4 *Cumulatio pluriū causarū criminaliū admittitur.*
5 *Cumulatio criminalis & ciuilis actionis nō admittitur.*
6 *Maior causa quando præiudicet minori in cumulatione.*
7 *Imperator cognoscit sicut Deus, & sola facti ueritate inspecta.*
8 *Princeps nō tenetur seruare ordinē & solennitatē iudicij*
9 *Libelli cōclusio non attenditur coram principe.*
10 *Clausula sola facti ueritate inspecta, tollit solennitatem libelli accusatorij.*
11 *Clausula eadem operatur, quòd post cōclusionem in causa possunt recipi testes.*
12 *Præsumptio transfert onus probandi in aduersariū.*
13 *Testes percepturi cōmodū ex sua depositione, nō probāt*
14 *Famulus quando posit testificari pro domino.*
15 *Pluralitas testium supplet eorum defectū.*
16 *Clerici & monachi possunt deponere in causa Capituli uel monasterij.*
17 *Religiosi & mendicantes an posint ferre testimoniū sine licentia superiorū.*
18 *Ciuis quando posit testificari pro ciuitate.*
19 *Homines uniuersitatis quando sint idonei testes in causa uniuersitatis.*
20 *Testes an posint esse ciues pro causa uniuersitatis.*
21 *Testes admittūtur proprij ciues pro sua ciuitate quando sunt plures quàm duo, uel sunt alij admixti.*
22 *Ciuis an sit idoneus testis pro sua ciuitate in criminalib.*

Consil. LXIII.

DEO opt. max. autore. Plures sunt dubitationes quę proponuntur re-

soluendæ: & primo, ex quo in conclusio=
ne libelli petitur accusatum puniri, & mit
ti in perpetuũ exiliũ, an iudicium sit crimi
1 nale nec ne. Et dubitandũ nõ est esse cri=
minale, cum in eo quis non consequat̃ in
teresse priuatũ, sed publicũ ex uindicta,
ut est text. in §. in summa. Instit. de iniu=
rijs. declarat Panor. & alij in rub. extra de
iudicijs. Alex. Ias. in rub. C. de iudi. Acce
dat quòd crimina omnia de quibus agit̃,
sunt de mero imperio, etiã deportatio &
relegatio, ut per Bar. in l. imperiũ. ff. de iu
risd. om. iud. in tertio & quarto gradu me
ri imperij. Et merum imperium est, quod
expeditur officio nobili ad publicam uti=
litatem: & ad hoc possem plura adduce=
re, quę congerunt moderni in d. rubrica,
2 ad quos me remitto. Secundo, an libellus
syndici debuerit continere loca & tempo
ra delictorum cõmissorum, & alia de qui
bus in l. libellorũ. ff. de accusat. & hoc ca
put habeo pro dubitabili: ex quo est com=
munis opinio Bartol. & aliorum, in l. ædi
ta. C. de ædend. quòd hęc expresio sit de
substantia libelli, ita quòd si nõ fiat, etiam
parte non opponente, libellus est nullus.
& sequitur Roma. consil. cxci. qui reddit
rationem. Poterit tamẽ saluari ex his quæ
dicã infra, ex quo libellus fuit porrectus
principi, & causa est à Cæsare deciden=
da, qui non tenetur seruare ea quæ sunt
iuris positiui. Tertio dubitatur, an hæc in
stantia sit inquisitionis uel accusationis,
cum primò Cæsar motu proprio nemine
accusante inquisiuerit cõtra d. reũ, & po=
stea fuerit porrectus libellus accusatorius
per syndicũ. & respondet̃, instantiã esse ac
3 cusationis: nam quando inquisitũ fuit nõ
ad petitionẽ accusatoris, superueniẽte ac=
cusatore cessat inquisitio, cum quis suam
iniuriam prosequit̃, ut in casu nostro. l. si
cui. §. ijsdem. ff. de accus. Bart. in l. si mari
tus. la i. §. i. ff. de adult. & in tract. ad repri=
mend. in uerb. denunciasti. Angel. in tra=
cta. malefi. in prin. col. viij. uers. quæro an
4 inquisitus. Quarto dubitat̃, an actiones
plures criminales potuerint cum ciuili ad
interesse cumulari. & quo ad criminales
respondeo quòd sic: quia cum sint ex di=
uersis causis, & ad diuersa tendãt, una nõ
impedit aliam, ex quauis regula impediti
ua cumulationis, ut per Bar. in l. ædita, in
primo genere cumulationis. C. de æden.
& ibi Dd. Magis est dubiũ de ciuili actio= 5
ne, an potuerit intẽtari cũ criminali: quia
uidet̃ obstare regula impeditiua ex capi=
te maioritatis, ut scilicet criminalis faciat
cessare ciuilem. Bart. in d. l. ædita. in d. pri
mo genere cumulationis, & in l. ij. §. hoc
edicto. in prima oppos. ff. ui bon. rapt. al=
legat text. in l. per minorẽ. ff. de iudi. & in
l. fin. C. de ord. iudi. Et Doct. in d. locis si=
mul cum Bart. concludũt non admitti cu
mulationem, quia maioritas criminalis fa 6
cit cessare ciuilem. Limitat̃ tamẽ hæc con
clusio, ut non procedat quando minor a=
ctio, scilicet ciuilis, esset separata penitus à
maiori: & dicunt d. l. per minorẽ. intelligi
in causis cõnexis. ita in specie limitat De=
cius in d. l. ędita. col. xiij. num. 67. qui uult
quòd si quis quempiã accusauerit de cri=
mine, non prohiberi eodem libello pete=
re interesse suũ ex alia causa. Vnde in pro
posito nostro potuerũt capitulũ & ciuitas
accusare d. reum criminaliter, & agere ad
interesse eodem libello. Verùm hoc uo=
lui dixisse, ut responderẽ omnib. dubijs
in specie, & ne uiderer fugere laborẽ. Ta=
men existimo ex alio capite, nõ esse ex o=
mni parte dubitandum de uirib. libelli,
cum causa agitata sit ex iussione Cæsareæ
maiestatis, coram illustriss. Regina Flan=
driæ, & denuò reuocata ad suã maiestatẽ.
Vnde quicquid dicant Dd. in alijs iudici 7
bus, Imperator cognoscit sicut Deus, sci=
licet sola facti ueritate inspecta: nec tenet̃
seruare ordinẽ iudicij, nec alia inducta de
iure ciuili. Bart. in l. Aemilius. prope fi. ff.
de minorib. Bald. in c. i. §. inuestitura. col.
ij. de noua forma fidel. & in l. fin. in prin.
col. ij. C. de iur. delib. ubi etiã dicit, quòd
Deus & princeps iudicãt sola facti uerita
te inspecta, nõ attenta dispositione iuris.
refert & sequitur Decius in c. dilecti. col.
ij. extra de iudi. Ideo dicebat Bald. in d. l.
Aemilius. in repet. colum. xviij. quòd co=
ram principe non attenditur ineptitudo 8
libelli, & potius attenditur causa quàm
conclusio. Et Panor. in c. cum super. ex=
tra de cõfessis. col. ij. in fi. & Ant. de Bu=
trio in c. licet Heli. extra de simonia. in=
quiunt, quòd principi licitũ est egredi ui=
res libelli. sequit̃ Iacobi. de S. Georgio in
inuestitura feud. in uerb. sed an princeps.
in quin=

in quinto speciali. & Angel. in l. omniũ. C. de testa. uoluit ut coram principe non
9 requirat̃ cõclusio libelli, sed sufficiat facti narratio. & cum eo transeunt ibi Aret. Alex. Ias. & omnes. Quinimò potest princeps habere ratũ processum nullũ, ex defectu ordinis iudiciarij. Panor. in c. cum olim. col. vi. de re iud. Feli. in c. in causis. col. i. in fi. eod. tit. Et licet sententia debeat esse cõformis libello, l. ut fundus. ff. cõm. diuidundo. c. licet Heli. extra de simonia. tamen hoc non habet locũ in Imperatore, ut per Doct. in l. uinũ. ff. si cert. pet. ubi Ias. col. xiij. quæ omnia adeò procedunt, ut nõ solũ in ipso principe, sed in alio cui princeps cõmitteret causam, cum clausu-
10 la, sola facti ueritate inspecta, haberent locum, ut per Deci. d. c. dilecti. & per Ias. in d. l. uinum. & illa clausula est tantæ potentiæ, ut etiã tollat solennitatẽ libelli accusatorij, de qua in l. libellorũ. ff. de accusat. ut scilicet non sit necesse apponere tempus, locũ &c. ut in terminis cõsuluit Alex. consil. vi. col. i. uol. iij. incip. circa processum. sequit̃ Soci. consil. cix. clarum est. uol. iij. Curt. senior cõsil. lxv. col. v. Similiter licet post conclusionẽ in causa amplius testes produci nec recipi posint, tamẽ quando
11 cognoscit̃ sola facti ueritate inspecta, utiq; admittent̃ testes: quia non attendunt̃ solennitates, nec alia inducta de iure ciuili. Clem. sæpe. extra de uerb. signif. & ibi notatur. Imol. & Dd. in l. filiusfam. ff. de donat. quos consulendo sequit̃ Alex. consil. lxxxiiij. consideratis his. col. pen. uol. iiij. Quinto dubitat̃, quia aliqui testiũ syndici ciuitatis dicũt, ex re ciuitatis esse ut perpetuò dictus reus exulet, an ex hoc resultet aliqua suspicio inimicitiæ aduersus d. reum, ita ut non faciãt fidem. Et breuiter respondet̃ quòd nõ: aliàs sequeret̃, quòd quilibet testis productus contra aliquem qui deponit contra eum, censeretur inimicus, nec esset ei credendũ, quod maximè absurdũ foret. Præterea ita deponendo dicebant super articulo cõtinente talẽ sensum, scilicet quòd bonum esset ut ipse perpetuò à ciuitate esset absens: nam hoc fuerat ex parte ciuiũ articulatũ, unde nulla penitus cadere potest suspicio. Item in generalib. testis interrogatus, respondit se non esse inimicũ d. rei, & pro hac parte est præsumptio: qui uult dicere contra hanc præsumptionẽ, ipse probet, ut not. per gl. 12
in l. si prius. & ibi Dd. ff. de no. ope. nunc. Spectat igit̃ onus probandi aduersario, quòd sint sui inimici, præsertim si ipse hoc asserit: nam dicenti, non neganti, incumbit onus probandi. l. uerius. in fin. cum simil. ff. de probat. Sexto dubitat̃, an aliqui testes de collegio, qui dicunt se nullo modo cõsensum præstituros fuisse edicto de uineis tollendis, nisi reus accusatus dixisset dominos Abbates fore cõtentos ut fieret, fidem faciant an non, tanq̃ quòd tractent de se exonerando: quia forsan possent teneri uirtute huiusmodi edicti. Et dico distinguendo: Aut tempore quo deposuerunt lis uertebat̃ adhuc inter ciuitatem & clerum, & tunc nõ essent idonei te- 13
stes, tanq̃ tractantes de se exonerando, cũ essent ex hac depositione percepturi commodum uel incõmodum. Bar. in l. deferre. §. ij dem decre. ff. de iure fisc. Doct. in l. omnibus. ubi præsertim Salic. C. de testibus. & in l. nullus. ubi Alberic. & omnes. ff. de testib. Et ratio est, quia censent̃ quodãmodo testes in causa propria. Aut tempore quo deposuerũt sopita erat lis inter ciues seu decuriones & clerũ, & tunc cum nihil penitus eorũ intersit, non tractarent de se exonerando, & essent idonei testes.
Facit quod in simili dicit̃ de famulo & do- 14
mestico, qui non sunt idonei testes pro domino. l. etiam. C. de testib. qui si desinant esse famuli & domestici, poterũt testificari, ut per Cyn. & Alberi. in d. l. etiã. & Dd. in locis s̃ alleg. Facit etiam quod dicit̃ de uenditore, qui si posit teneri de euictione, non est idoneus testis pro emptore: si uerò facit pactum ne teneatur de euictione, tunc quia sua nihil interest, potest testificari. gl. in l. nullus. ff. de testib. practic. Papieñ. in forma oppon. contra testes, in uerb. in facto eorum proprio, licet in hoc ultimo alij contrarium sentiant. Sed ulterius dico, quòd licet isti testes dicerent̃ deponere super eo quod ad se pertinet, & sic tractarẽt de se exonerando, tamẽ pertinet tantũ ad eos secundariò & in consequentiam: unde quãdo adest multitudo testiũ, tales testes admittunt̃, ut in terminis nostris uoluit Bar. in d. l. omnib. C. de testib. Sed in casu nostro plurimi & infiniti te-

stes producti fuerunt, ergo &c. Et potest
confirmari ex eo, quòd pluralitas testium
15 supplet eorum defectũ. gl. in l. iij. in uerb.
numerus. ff. de testib. Felin. in c. testimo-
nium. col. ij. extra de testib. Alex. cons. v.
incip. in causa inquisitio. i. uol. Septimo
dubitatur, ex quo causa uinearũ est inten
tata nomine diuersorũ collegiorũ & capi-
tuli, qui habebãt uineas in ciuitate, an cle
16 rici uel alij religiosi particulares ex dictis
collegijs, possint in hac causa deponere.
Et omittendo disputationes & plura quæ
possent dici, respondeo quòd sic, casus est
in c. insuper. & in c. cum nũcius. extra de
testib. gl. in §. cogitur. in Auth. de mona-
chis. & in terminis nostris est decisio Pa-
nor. in d. c. insuper. col. ij. dicens quòd cle
rici & alij de quocunq; collegio nõ prohi
bentur ferre testimoniũ pro collegio, su-
per rebus de quibus singuli uiuũt. & ma-
ximè hoc habet locum in casu nostro, ubi
nihil proprij habere possunt isti religiosi.
17 Octauo dubitat̃, an mendicantes & reli-
giosi potuerint ferre testimoniũ sine licen
tia superiorũ. Ad quod respondet̃ quòd
non. Angel. in d. §. cogitandũ. Alberic. in
rubr. C. de testib. gl. in c. ex parte. extra de
postul. Dd. in Auth. si testis. C. de testib.
& latius Curt. senior in tractatu de testib.
conclus. xlix. ubi uult necesse esse, quòd
ostendat̃ licentia superioris. Aduertendũ
tamen est, quòd si à principio fiat resisten-
tia, & petatur quòd deponant, cum licen-
tia hoc debet fieri: si uerò nihil fuerit di-
ctum, & tales examinati fuerint, eius di-
spositio nõ uitiat̃, sed probat, ut notat Pa-
nor. in d. c. cum nuncius. extra de testib.
col. ij. & ibi latè Felin. sequit̃. col. ij. Nono
18 dubitat̃, an ciues potuerint in eadem cau
sa testimoniũ ferre. Et præsupposito pro
uero, ut dicit̃, quòd causa sit uniuersitatis,
cuius cõmodum nõ spectet ad singulos,
res habet parũ dubitationis, quòd nõ pro
hibentur ferre testimoniũ ciues pro eius
uniuersitate. Bart. in l. in tantũ. ff. de rerũ
diuis. Specul. in tit. de teste. §. i. uersic. sed
nũquid in causa. Dd. in l. parentes. C. de
testib. Canonistę in c. insuper. & d. c. cum
19 nuncius. extra de testib. Si uerò cõmodũ
& incõmodum spectet ad singulos, quod
cognoscitur quando cõmodum pertinet
uniuersitati seu cõmunitati ut uniuersis,

secus quando adfert cõmodũ uniuersita-
ti ut singulis: ita Dd. in locis s̃ alleg. & in
specie Rom. cons. dviij. præsens cõsultat.
in fin. & tunc testes de uniuersitate non
probarẽt in causa uniuersitatis. & in hoc
est differentia inter uniuersitatẽ ecclesia-
sticã & secularẽ, quia ecclesiastici non ita
habẽt particulare cõmodum sicut laici &
seculares, ut tradit Panor. in d. c. insuper.
col. ij. & quòd hoc casu nõ probẽt, tenue-
runt Dd. ubi s̃, & Afflic. decis. cccc. incip.
nobilis. Mars. in l. i. §. seruũ. ff. de quęstio.
& ista est cõmunis opinio, ut per Soci. in
tract. fallent. in regula ccccviij. fallent. iij.
quicquid tenuerit Panorm. in d. c. insu-
per. Et ex his infert in specie ad propositũ
nostrum Feli. in d. c. insuper. in iiij. & v. li
mit. & Marsil. in d. §. seruũ. quòd si sit con
tentio de possessionibus uel uineis quæ
sint uniuersitatis secularis, & inde singu-
li percipiant uictum, dicit̃ cõmodum spe
ctare ad singulos, & ciues nõ possunt esse 20
testes pro uniuersitate. Idem uoluit Alex.
consil. lxviij. col. iiij. & v. incip. uiso & du-
dum. uol. ij. & uideat̃ omnino Felin. in d.
iiij. & v. limit. qui copiose tractat. & pract.
Papien. in forma oppon. contra testes, in
gl. super uerb. in facto proprio. Cõtingit
tamẽ adhuc unũ in hoc dubio pro infor-
matione: quòd licet Dd. in locis s̃ addu-
ctis teneãt quòd etiã in casu ubi illi de uni
uersitate admittunt̃ pro uniuersitate, ta-
men nõ sint integri testes, nec faciãt plenã
fidẽ. hæc cõclusio nõ noceret nobis, quia
non habet locum ubi sunt plures testes q̃ 21
duo. Imol. in d. c. cum nũcius. extra de te-
stib. quem sequit̃ Alex. cons. xcix. col. vi.
uol. v. Itẽ & secundo nõ habet locũ quan
do sunt alij testes admixti qui nõ sunt de
uniuersitate, quia tunc supplet̃ defectus
illorũ de uniuersitate, ut per Alex. d. cõsil.
lxviij. col. vi. uol. ij. Sed in casu nostro mi-
litat utraq; limitatio, quia quamplures te-
stes producti fuerũt, & simul admixti alij
extranei. Verùm hæc procedunt in ciui-
libus, quid autem in criminalibus? Vide-
tur concludendũ quòd nõ admittantur
dicti ciues, per c. de prudentia. xiiij. q. ij.
& tradunt Doct. in locis suprà allegatis,
quòd ciuis in fauorem ciuitatis suæ, in cri 22
minalibus nõ admittitur. In casu tamen
nostro cõcludo contrariũ, quòd ciues es-
sent

ſent teſtes idonei. Nam licet regulariter non admittantur contra extraneũ, tamen contra proprium ciuem recipiuntur pro ciuitate, ut per Ioan. Andreæ in d.c. cum nuncius. & Panor. in d.c. inſuper. col. iij. qui ideo infert, quòd accuſato Pręlato ciuitatis, illi de uniuerſitate & ciuitate ſunt idonei teſtes. ſequitur Feli. ibi, iij. limit. & Marſil. in d.§. ſeruũ. Secundo, regula ſuprà dicta habet locum in parua uniuerſitate, ſecus in magna, ut eſt ciuitas in qua factum hoc noſtrum contigit. Ratio eſt, quia tunc nõ poteſt cadere maxima familiaritas inter ciues. ita Feli. & Marſil. ubi ſuprà. Bellonus. Dolæ.

1 *Fideicõmiſſum poteſt dari in codicillis.*
2 *Trebellianica quibus modis dicatur prohibita.*
3 *Prohibitio alienationis impedit detractionem Trebellianicæ.*
4 *Trebellianica impeditur per approbationem teſtamenti, & non faciendo inuentarium.*
5 *Fructus percepti ab hærede grauato, imputantur in quartam.*
6 *Præſens in teſtamento, an uideatur cõſentire teſtatori diſponenti de rebus ſuis.*
7 *Fideicõmiſsi remiſsio non inducitur per taciturnitatem.*
8 *Dos confeſſata quomodo exigatur.*
9 *Apocha quam fidem faciat.*
10 *Melioramenta facta in re, quomodo deducantur.*
11 *Impenſæ utiles uel uoluntariæ quomodo deducantur.*
12 *Dos in teſtamento relicta quatenus probari non poteſt, reputatur ut legatum.*

Conſil. LXIIII.

DEO opt. max. autore. Proponitur in facto, queadmodum Auguſtinus Ferrarinus deceſsit relicto hærede Iacobo Ferrarino fratre in ſuo teſtamento; poſtea fecit codicillos, quibus grauauit d. Iacobũ, ſi decederet ſine filijs, reſtituere hæreditatẽ Io. Baptiſtæ Ferrarino nepoti ipſius grauati. Deinde deceſsit Iacobus inſtituto hærede Ioanne Baptiſta, & relicta uxore ſua D. Blanca uſufructuaria omniũ bonorũ, quæ nunc reperitur in poſſeſsione dictorũ bonorũ: à qua Ioan. Baptiſta petit reſtitutionẽ fideicõmiſsi integraliter. Ipſa replicat, ſe debere habere uſumfructũ in Trebellianica, quæ potuit deduci per Iacobũ eius maritum, quæritur quid iuris. Ad quod breuiter dicit, intentionẽ agentis eſſe fundatã uigore fideicõmiſsi ex codicillis prædicti Auguſtini, ubi teſtator diſponit, Iacobo hęrede decedente ſine filijs, in tota hęreditate ſuccedere ipſum Ioan. Baptiſtã: quæ conditio euenit, & probata eſt per teſtes actoris, unà cum poſſeſsione bonorũ ipſius Auguſtini. Nec dubitandũ eſt, quin hoc fideicõmiſſum fieri potuerit in his co 1
dicillis, l. hæreditatẽ. C. de codicill. §. fi. Inſtit. de codicill. etiã adeundo hæreditatẽ, ut ualeat ſaltẽ iure fideicõmiſsi. per l. Scæuola. & ibi Dd. ff. ad Trebell. ueniteq; reſtituenda dicta hęreditas abſq; detractione Trebellianicæ. Primo, quia uidetẽ pro- 2
hibita per illa uerba uniuerſalia, totã, ut ſecundũ cõmunem opinionẽ tenet Alex. conſil. v. col. fi. iij. uol. & conſil. cxli. in fin. ij. uol. & conſil. cxxxiij. v. uol. & per Ang. conſil. cxxv. hoc eſt teſtamentũ. Secũdo, quia teſtator prohibuit alienationẽ bono 3
rum in toto & in parte, ideo tanq; de re alienari prohibita, non uidetẽ debere detrahi Trebellianica, ſicut nec falcidia. Bal. in Auth. ſed in ea. C. ad l. falcid. Angel. in §. ſi uerò expreſsim. in Auth. de hæred. & fal. Aret. conſ. xxxvij. Roma. conſil. ccvi. Card. conſil. cxiij. Tertio, quia Iacobus adeundo hæreditatẽ adprobauit hanc ul 4
timam uoluntatẽ Auguſtini, ex quo tollitur Trebellianica. Anchar. conſil. cli. Signor. conſil. lxxx. ubi dicit uerum ſiue approbauerit uerbo ſiue facto. Bal. in conſ. ccccclxxiiij. v. uol. Iaſ. conſil. cviij. col. pen. iiij. uol. Deci. conſ. ccxxxvi. Quarto, quoniam Iacob. non cõfecit inuentariũ quod appareat: nam propter nõ confectionẽ inuentarij perditur Trebellianica, ut eſt magis cõmunis opinio, quæ etiã iudicando practicatur. Corneus in conſil. clxviij. iij. uol. And. Sicul. conſ. xlvi. iij. uol. latè Decius d. conſ. ccxxxvi. Quinto, ex eo quòd omni caſu ubi potuiſſet detrahi Trebel- 5
lianica, in ea imputarentur ipſi Iacobo ut extraneo fructus per eum percepti ex dicta hæreditate Auguſtini. gl. & Dd. in l. in fideicõmiſſa. ff. ad Trebell. & in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l. fal. ubi etiã Bart. atteſtatẽ eſſe cõmune dictũ. & ibidẽ Paul. in l. iubemus. §. fi. C. ad Trebell. Iaſ. in conſ. cviij. iiij. uol. Quòd autem perceperit fructus, probatur per teſtes actoris,

& amplius per testes D. Blancæ, saltem
post mortem dominę Elisabethæ uxoris
dicti Augustini; imò & ante & post accor
dum cum ea, cui soluebat libras centum
annuas loco usufructus. Et satis est uerisi
mile, quòd ipse Iacobus longè plus perci
peret quàm daret uxori. Nec pręmissis obstat
dicere, quòd Ioan. Baptista ex eo quòd
præsens fuit testamento Iacobi, in quo le=
gauit usumfructū uxori suæ omnium bo
norum suorum, uideatur tale legatum ap
probasse, adeò quòd modò non potuit
contrauenire. Nam respondetur primo,
6 quòd illa nuda pręsentia non inducit con
sensum illius præsentis & tacētis. l. Caius.
& ibi not. ff. de pignor. act. & not. in l. fi=
deiussor. §. pater. ff. de pignor. maximè ad
sui præiudicium, iuxta tradita per Bar. &
alios in l. quæ dotis. ff. solut. matr. Secun=
do dicitur, quòd in illis uerbis, omniū bo
norum suorum, non ueniunt bona quæ
non sunt testatoris, sed spectant ad hære=
dem aliunde quàm ex testamento, ut ex fi
deicōmisso alterius, per l. cohæredi. §. cū
filiæ. ff. de uulg. & pupill. & has duas limi
tationes facit Alex. consil. xx. col. iij. & se=
quenti. iij. uol. incip. ponderatis his quæ
in themate narrantur. Et minus potest fie
ri fundamentū super hoc, ex quo nō con=
stat pro eo tempore Ioan. Baptistam ha=
7 buisse scientiam illius fideicōmissi, quod
tamen est necessariū ad eius remissionē,
etiam si fecisset instrumentum diuisionis
cum clausulis prægnantibus, ut per Bar.
Alex. & moder. in l. qui Romæ. §. domi=
no fratres. ff. de uerb. oblig. Quo uerò ad
dotem eius uxoris est superflua disputa=
tio: quia quicquid sit de ipsa dote, quæ
uidetur minor, non uenit detrahenda de
bonis fideicōmissarijs Augustini, sed ip=
sius mariti: & si non supplerent bona ma
8 riti, cum res sit inter extraneos, & confes=
sata tantum, non posset haberi regressus
ad bona Augustini, qui non erat debitor
dotis ipsius, iuxta tradita per Doct. præci
puè moder. in Auth. res quę. C. cōmu. de
legat. Quo ad debita quæ asseruntur so
luta à Iacobo cuidā Passero ex chirogra=
pho producto, dicitur non esse probatū:
9 non enim probat chirographū, quia est
priuata scriptura, neq; comprobatur ali=
ter per testes ad hoc inductos, quia sunt
duo tantum, quorum primus dicit nesci=
re de contentis in chirographo, sed quòd
est scriptus manu Passeri, quia notam ha=
bet eius manum; & nec hoc secundū pro
bat, quia oportet quòd uiderit scribere il=
lam scripturam, iuribus quæ pro nunc o=
mitto, quia nō expedit. Et cum sit iste sin=
gularis, alius dicit quòd fuit pręsens, & ui
dit numerari de pecunijs Passeri: & iste
quoq; est singularis; & nō deponit de cer
ta quantitate, ita quòd est superfluum in
his insistere. Et ista pars nō suffragari po=
test d. Blancæ, tanq; non probata. Circa
melioramenta cedunt solo, & sic spectant 10
Ioan. Baptistæ domino fundi, ut in termi
nis Alex. in cons. cxxiij. col. fi. uol. i. Item
quòd expensæ factæ in plantando uites
cedant domino fundi, & nō repetantur,
tradit Bar. in l. in fundo. ff. de rei uend. Et
respectu domorū dicitur quòd nō erant
necessariæ etiam pro laboratorib. duplici
ratione. Primo, pro modicitate terrę, quę
non merebatur tot ampla ædificia. Secun
do, ex propinquitate loci seu terræ curtis
maioris poterāt ædificari absq; tali impen 11
sa, & magis utiliter. Ideo cum talis impen
sa non computetur inter necessarias, sed
uoluntarias, uel forsan utiles, habet do=
minus fundi electionem quòd illa soluan
tur uel tollantur: & ubi eligitur soluere,
soluūtur ut ualent quatenus impensum
est de ipsis ut ruderibus. ita decidit in ter=
minis Paul. de Castr. in consil. cccxxvi. ui
so puncto suprà scripto, col. fi. ad fi. secun
dum impressionem antiquam. Quo ad
bona acquisita non fuerūt probata saltem
necessariò & concludenter, sed dicit ista
omnia opposita reddi impertinētia, quia
respectu hæreditatis dicti Augustini, illa
uenit restituenda domino Ioan. Baptistæ
hæredi fideicōmissario. Quo uerò ad re
liqua bona domini Iacobi, uel sint anti=
qua uel sint acquisita, debentur iure usu=
fructus dominæ Blancæ. Et quo ad pro=
prietatem, sicut etiam melioramenta, &
alia si quæ sunt spectant ipsi Ioanni Bapti
stæ, qui etiam est hæres ipsius d. Iacobi; &
ideo si uxor uelit in his usumfructū illius
percipiat, aliàs dotem suam exigat in bo=
nis mariti. Et quatenus dos legata exce= 12
dat quantitatem ueræ dotis, instrumentū
tale cōputabitur inter legata. Et ideo ex ea
alijsq;

aliisq; legatis cum præsupponantur excedere uires hæreditatis, maximè supra dodrantē, hæres haberet beneficiū falcidiæ. Et aduertatur quòd hęres adhuc est intra tempora conficiendi inuentarium.

Franciscus Maruphus.

1 *Trebellianicæ detractio transmittitur ad hæredes.*
2 *Trebellianica quibus uerbis dicatur prohibita.*
3 *Testator censetur tacitè prohibere Trebellianicā, quando uerba nil aliud possunt importare.*
4 *Prohibitio alienationis bonorū facta à testatore, impedit detractionem Trebellianicæ.*
5 *Prohibitio alienationis bonorū tacita & expressa in pluribus inter se differunt.*
6 *Mulier non præsumitur in dubio iactare suum.*
7 *Hæres adiens hæreditatem sine confectione inuentarij, tenetur ultra uires hæreditarias.*
8 *Dos legata si non potest aliunde probari, debetur ut simplex legatum.*
9 *Priuata scriptura quibus adminiculis adiuuetur ut fidem faciat.*
10 *Debitum si probetur per testes, poterit quantitas per iuramentum probari.*
11 *Positioni respondens minus sufficienter, habetur pro confesso.*
12 *Melioramenta facta in re subiecta fideicōmisso, quomodo deducantur.*
13 *Bonæ fidei possessor indistinctè deducit impensas necessarias quas fecit in re.*
14 *Fideicōmissarius an possit deducere expensas ædificiorum quas fecit in bonis subiectis fideicōmisso.*
15 *Inuentariū intra quod tempus debeat fieri ab hærede.*

Consil. LXV.

DE EADEM MATERIA.

DEO opt. max. autore. In causa dominæ Blancæ de Scironib. contra Ioan. Baptistam Ferrarinū, respondendo allegationibus magnifici Maruphi Iurisconsulti cōsummatissimi, concludendum uidet D. Blancā habere debere usumfructū in Trebellianica quę ueniebat detrahenda à fideicōmisso iniuncto d. Iacobo Ferrarino per Augustinū
1 eius fratrem, cum ipsum ius detrahendi quartam transmissum fuerit ad Ioan. Baptistam hæredem ipsius Iacobi siue ex testamento siue ab intestato. l. quanq;. C. ad l. falcid. ubi Bart. & alij, maximè Paul. qui dicit hanc transmissionē maximè necessariā esse his qui grauati sunt restituere per mortem, cum in uita nō sit ortum ius detrahendi. Et ita D. Ioan. Baptista habet illam quartā iure hæreditario, & in ea potuit Iacob. testari & relinquere usumfructum, Alex. cons. xliij. attenta. uol. ij. Decius consil. ccxxxvi. non parua. col. iij. faciūt à speciali notata per Aret. cons. lxvij. diligenter. col. viij. Nec obstat quòd d. Iacobus nullā potuit detrahere quartā, pluribus rationibus deductis per Mag. cōsultorem; & in primis, quoniā substitutio est facta per uerbū, tota, quia respondeo magis cōmunem opinionē esse in contrariū, ut non obstante dicto uerbo adhuc hęres grauatus possit detrahere Trebellianicā, ita concludit Deci. consil. ccccxcv. ubi adducit præcise consilia allegata in contrarium, & tamen postea dicit quòd pleriq; contrariū tenent. Pręterea aduertendum est esse controuersiam inter Dd. nostros, an testator possit prohibere Trebellianicam tacitè sicut expresse; & cōmunis opinio est quòd etiā tacitè, ut habet in Auth. sed cum testator. C. ad l. falcid. Alia tamē est dubitatio, per quæ uerba uideat tacitè 2
prohibita; & licet aliqui dixerint sufficere uerbum, totam & integram, tamen communis conclusio est, quando uerba appo 3
sita à testatore nihil aliud possunt importare, tunc uideat prohibita. Sed adijciendo uerbū, totam, illa uerba nihil faciunt; quoniam etiam si non adiecisset tale uerbum, de iure cōmuni totam habuisset, & nihilominus detraxisset Trebellianicam, ita declarat Corn. consil. ccvij. de plurib. in litera H. uolu. ij. qui fortius hoc uult, etiam quando uerba essent geminata. & Paul. de Cast. cons. lxxvij. uisa. col. ij. uol. ij. in nouis. Non obstat secūdo quod dicitur de prohibitione alienationis facta à te 4
statore, quæ impedit detractionē, Auth. sed in ea. C. ad l. falcid. ubi Bal. quia dico nullam factam prohibitionē ipsi Iacobo, sed à Iacobo ipsi Ioanni Baptistæ. Et si dicatur, saltem esse tacitā prohibitionē etiā respectu Iacobi, cū sit grauatus fideicommisso, Authen. res quę. C. cōmunia de legat. respondet quòd prohibitio tacita nō est potens ad impediendam falcidiam siue Trebellianicam, ita tenuit Roma. in d.

Authen.ſed in ea.& conſil.ccvi.col.ij. Et ultra eum facit ratio, quia ſi tacita prohibitio quæ inſurgit ex fideicōmiſſo eſſet potens ad impediendā detractionē quartæ, certè nullo caſu detraheret quarta ex fidei
5 cōmiſſo. Et eſt aliàs maxima differētia inter prohibitionem tacitam & expreſſam. l.filiumfam. §.diui.ubi Doct. ff.de lega.i. Tertio non obſtat quòd approbatio teſtamenti tollat detractionē: nam hoc eſt uerum quando fideicōmiſſum eſt iniunctū in teſtamento, & hæres habuit de eo notitiam. & ita loquitur Anchar. & alij in conſilijs allegatis. Sed in caſu noſtro fideicommiſſum datū fuit in codicillis, quorū ignarus fuit ſemper Iacobus, ut dicit in facto: & etiam de iure cōmuni quando codicilli ſunt ſeparati à teſtamento, hæres præſumitur eos ignorare. l.non eſt ferendus. in fi.ff.de tranſactionib.Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.uerſ.tertio quæro.ff.de uerb.oblig.ubi Alex.& moder.Aret.con ſil.xciiij.col.pen.cōſideratis. Quarto nō obſtat quòd non fecerit inuentariū: quia cum ignorauerit fideicōmiſſum, ad hoc non tenebatur. Quinto non obſtat quòd fructus ſint in quartam imputandi, quoniam probatum non eſt d. Iacobum fructus percepiſſe: imò probatur contrariū, quòd per aliquot annos dicta Heliſabeth habuit uſumfructū in bonis Auguſtini teſtatoris eius mariti, poſtea facta fuit tranſactio inter d. Heliſabeth & d. Iacobū, qui dabat ei centum libras quotannis, & erat quaſi quidā colonus. Nec eſt præſumendum quòd maiores fructus perceperit,
6 cum mulier auariſsima ſit, nec ſoleat ſuū uiliore precio iactare, arg. l.cum de indebito. ff. de probat. & eorum quæ notantur per gl. & Doct. in l.quæ dotis, ff.ſolut. matr. Præterea etiā quòd plus percepiſſet, hoc imputatur pro ſumptibus & laboribus qui fiunt in colendo, à quibus erat exempta per tranſactionē d. Heliſabeth: nam & prædia ſolent aliquando uiliori locari ea ratione. Nec poſt mortem d. Heliſabeth fructus percepti extenuāt quartā, cum hoc probatum nō ſit. Et præterea in dictis fructibus ueniunt computanda legata & debita quæ ſoluta fuerunt per d. Iacobum, ut apparet ex dictis teſtium & inſtrumentis productis, Bartol.in l.in fideicōmiſſariam. ff. ad Trebell. quæ ſi rectè computentur, certè credo excedunt fructus perceptos.

Quo ad dotem dictæ Blancæ, ſi mariti bona non ſufficiant, habebit regreſſum pro dote ſua, contra bona propria ipſius Ioan. Baptiſtæ, & conſequenter contra dicta bona ſubiecta aliàs fideicōmiſſo, nunc uerò confuſa cum patrimonio d. Baptiſtæ, cum adiuerit hæreditatem ſine con- 7
fectione inuentarij, & ita tenetur ultra uires hæreditarias. l.fin.§.& ſi præfatam. C. de iur.delib. Et poſito quòd dicta dos probaretur minor per inſtrumentum quàm legata ſit, quod tamen negatur, quia ultra illud inſtrumentū potuit maritus aliunde reliquum dotis accepiſſe, ſi ſuperfluū 8
nō debetur ut dos, ſaltem debetur ut ſimplex legatū. l. Lucius. §. qui reipub.ff.de legatis ſecundo. & ibi Bartol. in l. Aurelius.§.fin.ff.de liber.legat. Alexand.conſil. habita.xlv.primo uolum. Corn.conſ. ccliij.uiſo in litera E.uolum.iij.

De chirographo quicquid ſit, negare 9
nō poſſumus quin ſaltē debeat deferri iuramentum purgatorium, ut per Paulum in l.admonendi.col. i.ff. de iureiur.ubi dicit, quòd chirographum licet non probet plenè nec ſemiplenè, facit tamen aliqualē probationē. Bart. in d.l.admonendi. col. v.in materia apochæ. Preterea Hieronymus teſtis licet non fuerit præſens, nec uiderit ſcribi apocham, ut ita eius dictū regulariter non probet etiam ſemiplenè, tamen cum ſit filius Dominici Paſſeris, deponit contra ſeipſum: & magna eſt uis huius probationis, ut dicendū ſit eum ſemiplenè probare, ut poſsit deferri iuramentum ſuppletoriū, per tradita in d.l.admonendi. Facit in ſimili quod uult Bar.in d. l.admonendi.in materia apochæ, quòd licet comparatio literarū faciat tantum ſemiplenam probationem, tamē poteſt eſſe tanta uis comparationis ut plenam fidem faciat. Sed in caſu noſtro non poſſet eſſe maior uis, per ſuprà dicta. Idem dico reſpectu quinti teſtis: quoniam licet deponat tantum de diuerſis ſolutionibus, & non de certa quantitate, tamen quantitas poterit probari iuramento partis, iuxta dictum notab. Raynerij de Forliuio in l. i. ff.de in litem iuran. refert & ſequit̄ Deci. in l.in

in l.in actionib.ff.de in litē iurand.col.iij. & in l.certi.§.quoniam.col.ij.in gl.prima.
10 ff.si cert.pet. quòd quando est probatum debitum per testes, poterit probari quantitas per iuramentū. Et licet hoc casu non fieret plena probatio, quia est tantum unicus testis, saltē fieret semiplena: & iungendo hanc semiplenam cum semiplena superiori, erit plenè probatum, iuxta notata per gl.& Dd. in d.l.admonendi. Facit etiam, quia prædictis adminiculatur liber rationum principis, ubi reperitur notata solutio de qua in d.chirographo. Itē
11 quia positioni factæ de solutione dictarū librarum nō est sufficienter responsum, ideo positio habetur pro confessa, per notata in l.ij.§.i.C. de iuram. calu. Vltimo, posito quòd domina Blanca nō posset se iuuare dicto chirographo, nihil refert, cū Iacobus legata soluerit, & expensas fecerit, de quibus in actis, quæ absorbent fructus perceptos post mortem D. Helisabeth, ita ut non supersit quod in quartam
12 computetur. Circa melioramēta probata deduci poterant per ipsum Iacobum, etiā quòd sciuisset bona subiecta fideicōmisso; quia cum illa bona interim sint sua, uidetur facere expensas animo repetēdi, & non donandi. l. domus. ubi Doct. maxime Ias. ij. notab. ff. de leg. i. qui dicit notandum propter fideicōmissa, quæ quotidie reijciūtur post mortem. Vnde sunt apud Ioan. Baptistam iure hęreditario, & in eis potuit cōstitui usus fructus, & de eis testari. Alex.d.cons.cxxiij.in contrarium allegato.i.uol. Nō obstat quòd cedant solo, quia hoc est uerum respectu dominij: debetur tamē æstimatio, ut declarat Alexan.dicto consil.& in æstimatione potuit ususfructus cōstitui. Nec obstant alia adducta per magnificū consultorem; siquidem præmitto quòd Iacobus ex quo ignorabat fideicommissum, erat in bona fi-
13 de (licet & idem sit si sciuisset, ut per Ias.in d.l. domus.) quo fit ut indistinctè possit impensas necessarias deducere. Bar.in d. l.in fundo.ff.de rei uend. Et istæ sunt huiusmodi. Nec obstat dū pars aduersa considerat quòd sint utiles, quia testes deponūt esse necessarias, quibus est magis credendum tanquam peritis in arte. Præterea posito quòd essent utiles, sunt etiā deducēdę.d.l.in fundo.& ibi Bart. Nec obstat quòd respectu plantationū Bart. ibi concludat contrarium, quia Bart. loquitur quando dominus erat pauper, quod non est in casu nostro, cum habeat Ioan. Baptista ultra bona propria, etiam bona Iacobi & Augustini. Secūdo dico, quòd Paul. de Castro in consilio in cōtrarium adducto reprehendit Bart. in d. l. in fundo, ut per eum ibi, colum. iij. Non obstat respectu ædificiorum consilium Pauli supra dictum; primo, quia nō habet locum quando dominus erat uerisimiliter factu- 14
rus. d. l. in fundo. & per Paul. dicto consil.col.fin. Sed in casu nostro præsumendum est illa dominum facturum, cum testes deponant, ex dictis ædificijs propter habitationem coloni prædia multò uberiora reddita esse. Præterea nōdum declarauit Ioan. Baptista an uelit soluere æstimationē, uel quòd ædificia tollantur: interim ergo Blanca usumfructū habebit. Vltimo cessant hæ rationes, cum Baptista successerit Iacobo, & ideo non potest eius factū improbare, l.cum à matre, cum similib.C.de rei uend. Circa bona acquisita nihil est dicendum, nisi quòd Baptista nō potest detrahere falcidiam, cum non fecerit inuentarium. l. fin. §. si uero. C. de iure delib. Auth. sed cū testator. C. ad l. falcid. ubi Dd. Nec est uerum adhuc nos esse intra tempora conficiendi inuentarium, etiā computando à die aditæ hæreditatis, quod tempus attenditur secun- 15
dum magis cōmunem opinionē Bart. & aliorū, in d.l.fin. §. cum igitur. cum adita fuerit hæreditas die xxvij. Maij, ut apparet ex prima petitione Ioan. Baptistæ, de qua in processu, & ita elapsi sunt duo mēses & aliquot dies ex tertio mense, & intra tres menses debet perfici inuētarium. d. l.fin. in prin. ubi Ias. in secūdo requisito.

Bellonus. Placentiæ.

1 Trebellianica an sit prohibita per dictionem, totam.
2 Prohibitio alienationis bonorū est impeditiua detractionis Trebellianicæ.
3 Hæres præsumitur ignorare testamenta & codicillos.
4 Scientia præsumitur ex fama quæ est in loco.
5 Chirographus quam fidem faciat.
6 Inuentarium quo tempore sit conficiendum ab hærede.

Consil. LXVI.

DE EADEM MATERIA.

DEO opt. max. autore. Ad causam restitutionis bonorũ Augustini Ferrarini fiendã Ioanni Baptistæ Ferrarino eius hæredi fideicommissario, non obstant fundamenta tendentia ad diminutionẽ dicti fideicõmissi, quamuis ex cõsultissimi professoris fonte procedant uberrimo. In primis non obstat quòd dicitur, communem opinionem
1 esse quòd Trebellianica nõ uidetur prohibita per illud uerbum, totam, allegãdo Dec. in consil. ccccxcv. & Corneũ in consil. ccvij. uol. ij. nam nullus horum Doctorum attestatur de cõmuni opinione: imò Deci. allegat tantum in contrarium Roma. & Soci. & dicit non esse quæstionem, propter uarietatem opinionũ. Sed non curat de hoc in illo casu, quia res est in liberis primi gradus, in quibus etiam nõ potest Trebellianica prohiberi, ut per eum. Corneus autẽ licet uideatur disputare hunc articulum, tamen ad propositum nostrum uult totum contrarium ad quod allegatur: consuluit enim in eo casu in quo erant illa uerba, in omnibus & singulis. Sed ubi sunt posita illa uerba, totam uel integram, prope uerbum, succedat, ut propriè cõtingit in proposito, Corneus uult totum contrarium, & sic quòd sit prohibita Trebellianica: & istud magis apparet ibidem col. v. in prin. ubi facit differentiam inter illa uerba, In omnibus & singulis, & uerbum, Totam. At econtra quòd sit communis opinio, prout per me allegatum fuit, Alex. attestatur in d. consil. v. iij. uol. & addo quòd istam conclusionẽ latissimè tradit & tenet idem Alexan. in consil. cci. vi. uol. ubi respondet omnibus rationibus in cõtrarium: & ad illam rationem quòd illa uerba nihil facere uidebantur quo ad detractionem Trebellianicæ, quia tacitè inerant &c. & pro ista opinione est gl. in l. decem. ff. de fidei cõm. liber. in uerb. totam. cum qua transeunt Doct. & plures autoritates ad hoc congerit, affirmans hanc partem, Corsetus in tractatu suo de materia Trebellianicæ, in prima quæst. ubi latissimè loquitur. Et sine dubio procedit ista conclusio in casu isto, in quo dictũ est quòd Ioan. Baptista succedat in tota hæreditate, ut etiam multum ponderat Corneus in consil. in cõtrarium allegato: & tanto magis, quia ultra istud uerbũ, totã, testator etiã expresse prohibuit alienationem in toto uel parte: quæ uerba non possent magis ad prohibitionem Trebellianicę, iuxta dicta per Doct. in locis suprà relatis. & ideo ex illis uerbis, de tota, iuncta prohibitione alienationis, uidetur sine dubio importare illa esse dicta ad effectum Trebellianicæ non detrahendæ, & quia aliàs non inerant, iuxta dictum Corseti in d. tract.

Ad secũdum, quo dicitur, nullam esse prohibitionẽ quo ad Iacobũ, respondeť, quòd imò prohibitio etiã loquiť de ipso 2
Iacobo taliter, quòd etiã propriè fecit ad materiã Trebell. Inquit em̃ testator, quòd decedẽte Iacobo sine filijs, succedat in tota eius hæreditate Ioan. Bapt. saluo semper, quòd si dictus Iacobus uergeret ad inopiã, eo casu posset pro eius necessitate de dicta hęreditate & bonis uendere &c. Ergo satis prohibetur ipse Iacobus extra casum necessitatis alienare, arg. l. cũ prætor. ff. de iudi. cum similib. Et consequenter illa uerba, tota, & prohibitio, militant etiam quo ad ipsum Iacobum: quia si uoluit testator dictam hæreditatẽ suam transire ad proximiores & illos de familia in perpetuum, uidetur dictam prohibitionem ad hoc, & sic fauore familiæ, fecisse, & sic noluisse per unum magis quàm per alium alienari &c. In quantum uerò ad alias conclusiones per me factas, quę nullam dubitationẽ recipiebãt: prima, quòd per approbationẽ hæredis de ultima uoluntate censebať prohibita detractio Trebellianicæ: secunda, propter non confectionẽ inuentarij: respondetur fugiendo istas cõclusiones, quòd prædicta intelliguntť in hærede sciẽte fideicõmissum, nõ autẽ ignorãte, prout ignorasse adducitur 3
pręsumptiõe iuris: & iuxta allegata diciť istã excusationẽ ignorãtię nõ militare, ex eo, quòd licet aliàs de iure pręsumať hęredem ignorare testamentũ & codicillos, tamen istud hodie nõ habet locũ, imò præsumitur notitia & sciẽtia testamẽti & codicillo-

dicillo-

dicillorum,ex quo hodie fiunt nuncupatiua,in quibus Notarius & testes habent notitiam omniũ contentorũ in eis,& post mortem omnia manifestari solent. Vnde ex his etiam quę cõmuniter fiunt scientia præsumit̃,ut tradit Paul.de Cast.in consil.x. clarũ est in iure. & tanto magis post aditam hæreditatem, secundum Bald.& ibi etiam tradunt moder. in l. eius qui.ff. si cert.pet.Deci.consil.cclxxxvij.&ccciij.

4 Imò etiã ad hoc sufficeret fama quæ fuisset in loco,quòd talia bona debuissent remanere in familia: ex hoc enim inducitur scientia fideicõmissi. Soci. in consil. xlix. col.fin.in i.uol. Illa etiam conclusio,quòd ubi potuisset detrahi Trebellianica, tamẽ extincta fuisset per imputationem fructuum perceptorũ,qui in hanc imputantur contra hæredem extraneum grauatũ, non inficiatur ex aduerso in iure, sed negatur perceptio fructuũ saltẽ de qua constet. Sed est cauillosa responsio. Nam constat inter cætera bona hæreditatis testatoris remansisse bubulcas terræ xliiij. ut in calce præcepti & per testes: ex quo,ut deponũt testes,potuisset Iacobus hęres percipere ad rationem librarũ quatuor pro singula bubulca, si illam locasset, attenta bonitate terræ. Constat etiã quòd ex conuentione facta cum uxore Augustini de anno 1527. citra, possedit ipse Iacob. illam terram, soluendo dictæ uxori donec uixit (quod fecit usq; ad annum 1534. secundum conuentionẽ Iacobi) singulo anno libras centum, abinde citra in totum possidendo:& si calculetur ualor ipsius terræ ad ratam redditus, iuxta tradita in l. precia rerum. ff. ad l.falcid. tota ista proprietas ualeret ad xx. libras,pro pertica in totum libras 2350. Et redditus perceptibiles ex ea ad rationem librarũ quatuor pro bubulca, in undecim annis quibus possedit ipse Iacob. ab anno 1527. & etiam demptis libris centum singulo anno pro tempore uitæ d. uxoris, ascendere reperiũtur ad libras 920. & sic fructus perceptos ascendere nedum ad unam quartam ualoris proprietatis, ad quã ascendit Trebellianica, sed longè ultra. Ideo patet absorpta Trebellianica per imputationem fructuũ perceptorum ab hoc hęrede, iuxta conclusionem per me traditam. Quòd autem dicantur soluta esse legata per hæredem, & debita hæreditaria, dictum est & replicatur non esse probatũ. Imò pro legato Coqui potest apparere solutum de bonis testatoris ex certis bubulcis de petia, de qua in actis, quæ ideo remansit diminuta. De legato Veronicæ, Iacobus tenebat̃ ad illud ex diuisionibus inter fratres:& ubi secundo soluisset de rebus hæreditatis uel suis, in causa & culpa fuisset ipse, qui minus cautè dotẽ soluisset filiofa. marito dictæ Veronicæ, quæ ideo propter inopiã filijfamiliâs mariti, cui nõ superfuerunt bona parentũ, redijt ad ipsum Iacobum.

Super debito chirographi miror quòd ita allegetur, quoniam fuisset solutum de annona hæreditaria data ipsi Iacobo per uxorem testatoris usufructuariæ, ad hoc propriè debitum, quod erat ex causa ficti soluendi:& ita ipse Iacob. habuit propter hoc staria 500. frumenti, ut patet ex quodam eius chirographo etiã per eum confessato in actis aliàs inter eum & dictã usufructuariam, in responsione ad positionẽ cum respondit, quòd credit prout in ipso scriptulo seu chirographo, & nihilominus ut aliàs dixi, non est probata ista solutio: non enim ipsum chirographum de se probat aliquid sine testibus uel recognitione. Et ad dicta super hoc chirographo, quòd probet saltem ad deferendum iura- 5
mentum suppletiuũ, etiam ex dicto testis qui dixit uidisse solui, sed nõ recordatur de certa quantitate, iuxta tradita in l. admonendi. ff. de iureiur. ne conteram tempus, non insisto: quia si uideantur ibi communiter Doct. totum contrariũ concludunt. Et de comparatione non est hic tractandum, quia nulla est facta comparatio literarũ. Et illa conclusio, quòd ad dictũ testis deponentis de numeratione facta, licet nõ recordet̃ de certa quantitate, possit deferri iuramentũ, non habet locũ nisi quãdo essent duo testes de numeratione, quorum alter non recordaret̃ de certa quantitate. Imò etiã concurrũt aliæ coniecturæ, ut tradit Bart. in d. l. admonendi. col. ix. uers. si quid testis deficiat. Non obstat circa melioramenta quòd saltem debeatur ęstimatio, quia ut est dictum, est in electione domini soluere uel tolli facere. Et negari nõ potest superfluitas ædificij,

nec quòd non fuisset facturus iste Ioan. Baptista dominus fundi, quia pauper est, nihil habens præter ista bona quæ expectat. & sic Paul. de Castro in allegato consil. facit pro eo, ad fin. Nec etiam obstat quòd Ioan. Baptista dixit se hæredem Iacobi, & non confecit inuentariũ: quia falsum est quòd simpliciter dixerit, sed cum beneficio inuentarij, & non aliter, & non animo cõfundendi actionẽ: & adhuc est
6 intra tempora inuentarij conficiendi etiã de iure cõmuni, quod est trium mensiũ à die aditæ hæreditatis, etiam si adiuisset, ut pręsupponitur, sub die 27. Maij prędicti: & in his non insisto, ut non releuantibus. Pariterq; missa facio uerba quo ad dotem & bona quæsita, quia nõ detrectamus restitutionem bonorum fideicõmissi, sed ut uxor non habeat usumfructũ de cæteris bonis Iacobi mariti, etiam excedentibus summã dotis. Et quia dos uxoris Iacobi nullo casu potest deberi de bonis Augustini, ut aliàs dixi, & est euangeliũ, propterea neganda nõ est sententia pro integra restitutione bonorum fideicõmissi Augustini, ad fauorem Ioan. Baptistæ hæredis fideicõmissarij, quia sic dictat iustitia.

Franciscus Maruphus.

Trebellianica non censetur prohibita per hæc uerba, restituas totam hæreditatem.

2 *Verba illa, restituas integram, uel omnem hæreditatem, an impediant Trebellianicæ detractionem.*

3 *Trebellianica in liberis primi gradus an possit prohiberi*

4 *Testator quando uerba sunt dubia, non uidetur uoluisse prohibere detractionem Trebellianicæ.*

5 *Iudex in dubijs habet potestatem inclinandi in eam partem in quam conscientia sua magis inclinat.*

6 *Prohibitio alienationis est odiosa, & ad alias personas quàm expressas non extenditur.*

7 *Prohibitio alienationis bonorum tacita non impedit detractionem Trebellianicæ.*

8 *Hæres præsumitur ignorare codicillos, secus testamentũ*

9 *Hæres quando debeat approbasse testamentum, ut non possit detrahere Trebellianicam.*

10 *Hæres soluens debita, ea computare potest in fructus, ne extenuent Trebellianicam.*

11 *Testes de auditu quando probent.*

12 *Chirographum quomodo probet.*

13 *Melioramenta quomodo sint deducenda de bonis subiectis fideicommisso.*

Consil. LXVII.

DE EADEM MATERIA.

DEO opt. max. autore. Persisto adhuc in mea prima opinione, quòd Blanca debeat habere usumfructũ quartæ Trebell. quã potuit detrahere Iacobus, ut latius dixi in primis allegationibus iuxta not. in l. quanq;. C. ad l. falcid. Nec obstat quòd dicatẽ prohibita d. Trebell. per dictionẽ, totam, positã in testamento, ut uidetẽ cõmunis opinio Dd. quia dico cõmunem opinionẽ esse in cõtrarium, ut infra ostendã. Nam quòd uideatur prohibita per illã dictionẽ, totã, tenuit Alex. consil. v. col. fi. iij. uol. & consil. cxli. in fi. ij. uol. & cxxxiij. v. uol. & Angel. consil. cxxv. hoc testamentũ. Idem Alex. cons. cci. vi. uol. Aret. cons. xij. col. pen. & Alex. attestatẽ de cõmuni opinione. Eandẽ opinionẽ dicit cõmunẽ Cors. in tract. Trebell. col. iiij. ubi allegat quædã consil. Bart. licet in casu Corseti fiat maxima uis in prohibitione alienationis. Contrariũ, quòd nõ censeatẽ prohibita, tenuit Ang. sibi contrarius in Auth. liij. cum testator. C. ad l. falcid. & in Auth. de hæred. & falcid. §. si uerò. & in l. ij. §. ad filiorũ. C. quando & quibus quarta pars. Roma. consil. lxxv. incip. nescio. & cons. lxxix. incip. totum. Roma. in Auth. similiter, ad l. falcid. Aret. Instit. de l. falcid. in prin. Soci. cons. xiiij. col. fin. & consil. xxx. col. pen. Oldr. cons. cxij. Idem Roma. cons. ccxxxix. qui dicit cõmunem, & bis obtinuisse in ciuitate Florentiæ. Capra consil. incip. quædã d. Lucia. & consil. lxxxiij. Paul. in Auth. liij. cum testator. C. ad l. falcid. & consil. lxxvij. uisa facti. uol. ij. in nouiss. qui dicit ita uidisse consultũ per plures ualentes uiros Florentiæ. Corn. consil. ccvij. ij. uol. qui dicit Capram ita cõsuluisse, & plures se subscripsisse. Et licet postea infra dicat, per uerba, totam uel integrã, magis uideri prohibitã Trebell. q; per uerba, omnis,
non tamen firmat, & discedit ab opinione Paul. de Castr. & Capræ: & ex ijs apparet hanc esse cõmunẽ, quam etiã pro cõmuni absoluta posuit Deci. suo consil. ccccxcv. ideo nõ curauit plures referre, tanquã ista cõmunis esset per se nota. Nec est uerum quòd ibi dicat hanc partẽ nõ esse tutam: sed dicit, posito quòd censeretẽ prohibita, tamẽ quòd hoc non est tutum fundamentum

3 tum in casu suo, ex quo erat in liberis primi gradus. Ab hac igitur cōmuni nō est in iudicando & cōsulendo recedendum, iuribus uulg. Præterea & hoc sit dictū ex abundanti, posito quòd in hac quæst. essent pares autoritates, certè res redderet
4 dubia, & in dubio iudicandū est non censeri prohibitā Trebell. Primo, quoniā in dubio testator præsumitur minus grauare hæredem ꝙ sit possibile. l. unum ex familia. §. si rem tuam. cum simil. ff. de lega. ij. ergo nō uidet̃ prohibita detractio quartæ. Secundo, quia in dubio testator censetur se conformare cum dispositione iuris communis. l. si duo. & ibi gl. ff. de acquir. hæredit. Alex. & alij in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell. Sed de iure communi hęres grauatus detrahit quartam, iuribus
5 uulgarib. Tertio, quia quādo penitus essemus in dubio, esset in potestate iudicis eam amplecti partē, in quam sua cōscientia magis inclinat. Soci. cōsil. cl. Deci. consil. clxxvi. col. pen. Conscientia uerò non dictat quòd per simplicem dictionem, totam, dicatur prohibita Trebell. cū soleat talis dictio plerunq; poni à Notario ex cōsuetudine, nec testator sciat quid tale uerbum referat. Nam quādo mens testatoris ita est, solet alijs uerbis magis claris eius uoluntas haberi. Nec adminiculatur parti contrarię prohibitio alienationis, ut statim dicā. Non obstat quod dicitur de prohibitione alienationis, quoniam est facta tantū Ioan. Baptistæ, ut apparet ex inspectione codicillorū: & cum prohibitio sit
6 odiosa, ad alias personas non extenditur. Bart. in l. filiusfam. §. diui. ff. de lega. i. Deci. cōsil. ccxviij. col. iij. Nec dicatur etiam esse factā Iacobo, dum testator excipit casum inopiæ & necessitatis, ergo alijs casibus censetur prohibuisse, arg. l. cum prætor. ff. de iudicijs. & notatorum per Deci. in l. i. ff. de reg. iur. Vtiq; hoc fateor: sed illa exceptio alio modo est declaranda, scilicet cum testator Augustinus grauasset Iacobum fideicōmisso, bona subiecta fideicommisso non possunt alienari. l. ij. §. sed quia. C. cōmunia de legat. Voluit autem testator grauatū in aliquibus casibus posse alienare, & sic sumus in prohibitione ta
7 cita, in qua non habet locum Auth. sed in ea. C. ad l. falcid. ut aliàs dixi. Et quod subijcitur in dictis codicillis, bona remanere in familia, id ponitur in casum in quo Baptista alienaret, ut ibi expresse habetur. Nō obstat quod dicit̃ de approbatione testamēti &c. quia dico quòd Iacobus igno 8
rauit codicillos, ut latius dixi in primis allegationibus, ideo nō potuit approbasse. Nec obstat cōsil. Decij & Pauli, qui uidētur uelle quòd ideo præsumatur scientia, quoniā loquuntur quando concurrit aliqua coniectura, ut latius per Deci. d. consil. cclxxxvij. & cccij. Pręterea loquuntur in testamento, quod pertinet ipsi hæredi, non in codicillis qui spectāt fideicōmissario. & differentiā inter testamentū & codicillos constituūt Dd. in d. l. eius. ff. si cert. pet. & l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obli. & utrobiq; Bart. Rursus, quod magis est, sunt codicilli cōfecti in loco alio ꝙ Curtis maioris, unde propter distantiā loci est probabilis ignorātia etiam eorum quæ publica sunt in loco. c. fin. qui testa. accusa. poss. Bart. in l. is potest. col. v. ff. de acquir. hæredit. Bald. in l. planè. ff. de excus. tuto. Deci. in l. eius. col. ij. ff. si certū pet. Demum non est uerum quòd appro 9
batio simplex testamenti per aditionē impediat detractionē Trebell. ut per Deci. d. consil. ccxxxvi. col. iij. & Signorolus cū cæteris loquitur quādo hæres expresse approbauit testamentū in totum, puta quia iurauit seruare testamentū integraliter, ut latius per dictū Signorolū: aliàs sequeretur quòd quilibet grauatus adiens hæreditatem non detraheret quartā, quod absurdū est. Non obstat quòd Iacobus non fecerit inuentariū, quoniā ignorabat fideicōmissum, ut s̄ probatū est. Nō obstat ultimo quòd fructus ueniant in quartā cōputandi, quonā uiuēte d. Helisabeth de hoc non est tractandum, ut aliàs dixi: & addo, quòd licet fuissent maiores fructus ꝙ id quod soluebat Iacob. tamē nō uenirēt cōputādi, quia Iacob. eos percepisset ex liberalitate ipsius Helisabeth, nō ex iudicio defuncti: neq; tanq̃ ex hęreditate Augustini testatoris, sed tanq̃ ex bonis in quib. Helisabeth habebat usumfructū. Nam pone quòd d. Helisabeth uoluisset renunciare usufructui, certè Iacob. fructus propterea perceptos nō cōputaret, quia eos haberet ex quadam donatione in eū collata per d.

Helisabeth. Tractandum est igitur de fructibus perceptis post mortem d. Helisabeth, id est, de fructibus perceptis ab anno 1534. usq; ad 1538. qui possunt ascendere etiam secundum computationẽ aduersariorum ad libras 176. Sed multa in oppositum adducuntur quæ extenuãt dictam summã, etiam quòd esset multò maior; & in primis possessiones emptæ à Io. Baptista de Malnepotibus, à Io. de Pelegrino, de quibus fuit plenè probatum per testes productos pro Blanca, quòd includantur in xliiij. bubulcis terrarum, de quibus in fine præcepti. Itẽ libræ quinq; centum solutæ pro legato facto Ludouicę ab
10 Augustino testatore, quod uenit cõpensandum cum fructibus, ut per Bart. in d. l. in fideicommiss. ff. ad Trebell. & de ipsa solutione plenè probatum fuit, cum de ea deponat præcise sextus testis ipsius Blancæ, & primus testis deponat se fuisse præsentem parti solutionis, & deponit etiã se audiuisse pluries ab Alexãdro & Iacobo tales libras solutas fuisse: & licet testis de
11 auditu non probet, tamen cõcurrentibus aliis de quibus hic, scilicet semiplena probatio alterius testis, utique probabit, cum etiam fuerit prædictus testis præsens parti solutionis, ut in terminis cõcludit Paul. consil. xvij. in causa quæ uertitur. col. vi. in antiquis. Prẹterea licet dictum testis de auditu non probet, facit tamen præsumptionem, ita quòd transfundit probationem in aduersariũ. Roma. singul. incip. uersic. testimo. de auditu. & in l. si uerò. §. de uiro. col. fin. ff. solut. matrimo. qui allegat Archidiac. xxvij. q. v. hoc uidet. & hoc potissimè procedit in hoc casu, ubi adest alius testis deponẽs pręcise de tali solutione. Donec igitur cõtrariũ probatũ fuerit, intentio nostra est fundata de tali solutione: & miror quòd de tali solutione nõ cõstet publicũ instrumentũ, ad quod aduertatur si extat. Accedunt etiã aliæ possessiones datæ in solutũ usq; de anno 1525. Hieronymo filio Bernardini Coqui, quæ diminuũt dictas bubulcas terræ, de quibus in fine præcepti. Item extenuant seu tollũt fructus perceptos pecuniæ solutæ pro anniuersariis à morte Augustini usq; ad mortem Iacobi, ut plenè probatũ est, quæ quotannis ascẽdunt ad libras uiginti tres, ut confessa est pars aduersa respondendo xiiij. positioni, & probatum est per testes. Item & pecuniæ solutæ pro oneribus & taleis, ut probatur ex libris cõmunis Curtis maioris. Possunt & alia cõsiderari quę computanda uenirent, sed hæc sufficiant ad abundantiam. Cum enim fructus ueniant tantũ post mortem d. Helisabeth, quæ, ut dixi, ascendunt ad summam librarum 176. certè diminuendo dictas bubulcas 44. partim ex possessionibus acquisitis per Iacobũ, partim ex possessionibus solutis pro legato Coqui, item computando pecunias de quibus suprà, euanescunt dicti fructus, etiamsi multò ampliores essent, iuxta not. per Bart. & alios in d. l. in fideicommiss. ff. ad Trebell. Et ex iis integra manet quarta Trebell. quæ apud Baptistam est iure hęreditario, & in ea potuit grauari in usufructu. Circa chirogra- 12
phum Passeris resideo in iis quæ aliàs dixi. Nec obstat quòd Bart. in l. admonẽdi. colu. ix. uersic. si quid testis. dicat requiri etiam duos testes de numeratione, quia nõ nego dictum Bart. sed ampliatur per dictum Raynerij de Forliuio, ut in locis per me allegatis, ut etiam sine tali probatione procedat. Quo ad melioramenta ueniunt omnino computanda, ut latè probaui in prioribus allegationibus, quibus addere potes Aret. in §. certè. Instit. de rerum diuis. colum. ij. & est ipsa ueritas. Et quo ad ædificia possunt computari etiam 13
inter impẽsas necessarias, cum sine eis nõ possent commodè laborari, & uix repertus fuisset colonus, ut deponunt testes, ut per Paul. dicto consil. allegato prope fin. Sed etiam quòd omnes impensę essent utiles, deducuntur per bonę fidei possessorem. Nec obstat quòd Baptista sit pauper, quoniam hoc nihil facit, quia non habet erogare aliquid de suo, nec carebit domo & laribus paternis, ut dicit text. in l. in fundo. ff. de rei uendic. sed tantum patietur dictã Blancam utifrui pro uita sua. Præterea nõ potest dici pauper ex quo habebit bona & Iacobi & August. & in pręsentia nihil abfuturũ sit ei, nec aliquid refundendum. Ex suprà dictis concluditur Blancam habiturã usumfructũ in quarta Trebell. & in melioramentis factis per Iacobum, quæ ascẽdunt ad summam librarum

rum

rum mille, ut testes omnes deponunt. A-
lijs tamē rationibus apertè demonstraui
usumfructum deberi in omnibus bonis
subiectis fideicommisso, suprà consil. ix.
Bellonus. Placentiæ.

1 *Hæredi quādo incipiat currere tēpus cōficiēdi inuētarij*
2 *Sciētia præsumitur in loco ubi est publica uox & fama.*
3 *Hæres non conficiens inuentarium quando potuit, dicitur esse in dolo.*
4 *Inuentariū debet inchoari ab hærede intra triginta dies.*
5 *Princeps non potest rescribere cōtra ius quæsitū tertio.*
6 *Inuentarij confectio facit ne hæres teneatur ultra uires hæreditarias, & quòd possit detrahere falcidiam.*

Consil. LXVIII.

DE EADEM MATERIA.

DEO opt. max. autore. Vltra
suprà dicta insurgit denuò
alia dubitatio. Quoniā Ba-
ptista uidēs lapsum tempus
conficiendi inuentariū, sup-
plicauit principi: qui princeps restaura-
uit ipsi quoddam tempus ad inuētarium
conficiendum, ut latius cōtinetur in sup-
plicatione mihi transmissa. Vnde nunc
dubitat̄, an talis concessio sit iuridica. Cir
ca istud aduertēdum est, quòd licet com-
1 munis opinio sit quòd tempus conficien-
di inuentarium incipiat currere ab adita
hæreditate, ut per Bart. in l. fin. §. cum igi
tur. C. de iure delib. tamē istud limitatur
per Bart. ibi, nisi dolus, culpa, uel malitia
imputari possit hæredi, quia tunc incipit
à die scientiæ delatæ hæreditatis. & hæc li
mitatio communiter tenetur, ut per Dd.
ibi, & eam dicit communem Roma. con-
sil. lxxxiiij. circa id. & Deci. post multos
relatos consil. dcxxxiij. Cum igitur Iaco-
bus mortuus sit de mense Aprilis, & eius
mortis præsumatur habere notitiam Ba-
ptista, quia fuit præsens testamēto eodem
mense confecto, etiam quia coniunctus,
2 etiam quia erat in loco Curtis maioris pu
blica uox & fama, iuxta doctrinam Bart.
in l. is post. ff. de acquiren. hæred. col. iiij.
uersic. expediti. ut probat̄ ex actis, ab eo
tempore curret sibi tēpus: & dicitur fuis-
3 se in dolo, ex quo pluries potuit conficere
inuentarium, & non fecit, ut in simili di-
cit Bart. de tutore non conficiente inuen-
tarium, in l. tutor qui repertorium, col. i.
uersic. quæro quandò. ff. de admi. tut. se-
quitur Bart. cōsil. lx. illud. iij. uol. in prin.
Computādo itaq; ab eo tempore, scilicet
mensis Aprilis, dubitandum non est tem
pus elapsum esse. Sed rursus computan-
do à tēpore hereditatis aditę, adhuc idem
dicendum est: quoniam adita fuit hære-
ditas die xxvij. Maij, ut aliàs dictū est, &
intra triginta dies debet inchoari inuenta 4
riū pro forma: nec sufficeret post illud tē-
pus inchoari, licet perficeretur intra lx.
dies, ut uoluit Alberi. in d. l. fin. C. de iur.
delib. §. si autem dubius. & Angel. in §. si
uerò postq̄. cōtra Bart. ibi. & est commu
nis opinio, saltem re integra, ut per Alex.
in d. §. si uerò postq̄. & sequitur Deci. cō-
sil. dcxxxiij. col. iij. & præteriti sunt iterū
atq; iterum xxx. dies. Ex ijs infero decre-
tationē illustriss. principis nihil prodes-
se Baptistæ, quoniā restaurat sibi tempus
à die à quo recessit magnificus prætor,
qui est xij. dies Augusti. Sed certè eo tem
pore, & etiam ante, erat exclusus D. Ba-
ptista à beneficio conficiendi inuentariū,
unde non currebat sibi aliquod tempus.
nec intentio principis est sibi concedere
tempus ad conficiendum inuentarium,
sed prouidere ne tempus labatur propter
absentiā prætoris: licet etiam si uellet, nō
posset rescribere post ius acquisitū tertio, 5
iuxta tradita per Bart. & alios in l. fin. C.
si contra ius uel util. publicam. Panor. Fe
li. & Canonist. in c. quę in ecclesiarū. extr.
de constit. super quo nō insisto, quia non
fuit mens principis tempus de nouo con
cedere, sed prouidere ne laberet̄, ut suprà
dixi, cum tamē iam esset elapsum. Postre-
mo, posito & non concesso quòd durent
adhuc tempora conficiendi inuētarium,
etiā quod confectū fuerit, hoc nihil nocet
Blancæ: siquidē inuentariū est huius effe
ctus, ut hęres nō teneat̄ ultra uires hære- 6
ditarias. d. l. fi. §. et si pręfatā. ubi Dd. & de
hoc nō tractamus, quia Blanca nō uenit
tanq̄ creditrix. Itē operat̄ ut hæres possit
detrahere falcidiā, si est grauatus ultra do
drantē. Auth. liij. cum testator. C. ad l. fal
cid. cū materia. Verū quid facit hoc ad iu
ra Blancę, quę solum uult usufructuare?
Et ideo nō uidet̄ curandū de hoc inuēta-
rio, cū etiā hęreditas non sit grauata ultra
dodrantē. Bellonus. Placentiæ.

1 *Aequiparatio facta à lege antiqua per uiam regulæ, operatur quòd dispositum in uno, censetur dispositum in alio.*
2 *Sodomita non potest facere testamentum.*
3 *Edictum de testamẽtis est prohibitorium: id est, cuilibet permittitur testari, nisi reperiatur prohibitus.*
4 *Infamis non prohibetur testari.*
5 *Blasphemator quando quis dicatur ut poßit puniri.*
6 *Consuetudo etiam mala facit ut quis mitius puniatur.*
7 *Testamentũ in quo quis blasphemauit, an reddatur nullũ*
8 *Delictum incidens in testamento illud non uitiat.*
9 *Testator in dubio præsumitur sanæ mentis.*
10 *Notarius si scribat aliquid factum tempore instrumenti de quo non esset rogatus, instrumentum non faceret (fidem.*
11 *Iracundia quando uitiat actum.*
12 *Testator si adijciat uerba insolita in testamento, præsumitur non fuisse sanæ mentis.*
13 *Præsumptio quæ colligitur quòd testator non fuerit sanæ mentis, potest excludi per alias coniecturas resultantes in contrarium ex testamento.*

Consil. LXIX.

DEO opt. max. autore. Circa testamentum probatum per testes de quo agit̃, paucis rem perstringendo pro temporis breuitate cum res proxime decidenda sit, uidendum est de duobus, sequendo ordinem Iurisconsulti in l. si quæramus. ff. de testamentis. Primò, an testamentum sit nullum defectu personæ testantis, quia intestabilis. Secundò, posito quòd potuerit facere testamentum, an illud annulletur propter turpitudinem blasphemiæ in eo contentæ. Quo ad primum, omittendo generalia & deducẽdo in medium quæ tangunt punctum, uidetur quòd hic testator non potuerit facere testamentum, cum appareat ex actis ipsis eum esse publicum & manifestum blasphematorem: & licet hoc non reperiatur expresse decisum à iure, tamẽ æquiparãtur sodomita & blasphemator per legem antiquam, ut in Authen. ut nõ luxurientur contra naturam. ubi Imperator unica determinatione statuit pœnã utriq; generi personarum: tunc succedit
1 communis resolutio Doct. quòd quoties duo casus sunt æquiparati à lege antiqua per uiam regulæ, dispositum in uno censetur dispositum in alio, etiam in materia odiosa, correctoria, & pœnali. gl. in l. si quis seruo. C. de furtis. ubi Bar. & gl. in c. de mulcta. ubi Abbas. de præbend. Soci. in l. ij. ff. de lega. i. Deci. in l. factũ. §. in pœnalibus. in v. fallent. ff. de regul. iur. Sed
peccans contra naturam efficitur intesta- 2
bilis ipso iure, etiam quòd nõ sit sequuta sententia condemnatoria, ut latè probat Anastasius Prœtus Mediolanensis inter consilia Barbat. consil. ult. primo uol. sequitur Deci. in l. i. col. iij. C. de secũdis nuptijs. Igitur eodem modo uirtute æquiparationis erit intestabilis blasphemator. Secundò, negare non possumus quin hic talis sit infamis: sed infamis prohibetur testari. Bart. & Dd. in l. qui manus. ff. de testam. & gl. in l. Imperator. in uerb. distinctio. ff. de postulando. Anastas. d. consil. fi. col. iij. uersic. septimo probatur. His rationibus non obstantibus, teneo hunc testatorem non fuisse intestabilem unica
tantum ratione: quia edictũ de testamen- 3
tis est prohibitoriũ, id est, cuilibet est permissum facere testamentum, nisi reperiatur expresse prohibitus. gl. in l. si quæramus. ff. de testam. & ibi Bart. & Dd. Specul. in tit. de instru. editione. §. cõpendio-
se. etiã quòd quis sit infamis: nam talis si- 4
ue sit infamis ipso facto, siue per sententiam, nõ prohibet̃ testari, ut per Bart. in l. is cui. §. fin. ff. de testam. Alberi. in rub. C. qui testamenta facere possunt. uersic. sed nunquid infamis. & notat Bald. & Salic. in d. l. i. per illũ tex. C. de secũdis nuptijs. ubi Deci. vij. notab. Inde est quòd etiam excõmunicatus, qui ab ecclesia est remotus & bannitus, nihilominus tamẽ potest facere testamentum. Bart. in d. l. si quæramus. ff. de testam. in fi. ubi Bald. Io. And. & alij in c. decernimus. de senten. excõm. in vi. Feder. de Senis consil. lxxiiij. incip. uetus querela. qui mouetur per gl. in d. l. si quæramus. & plurib. alijs rationibus casui nostro multũ quadrãtibus, ad quẽ me remitto. & Soci. fallen. cxxxiij. Non obstat modò æquiparatio facta per d. Auth. ut non luxurientur contra naturam. quia respõdeo multipliciter. Primò, eam procedere in eo qui est cõsuetus blasphemare, ut per Cynum, Bald. Salic. in l. ij. C. de rebus cred. qui propterea dicũt, quòd li-
cet appareat quem blasphemasse, si tamẽ 5
non constat eum de hoc habuisse consuetudi-

tudinē,non poteſt puniri per illud Auth. quinimò ſecundum eos binus &trinus actus,qui aliàs ſolet inducere cōſuetudinē non tamē induceret in caſu iſto,ſed requirerentur multò plures actus. Sequit̃ Angel.in tract. malefic.in uerſic. uerba iniurioſa. & idem Angel.in §.item ſi quis poſtulante.Inſtit.de act.ubi Iaſ.col.xiiij.uerſic.ego tamen in hoc puncto.& idem Iaſ. in l.iij.§.iurari.col.iij.& iiij.ff.de iureiur. Licet itaq; blaſphemans eſſet inteſtabilis, quod negat̃,procederet in eo qui ex conſuetudine hoc facit:ſed nō fuit probatum hunc teſtatorem conſuetum eſſe blaſphemare, igitur unicus actus blaſphemandi non faciet ipſum incidere in pœnã d.Authen.ut non luxurientur cōtra naturam. neque inteſtabilem. Secūdo dico dictam æquiparationem non procedere propter quotidianam conſuetudinē blaſpheman
6 di,quæ licet ſit mala,facit tamē ut quis mitius puniat̃ quàm diſponat d.Authen.ita in terminis noſtris Iaſ.in d.§.iurari.col. iiij.qui poſt Bal.conſil.ſuo incip.an dicat̃ maledicus.aliquib.medijs confirmat. Et propter hanc cōſuetudinē factū eſt ut ſit receſſum à pœna capitis in blaſphemia ubiq;,quia paſsim alia pœna ſtatuit̃, ut per Bal.in d.l.ij.C.de rebus cred.ut uidemus etiã fieri de iure canonico,quo immutata eſt pœna blaſphemãti. c.ſtatuimus.extra de clerico percuſſore. Et uideri poteſt in hac patria, ubi per ordinationes Cæſaris imponitur pœna pecuniaria. Et ratio eſt, quia ſi blaſphematores deberēt decapitari,pauci ſupereſſent qui poſſent blaſpemare. Hęc ergo tolerãtia & cōſuetudo facit quòd crimē nō eſt tam magnū & deteſtabile:& uidemus quòd per conſuetudinem quantū ad blaſphemiã eſt abrogatū illud Auth.ut nō luxurient̃ cōtra naturã. ex quo apparet ceſſare dicta per Anaſtaſ. in d.ſuo cōſil. fi.quia ipſe loquit̃ in crimine ſodomiæ multū deteſtabili, cuius pœna eſt adhuc in uſu,unde termini nō ſunt pares. Nō obſtat ſecūdo quòd ſit infamis, quia reſpondet̃ infamē nō prohiberi facere teſtamentū, ut ſ̄ dixi: niſi eſſet infamis ex tali crimine quod ipſum redderet inteſtabilem,puta ex crimine ſodomię. Deci. in d.l.i.C.de ſecun. nupt. uel in excōmunicato quia hæreticus. Socinus d. regula cxxxiij. prima fallen. aliàs ſimpliciter infamis & excōmunicatus nō prohibent̃ facere teſtamentū. Et hæc ſatis ſint quo ad primū punctū. Quo ad ſecundū,an poſito quòd potuerit teſtari, nunquid teſta- 7
mentū reddat̃ nullū propter turpitudinē blaſphemię quæ inſerta eſt in teſtamento, uel alia ratione,uidetur dicendū quòd ſic. Primo,quia hoc ſecūdū teſtamentū factū ad reuocationē primi, fuit calore iracundiæ fabricatū,cum eſſet iratus contra unū ex hæredib.inſtitutis in primo teſtamento:ſed quod calore iracundiæ fit uel dicitur,nō tenet.l.quicquid calore. ff. de reg. iur.& ij. quæſt. iij.in c.ſi quis iratus.Inde eſt quòd confeſſio facta per iracundiã poteſt reuocari. Panor. in c. cum uenerabilis,in gl.ij.de except. Feli.in c.ſicut ex literis.extr.de iureiuran. Et ſimiliter acceptatio ſecundi beneficij facta per iracundiã, non nocet.Panor.in d.c. de multa. col.v. extra de præbend.& latius tradit Deci.in d. l. quicquid calore. Secundo,cum protulerit uerba tam nephanda, inhumana, & contra religionē,præſumitur quòd nō eſſet ſanæ mentis quando confecit hoc ultimum teſtamentū, ideo teſtamentū non tenet,ut eſt caſus in l.quidam in ſuo.ff.de cond. inſtitut. ubi inquit Iuriſconſultus, qui huiuſmodi uerba protulit, inſpiciendum eſt ne non cōpos mentis eſſet. Cum itaq; nō ſit probatum teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis,eſt ibi propria deciſio quæſtionis noſtræ. His non obſtantib.teneo intrepidè quòd hoc teſtamentū ualeat. Primo, quia licet hic teſtator deliquerit in teſtamento blaſphemando, tamē ſicut contractus poteſt fieri in teſtamento, l. hæredes palàm.§.fi.ubi Bar. ff.de teſtamentis. item ſicut in teſtamento poſſunt cōſtitui duo rei,l.eandē. in prin.ff. de duob. reis. item ſimiliter iniuria, l. iij.in prin.ff.de liber.& poſthu.& tamē nō uitiat̃ teſtamentum,ut dictis iurib. ita etiã delictū poteſt 8
incidere in teſtamentū & illud nō uitiat̃, ut notat Bal. Ang. & Iaſ.in v.notab.in d. l.iij.ff.de liber.& poſthu. Secūdo adduco doctr. Soci. in d.l.iij.col. ij. qui tradendo quomodo turpis demōſtratio uitiet diſpoſitionem,diſtinguit:aut remota turpi demōſtratione remanet perſona incerta cui relinquitur, & tunc diſpoſitio non ualet.

l.quoties.§.si quis nomen.ff.de hęred.in-
stit. Aut remota turpi demōstratione re-
manet persona certa cui relinquitur, ut in
casu nostro, & dispositio ualet.l.his uer-
bis.§.i.ff.de hæred.instit.quia turpis de-
monstratio tunc uitiatᷓ & non uitiat: nam
turpia apposita in testamēto reijciuntur,
& dispositio firma remanet.l.obtinuit.ff.
de cond.& demonst.Tertio retorqueo d.
l.quidam in suo.ubi probatur quòd testa
mentum ualet, licet sint apposita illa uer-
ba inhumana & contra religionem, ut ibi
etiam notat Bald.& Angel. modò osten-
datur testatorem fuisse sanæ mentis. Sed
infra clarissimè sum demōstraturus hunc
testatorem fuisse sanæ mentis cum condi
dit testamentū: igitur erit ibi casus, huius-
modi uerba nō annullare testamentum.
9 Quarto, in dubio testator præsumitur sa-
næ mentis.l.nec codicillos.C.de codicill.
c.fi.extra de success.ab intest.Bart.in l.fi-
lium.ff.de acquir.hæred.notat in termi-
nis Bal.in d.l.quidam in suo.Card.cons.
lvi.casus super quo.col.ij.qui dicit quòd
præsumitᷓ quilibet talis qualis naturaliter
esse debet. Nec obstat præsumptio quæ
resultat in contrariū ex blasphemia, quia
eam tollam respondendo ad d.l.quidam
in suo.dum fuit in contrariū allegata. Vl-
timo aduertendū est, quia frustra hic quæ
ritur an turpitudo incerta in testamento
illud uitiet: quoniā uerba blaspemię pro-
lata à testatore non sunt emissa in confe-
ctione testamenti, sed extra testamentū.
Nam considerandum est quòd testator
quando blasphemauit habebat uerba cū
patruo suo, sibi narrans quemadmodum
Claudius per eum institutus in primo te-
stamento uendiderat bona in quibus erat
institutus, & propterea quòd per carnē,
caput Dei &c. nolebat illum esse hæredē
&c. Postea cōuersus ad testes instituit Mi
chaëlem in solidū hæredē, reuocato prio-
re testamento. Cum itaq; loquebatᷓ cum
Michaële nondum faciebat, sed uolebat
facere testamentum. Illa igitur uerba nō
sunt pars testamenti: nam illa dicuntᷓ de
testamento seu instrumento, de quib.no-
10 tarius & testes rogantᷓ. Et ideo si notarius
aliquid scriberet quod esset factum tem-
pore instrumenti de quo non esset roga-
tus, instrumentum nō faceret fidem, nec
illud diceretᷓ de instrumento. Bar. in Au-
thent.si quis in aliquo.colum.ij.uers.re-
spon.debet scire.C.de eden.Panor.in c.i.
col.v.uers.sed circa hoc est fortè.de fide
instru.qui subdit, cauere debere notariū
ne aliquid scribat de his quæ uidit uel au-
diuit, nisi sit sibi iniunctum à partibus. &
idem uult in testamento Ias.in l.senium.
col.ij.C.qui testa.facere possunt. Corn.
consil.cliij.incip.licet in themate.col.iij.
uol.iij. Sed de ista blasphemia nullo mo-
do possunt dici testes rogati, cum tunc te-
stator uerba haberet cum patruo suo, &
non cum testibus: & præterea Notarius
seu testes non censentur rogati de circun
stantijs negocij quod celebratᷓ. Doct.in
l.si ex falsis.C.de transact.Corn.d.cons.
cliiij. Non obstant modò in contrarium
adducta, & primo quòd actus factus per 11
iracundiam non tenet: nam hoc procedit
in iracundia per quam quis est alienatus
à mente, ut per Panor.in c.i.notab.ij.de
his qui filios occid.& in c.dudum.de con
uers.cōiug.& probatio alienationis men
tis incumbit illi qui innititᷓ iracundiæ, ut
per Panor.ibi,& Deci.in d.l.quicquid ca
lore.in fi. Sed hic nō est probata talis alie-
natio: quinimò cum hæc iracundia pro-
cesserit ex iusta causa, ut infra ostendā, ex-
cusat blaspemantē ut mitius puniatur, ut
in specie uult Iason in l.si duo patroni.§.si
quis iurauerit.ff.de iureiuran. Præterea
quod calore iracundiæ factum est, tenet,
si is qui fecit illum actū, elapsa iracundia
& sedata perseuerat in eadem uoluntate.
d.l.quicquid calore. Sed hic testator per-
seuerauit semper in eadē opinione usque
ad ultimum uitæ spiritum, ergo cessat ra-
tio iracundiæ. Non obstat l.quidā in suo.
quę uidebatur facere aliquā coloratā diffi
cultatem, quoniam multipliciter respon-
deo. Primo, quòd illa blasphemia nō est
pars testamēti, ut proximè dixi. Secūdo,
quòd in d.l.quidam in suo.institutio erat
facta sub illa cōditione inhumana, unde
nil mirū si uitiatur: hic uerò institutio est
pura & simplex. Tertio est aduertendū,
esse maximam differentiā inter illa uerba
uel similia prolata à testatore in d.l.quidā
in suo.& blasphemiā: nam ibi dixerat te- 12
stator & mandauerat hæredi ut reliquias
eius in mare projciat, quæ uerba non
sunt lo

sunt solita proferri à testatoribus: ideo cũ insolita sint, arguit Iuriscõsultus ex eis capiendo suspicionẽ, ne fortasse testator nõ fuerit compos mentis. Et hoc est regulare in quacunq; materia, ut insolita arguant suspicionem. gl. in l. si quis sub conditio. & ibi notat Bar. Bald. & Ang. ff. de cond. instit. ut in institutione facta per uerba insolita tradit Decius consil. cccxcix. incip. conclusionẽ. col. iij. & de literis emanatis à curia contra solitum tenorem Butrig. & Panor. in c. quod super his. extra de fid. instru. & hanc cõmunem dicit Curt. iunior cõsil. clxxviij. habita diligenti. col. iij. quã pluribus similib. confirmat. Sed blasphemia nõ est insolita, imò ꝙuis in se sit mala res, quotidie in ore omniũ habetur, etiam eorum qui sunt sanæ mentis, ut experientia docet. Cum igitur ita soleant blasphemare homines sanæ mentis sicut alij, non uideo rationem quare sumatur suspicio alienationis mentis in eo qui blasphemauit: est enim bonum argumentũ à solitis. l. quòd si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edict. l. certi condictio. §. si nũmos. ubi Dd. ff. si cert. pet. facit §. final. Instit. de satisdat. ubi Bald. dicit argumentum ab actu quotidiano esse ualidum in iure. Quarto & ultimo respondeo, posito & non concesso quòd essent prolata talia uerba, ex quibus posset præsumi aliqua alienatio mentis, ut in d. l. quidam in suo. tunc istud procedit quando non apparet de causa, propter quam uerba fuerint prolata: ex quo enim non apparet de causa, lex dubitat ne fuerint prolata ex causa alienationis mentis: sed si cõstaret ex qua causa essent prolata, tũc illa causa attenditur, nec præsumit̃ alienatio mentis, ut uolunt omnes in d. l. quidam in suo. pręsertim Bart. Ang. & Bald. puta si aliqua iusta indignatione & dolore testator fuit motus ad huiusmodi uerborũ prolationem. Ideo Bar. ibi consulit notarijs, ut semper causam apponant. Sed in casu nostro constat ex dictis testiũ clarissimè de causa iusta quę mouit testatorẽ ad blasphemandum, scilicet, quia erat indignatus contra unum ex hæredibus institutis in primo testamẽto, qui eo uiuente alienauerat iam bona in quib. testator ipsum instituerat, quod est cõtra bonos mores ciuiles & naturales, ut quis anhelet ad hæreditatẽ uiuentis. Ideo dicit Imperator in l. fi. C. de pac. quòd in rebus alienis aliquid fieri uel pacisci secta temporum nostrorũ non patitur. Præterea illa præsumptio alienationis mentis potest 13
excludi per alias præsumptiones contrarias, quæ possunt colligi ex eodem testamento, ut per Bald. in d. l. quidam in suo. Sed ex testamẽto colligitur eum fuisse sanæ mentis, dum apponit causam quare reuocet primũ testamentũ: item dum rogat plures testes necessarios ad confectionem testamẽti: item dum illis dixit, quòd si testes semper uiuerent nõ essent necessarij notarij: item dum instituit alterum ex hæredib. institutis in primo testamento, & sic reuocat primũ testamentum solùm contra illum Claudiũ, contra quem erat iustè indignatus, quæ omnia fieri nequirent nisi ab eo qui esset compos mentis. Ex his luce clarius apparet pronũciandum esse pro secundo testamento.

Bellonus. Dolæ.

PRIMAE PARTIS CONSILIORVM D. NICOLAI BELLONI I. C. FINIS.

IN D. NICOAI BELLONI LIBRVM PRIMVM CONSILIORVM INDEX.

Prior numerus paginam, secundus eiusdem paginæ uersum, indicant.

Per

G

Gl. in

L

Priui-

V

Vicini-

INDICIS FINIS.

ERRATA.

Pag. 2. uers. 8. lege, alterius. 31.13. tentare. 65.42. Quinto hoc adduco. 74. uers. 7. & 8. pro uictum, repone, fictum. Ibid. uers. 9. fictualia.


PALMA ISING.

GABRIELIS PALAEOTI
BONON. IVRISCONS.

DE NOTHIS SPVRIISQVE FILIIS
LIBER
IN QVO OMNIA QVAE AD
HANC MATERIAM PERTINENT,
COPIOSISSIME TRACTANTVR.



BONONIAE.
Apud Anselmum Giaccarellum.
M. D. L.

A. BOCCHII.

IN MATERIAM SPVRIAM LEGITIMA TRACTATIONE GABRIELIS PALAEOTI IVR. CONSVLTI BONON. ILLVSTRATAM.

Si Notha materies ſtudiis tractarier olim

Legitimis potis eſt: iam potis ecce tibi.

Hanc nouus ab ſummo Gabriel demiſſus olympo,

Naturæ cæcis protulit è tenebris.

Ergo tanta illi debetur gratia, quanta

Iis qui aliquid poſſunt de nihilo efficere.

IVLIO III. PONT. MAX.

Gabriel Palæotus. S.

CVM, te nuper diuino numine nobis Principe dato, iam ſecunda omnia, & Chriſtianæ Reip. ſalutaria ab incredibili ſapientia, ac uitæ tuæ integritate iure cœpta ſint ſperari, haud mirum eſt certe, tã multos ad te ex longinquis etiam terris ſummo cum plauſu, & gratulatione, ad tam fauſtum Dei munus agnoſcendum, atq; uenerandum quotidie confluxiſſe. Ego quoq;, cum præclaro tuo familia noſtra patrocinio iampridem niteretur, decreueram omnino, tum communi quodã, et præcipue ciuium noſtrorum munere, tum priuato meo erga te obſeruantiæ iure, iſthuc ad ſanctiſſimos tuos pedes deoſculandos excurrere: ſed cum uererer, ne in tam frequenti præſertim ſalutatorum conuentu huiuſmodi officium uix appareret, curandum mihi putaui, ut alia ratione, meæ erga te fidei, atq; obſeruãtiæ euidentius teſtimonium darem. Quapropter collegi nõnulla ex commentatiunculis, uigiliiſq; meis, quæ nunc auguſtiſſimo nomini tuo conſecrarem, nõ eò quidem, quòd non intelligam, Maieſtati iſti tuæ multo maiora, & ampliora deberi, ſed quòd non patitur fortunæ meæ tenuitas, alio me aptiore officii genere ad uenerandos pedes tuos procumbere. Et ſanè cui nam potius, hæc

ex iuris ciuilis disciplina a me deprompta debebantur, quàm Principi illi, qui per hos scientiarum gradus, diuina quadam adiutus animi præstantia, ad summũ rerum humanarum fastigium ascendisset? Spero equidē ex eo maxime aliquid ponderis lucubrationibus hisce meis accessurum, quòd primi penè illarum fructus ad te primũ, quo nihil excelsius inter homines reperitur, deinde abs te ad cæterorum manus debeant peruenire. Quod si eadem tibi non nihil probari intellexero, aut saltem meam hanc erga te studii, & pietatis testificationem non ingratam esse, tum uero cumulate me ex illis præmium retulisse prorsus existimabo. Vale. Bononia. Kal. Octobr. M. D. L.

ALEXANDRO FARNE SIO CARDINALI AMPLISS.

GABRIEL PALAEOTVS. S.

QVO ſtudio,atq; obſeruantia Iulium iij. Pontificem Max.proſequaris,qua ille rurſus te beneuolētia,& paterna planè charitate complectatur, facile inde omnes intelligunt,quòd preſtātisſimo auo tuo Paulo iij.in cœlum reuocato, in huius nunc ſingulari erga te uoluntate, perinde ac ipſius in te aui amore conquieſcas. Qua de re ego qui ueterem meam in te fidem,& ſtudium aliqua grati animi ſignificatione tibi declarandi ſemper fui cupidisſimus, cum nunc quædam ex legum.diſciplina collecta emittere ſtatuiſſem, uolui hæc in eiuſdem Iulij iij.Pont. nomine apparere: ſperaui ſiquidem, meum hoc officium utriq; ueſtrum hac ratione iucundius futurum: Tibi,quòd hæc tui amantisſimo Principi à me,qui totus in ære tuo ſum,dicata uideas; illi, quòd hos ueteris tui clientis labores, tuis auſpiciis lucubratos, nunc tuo ueluti nomine ſibi conſecratos agnoſcat. Sed utinam,ſicuti meum hoc conſilium tibi pro incredibili humanitate tua probatum iri confido,ſic res ipſa tāti uiri Maieſtatem, conſpectumq; adire non omnino eſſet indigna. Verum quemadmodum hi,qui aduerſum ſolem cupiunt intueri,uerēturq;,ne eius ſplendor oculorum aciem præſtringat, ſolent dioptra interiecta, tutius optati luminis contemplatione potiri, ſic ego ad tuam Patrone benignisſime amplitudinem,atq; authoritatem confugio,quæ meis hiſce uigilijs det ſpiritum,ac ad tam uenerandum numen faciliores aditus præbeat. Quid enim uerear, ſi diuinæ uirtutis tuæ his accedat præſidium, quin coràm eo & longe ornatiores prodire,& grauisſimam etiam illius mentem, aliquando ad ſe posſint allicere? Non dicam uero,id te etiam iure his debere,quandoquidem hæc in tui gratiam elaborata, tui quoq; nominis æquisſimum ſit niti dignitate, ſed id quidem fateor,nec his honorificentius,nec mihi optabilius quicquam illuſtri iſto tuo patrocinio accidere poſſe, ut ita, & meæ erga te obſeruantiæ teſtimonium,ueluti publicis perſcriptum ta

bulis,relinquatur, & cæteri etiam intelligant,huiusmodi officij genus tibi optimo,& clarissimo Principi non esse iniucundum,ac postremo tuis ueluti manibus hoc quicquid est operis,Principum omnium supremo,qui præpotẽtis Dei uice in terris fungitur,oblatũ,multo plus ponderis,& authoritatis consequatur. Vale. Bononiæ. iij. Non. Octob. M. D. L.

AD LECTOREM.

CVM INTER OMNIA BONArum artium & literarum studia, eum semper iuris ciuilis scientia locum tenuerit, ut qui ad ueram solidamq́; gloriam peruenire contenderint, ad hunc maxime uitæ cursum rationes suas instituerint: mirari mihi permulti frustra uidentur, cur hodie tam uaria, obscura, incertaq́; hæc nostra iuris disciplina esse uideatur. Cum enim quo maiore in hominum existimatione posita quæq; est scientia, eò et acuta magis excitet ingenia, ad suiq́; alliciat cognitionem, certe nulla fuit opinor ætas iam multis ab hinc seculis, quæ non aliquos magno animo, summoq́; ingenio tulerit uiros, qui huic ipsi scientiæ manum admouere conati fuerint, eamq́; commentariis suis ornare. Ita uero sæpe contingit, ut quo maiorem rei alicui splendorem afferre tentas, eo plerunq́; illam obscuriorem reddas, ubi colores ipsi quibus res illuminanda erat, parum inter se conueniant. Sic factum est dissentientibus inter se nostris interpretibus, singulisq́; nouas quotidie opiniones ueteribus contrarias afferentibus, ut non modo iuris scientiam nulla ferè in parte illustrarint, sed ex summo illo candore, & quasi luce, in qua antea uersabatur, in densissimas tenebras reuocarint, iamq́; increbrescente indies magis librorum multitudine, Ius ciuile sua inceperit quasi magnitudine laborare. Vtinam uero hoc solo ii damnandi essent, quod immenso ut inquit Liuius, aliarum super alias aceruatarum legum cumulo ius totum inuoluissent, sed grauius id quoq; multo esse sentio, quod dum certatim student, ut aliquid in hanc uastam legum syluam pro animi sui libidine importent, omnes ferè in eadem semita insistentes, iis tantum uerbosissime tractandis, totos se dedidere, quæ aut satis per se clara, aut à ueteribus quantum res posceret, non incommode essent enucleata: Interim uero siquid erat obscurius, diligentiq́; aliqua dignius animaduersione, ea ab his prætermissa, & neglecta fuerunt imperitorum more medicorum, qui integra & ualentia membra inutilibus debilitãt medicamentis, & quæ infirma ac imbecilla fuerant, his nullã adhibent curationem. Hæc autẽ nõ de uniuersis prorsus Iuris professoribus sanè loquor, sat.n. scio nõnullos etiã extitisse summo ingenii acumine, & nominis celebritate uiros, qui à uulgari aliorũ curriculo deflectẽtes, in hãc partẽ immortali sua cũ laude incubuere; sed ad alios, ut numero quidem longe plures, sic & iudicio inferiores

hic sermo pertinet, qui cum hanc legum scientiam industria sua augere cuperent & adiuuare, in quibusdã deinde superuacaneis, & sæpissime quoq; ab aliis tractatis argumentis, omnem suam posuerunt, aut potius luserunt operam, nec animaduerterunt interim, quam multa in legibus iaceant ad hæc usq; tẽpora ignota, ab omnibus intacta, cognitu quam maxime necessaria, quæ siquis paulum excitare, & ad meliorem usum quærat redigere, is meritò & legum disciplinæ plurimum profuisse, & sempiterna in posterum fama dignissimus iudicetur. Hæc cum mecum ego animo repeterem, incredibiliq; arderem studio, huic parti in qua plurimi defecisse uiderentur, aliquando laboribus uigiliisq; meis succurrendi, multa me hactenus, quæ nunc commemorandi non est locus, ab hac cogitatione reuocarunt. Cum tamen proximis superioribus mensibus inter amicos ut sæpe soleo, de iuris quæstionibus disceptarem, mirificus quidam casus, ita me ad hoc scribendi genus impulit, ut saluo uix officii mei iure me facere posse existimarim, ut huic negocio deessem. Nam cum sermo fortuito nobis de filiis non legitime natis incidisset, summaq; inter nos de eorum conditione exorta controuersia, uidelicet an ciues Romani, & æquo cum aliis iure olim censerentur, An magistratibus, & muneribus publicis fungi possent, An hæredes instituti, An cum aliis Romanis ciuibus matrimonium contrahere, & in summa, an ulla in re à cæteris ciuibus distinguerentur: affirmarent autem nonnulli, nihil satis certum aut exploratum de iis posse responderi; statui ego mecum, quod & munus meum quasi postulare uidebatur, de toto hoc negocio accuratius aliquanto cogitare, & undecunq; possem ea decerpere, quibus materia hæc quæ iis adeo obscura uideretur, quam maxime fieri posset, illustraretur. Impulit uero ad id me potissimum, quod dũ opus hoc meditarer, animaduerti hæc à nemine perfecte literis tradita esse, quin potius ex uariis authorum libris, cum alii hæc aut omnino prætermiserint, aut summis tantum digitis attigerint, maiorem ideo ambiguitatem posteris fuisse relictam. Nam cum & ego aliàs existimarem, ex Historicis, & humaniorum literarum professoribus, facile posse his quæstionibus aliquod lumen afferri, perspexi deinde nullos inueniri ex his authoribus, qui fœlici illo seculo bonarum literarum floruere, aut paucissimos admodum, qui ullam de Nothis mentionem facerẽt. Quæ res merito magnam suspicandi causam aliquando præbuit, aut nullos tunc illegitimos agnitos fuisse, aut rem multo aliter iis temporibus se habuisse, ac uulgo existimetur. Et sanè quis non magna afficiatur admiratione, cum Ciceronem in tot libris, orationibus, cõmentariis, nusquã illegitime natum quempiã, aut nothũ aut spuriũ, nominantẽ legat? Plautum quoq;, Terentium, Liuium, et earũ ætatum uiros, nunquam aut perraro de his illegitimis loquentes uideat? Nãq; cum apud Græcos quidem, & quosdam alios authores, non nulla sæpe de No

this scripta reperiãtur, quæ aut ex propriis Græcorum legibus referuntur, aut ex aliarum quoq; gentium ac nationum institutis; quis non miretur, cum ad Romanorum mores, leges, ritusq; descendimus, hoc ipsum spurii nomen, aut quocunq; modo illegitime natos uocarint, in ueterum illorum authorum libris uix reperiri, omnemq; eorum memoriam aut neglectam, aut penè extinctam fuisse illis temporibus uideri? & quicquid de iis traditum sit, id totum ferè apud eos authores extare, qui longo post antiquos illos interuallo floruere? De nostris uero interpretibus quid loquar? qui pauca adeo de iis monumẽtis suis mãdarunt, ut certam ex eorum libris materiæ huius cognitionem aßequi nequeas, cum & illa qualiacunq; sint, sparsim disiecta reperiantur, & obscure, uarie, & pleraq; etiam imperite nimis prolata. Extare quidem uulgo Commentarium quẽdam scio hoc argumento conscriptum de naturalibus liberis, sed quam plene & perfecte hanc materiam complectatur, alii uiderint. Id quidem certum est, ea quæ maxime cognitu digna erant, ab illo prorsus silentio prætermitti, cæteraq; ieiune admodum, potius ex aliis sumpta ab eo referri, quam è proprio ipsius penore deprõpta, ita ut is author, quod ad hãc partẽ pertinet, nullo ferè in numero habẽdus uideatur. Ipse planè id scio curasse me in primis, ut quicquid de Nothis quomodocũq; dubitari posset, hic disputatum enucleatumq; reperiretur. Reprehendere enim eos ego quandoq; soleo, qui cum ad opus aliquod tractandum aggrediuntur, prætermittunt aliquid quod illius argumenti proprium sit, mancamq; & quodammodo inchoatam propositam materiam relinquunt. Ego Igitur in omnibus quæstionibus, dubitationibus, & aliis quæ de illegitimis dici possunt colligendis sic sanè elaboraui, ut ni fallor, nihil cuiquam in mentem uenire poßit, quod ad hoc illegitimorum filiorum argumentum spectet, quod hic nõ declaratum, definitumq;, si quis hæc diligenter legerit, posßit reperire, ut si non aliam ob causam, ob hanc certe meus hic labor nec inutilis, nec prorsus contemnẽdus debeat uideri. Propterea nec mirum cuiquam esse debet, si nos parum in hoc opere uagatos, digressosq; eße uideat, nec de legitimatis filiis, quæ materia ualde huic nostræ finitima & cognata erat, quicquam ferè attigisse, id enim à me consulto factum est, ut ea hic tantum quæ de illegitimis habentur, complecterer, dum scilicet iniustos adhuc natales retinent, in pristinaq; illa persistunt conditione, quam à parentum concubitu duxerunt. Cæterum quæ de iis dici poterant, qui uel natalibus restituti sunt, uel iis se restitui cupiunt, aut legibus contra eos latis solui, hæc & multi egerunt, & alius ille est campus, quem nos in præsenti optima de causa noluimus intrare. Secutus autem sum in his tractãdis, eruditisßimorum uirorum iudicium, qui immensam illam legum, locorum, & authoritatum congeriem abhorrentes, quæ ad ostẽtationem potius, quam ad docendi institutum comparatur, insigniora tantum quædam adnotare solent, &

fontem ipsum præcipuum commonstrare, unde cætera hauriri possint. Ipse quidem, in rebus potius proprie & aperte explicandis, quàm aliis authoribus laudãdis solicitus, sicuti illa sanè quæ necessaria erant, indicare non prætermisi, sic nimium illud quorundam studium hæc omnia inepte & inutiliter cumulandi, prorsus neglexi: unde & hæc etiam quæcunq; essent, marginibus adscribere malui, quam inter dicendum & disputandum inserendo, contextum ipsum orationis interrumpere, & legentis animum, nunc huc, nunc illuc, toties uariis nominandis authoribus distrahere. De stilo uero & dictione ipsa, non multum sanè laboraui, non eò quidem, quod non eos summopere probandos censeam, qui iuris ciuilis studio, recte quoq; dicendi facultatem adiunxere, sed quod is qui sibi certam legem uult imponere, ne aliis uerbis utatur quàm quæ à probatissimis latinæ linguæ authoribus usurpantur, is nescio quam fæliciter ullam in iure materiam unquam sit tractaturus, cum sæpius multa occurrant, quæ nisi iisdem loquendi formulis, quibus ab aliis tradita fuerunt, explices, adeo insulsa, obscuraq; appareant, ut & legentium animos mire torqueant, & tu nunquam, polleas licet summa dicendi copia, ea sic apte queas exponere, ut natiuis suis illis, & peculiaribus uerbis potuisses. Ego planè ut nulla certa me lege adstringere in his disputãdis uolui, atq; omne omni tempore cũ Ciceronianis uiris certamẽ fugiendum existimaui, sic non inficior, me quædam uerborum monstra, & barbaras nimium dictiones, ubi commode id fieri posset, euitasse, atq; hac ratione non omnem quidem uerborum delectum omnino esse aspernatum, sed tamen nec in iis perquirendis adeo solicitum, atq; in utendis penè religiosum, ut quidam solent, extitisse. Fateor itaq; maiorem multo me curam, studiumq; in rebus ipsis inueniendis, disponendis, et declarandis, quàm in uerbis deligendis posuisse. Propterea nec ullam mihi hoc nomine laudem acquiri cupio, siqui dictionem ipsam tãtum commendare, sed materiam, ordinem, nostram in quæstionibus dissoluendis sententiam minime probare uelint. Qua enim laude Architectus ille dignus sit, qui uarijs picturæ generibus & Emblẽmatis exteriorem ornet parietẽ, cũ interim nec fundamẽta bene iacta, nec ligna apte cõtignata, & totius ædificij structurá uitium faciat? Quod siquis contextum nostrũ prius, & materiam ipsam non damnandam putet, tunc non negligam sanè, si eidem & hæc uerborum ornamenta qualiacunq; sint, intelligam non displicuisse. Hæc uero ego omnia diuerso quidem consilio initio aggressus eram, quàm ut ea ullo unquam tempore foras darem, nempe ut hæc ad memoriam meam ita adnotata mecum haberem, quæ ueluti in penore custodita, ubi mihi amicisq; meis usus uenisset, ad manum habere possem: Verum cum multa collegissem, maiusq; mihi re uera opus surrexisset, quam antea existimaram, non defuerunt qui me assidue monerent, ut hæc omnino emitterem, quod materiam à nemine hactenus illustratam, ita iis uiderer

per

pertractasse, ut ex ea Iuris studiosi omnes non mediocrem quoque utilitatẽ possent consequi. Ego uero quanuis hoc ipsum in multis semper reprehendissẽ, qui nimium sibi indulgentes, affectato quodam ambitionis studio, sua quamprimum scripta, nec limata adhuc, nec perpolita uulgari paterentur; cum tamen animaduerterem maximam harum mearum lucubrationum partem, aut rebus quibusdã constare, quas adhuc alii non attigissent, aut aliis opinionibus, quæ communes interpretum sententias oppugnarent, studiis meis etiam melius consultum iri putaui, ut hæc aliquando exirent, quàm ut diù intra priuatos parietes à me comprimentur. Cum enim hæc à me ingenii tantum exercendi & ueritatis assequẽdæ causa essent elaborata; quid aptius facere poteram, quàm in his hominum iudiciũ experiri? ut siquid horum publice probatum comperissem, tunc demum id non perperam dictum, mihi tuto possem persuadere, sin contra, tunc quoque in his pedem referre, & aliquando ea corrigere liceret, quæ aliàs si continuissem, potuissent ingenium, quod φιλαυτία nimium plerunque deprauatur, & his ipsis assuefacere, et assiduo illo ac clandestino usu, ad alia quoque & deteriora procliue ducere. Fuit Igitur in hac editione id mihi præcipue propositum, ut aliorum hoc pacto sententiam tentarem, & saltem iis qui subblimiori præstant ingenio, ad hæc acutius & accuratius persequenda, aditũ aperirem. Propterea nec illud ego, quod cæteri in operibus suis tantopere uereri solent, ualde abominor, ne quis scilicet syntagma istud contrariis scriptis aliquando uelit redarguere, si qui enim id ambitiose, impudenterque nimis facere, carpendi potius & obtrectandi studio uoluerint; quid ego istorum ut leuissime dicam putidorum hominum inanes uoces morer, quæ suis se ipsas latratibus conficiant, nec ab eleganti ullo uiro, ulla prorsus æstimatione dignentur? Quod si eruditi, literatique uiri certis hæc rationibus duxerint confutanda, tunc tantum aberit, ut id ego moleste feram, ut quo pluribus & solidioribus argumentis sua probarint, maiorem me quoque ab his gratiã iniisse putem, qui non indigna hæc duxerint, in quibus improbandis operam ipsi suam collocarent. Porrò utcunque res cedat, non multam me uituperationem subiturum confido, quanuis aliqua ex his non admodum sint placitura. Quæ enim ab eo expectanda sint, qui nuper ad Iuris publice profitendi munus accesserit? Me quidem scio, ob id minus à scribendo deterritum fuisse, cum quod ante me neminem in hoc opere uersatum uiderem, tum quod à recenti professore non eadem requirenda intelligerem, quæ alios maiora multo stipendia emeritos, iure optimo præstare decet. Cupio itaque hæc omnia ab omnibus in bonam partem accipi, & siquis meliora his, aut ueriora nactus fuerit, ea in publicum proferri, ut ita collatis inter se omnium sententijs, tandem ueritas ipsa quod mihi maxime curæ est, facilius deprehendi posit.

ARGVMENTA CAPITVM HVIVS LIBRI.

An

Gabrielis Palæoti Bonon. Iurifcons.

De Nothis Spuriisq; filiis liber, in quo omnia quæ ad hanc materiam pertinent, copiosissime tractantur.

An initio omnes ex quocunq; concubitu suscepti filij, legitimi haberentur.

1 Ante Leges scriptas, an aliquid illegitime factum dici posset, & num. 9.
2 Quid Cicero de primæua hominum cõditione senserit.
3 Quis primus leges scriptas populis ediderit, & quo tempore.
4 In sacris literis illegitime natos sæpe nominari.
5 Duplex ius naturale præter vulgarem Doctorum differentiam.
6 Quomodo id quod de iure naturali est. cẽseatur prohibitum, aut permissum.
7 Ius naturale, in homine, quomodo accipiatur.
8 Cur promiscuus concubitus fuerit prohibitus.
9 Iure naturali, delicta etiam damnari.
10 Lex, quid sit, & quando inuenta.

CAP. I.

CVM DE FILIIS illegitimis simus tractaturi, ut omnia recte, atque ordine tradantur, necessarium duxi de eorum origine nonnulla in primis recensere. Cum.n.materia perquã obscura sit, uarijsq; sparsim implicita quæstionibus, nos quibus hæc omnia, quoad eius fieri poterit, dilucide explicare, atque in unum colligere, propositum est, nihil aptius facere posse arbitrati sumus, quàm ab ipsius rei ueluti incunabulis exordiri, ut ita ad reliqua, quæ consequentur, facilior hinc aditus patefiat. Dicemus igitur primo, essent ne initio æquali omnes iure homines, & quonam primum tempore hoc illegitimorum nomẽ ceptum sit usurpari, Qua quidem de re, inter grauissimos iuris interpretes, magnam olim fuisse controuersiam legimus, Ricardumq; Malumb. acris inge-
1 nij uirum, in quadam disputatione, ut refert Bartolus, [a] respondisse, Iure naturali primæuo, quemcunq; concubitum passim licitum fuisse, omnesq; ex quouis coitu susceptos liberos, legitimos extitisse, seruatumq; id eousq; fuisse semper, quoad latæ sunt scriptæ ab hominibus leges: illis.n.cum deinde certi hominum matrimoniis fines essent constituti, ita post factum, ut qui eos limites essent eggresi, primi illegitimos uiderint filios, cum antea hoc ipsum nomen esset ignotum, Quæ opinio placuit sanè multis, [b] tum quod expresse Iustiniani uerbis

a Bart. lege. 3. de concub.

b Albe. l. i. §. ius naturale de Iust. et Iu. Bal. nou. trac. doc. 3. par. nu. 7.

a Auth. quib. mod. nat. sui §. natura.
b Inst. de iur. nat. in principio.
c Arg. l. Gracchus C. de adulter.

uideretur approbata,[a] tum etiam, quod cum hæc maris & fœminæ coniunctio, de Iure naturali sit,[b] non potuit tunc id illegitime factum censeri, quod legis ipsius naturalis authoritate niteretur.[c] Etenim si nondum scriptæ ullæ erant leges, quæ quid sequendum, fugiendúmue esset, docerent, quo pacto iniustos posses tunc ullos filios dicere, quos lex adhuc non improbabat, quin tuebatur potius, cum naturale ius, quod inter homines tunc uigebat tantum, unumquenq; ad quemuis ferè concubitum tacito quodam impelleret instinctu?[d] Sed tamen aliter sensit Io. Andreas,[e] aliter Bartolus,[f] & quidam alij,[g] quorum diuersæ quidem de spuriorum initijs sententiæ literis mandatæ extant, nihil tamen eorum quisquam hactenus attulisse uisus est, quod has Ricardi rationes omnino confutaret, Ego igitur antequã de eorum primordijs quid sentiendum sit, exponam, in præsenti docendum constitui, id quod à Bartolo & cæteris omissum est, nullo pacto quæ de prisca hominum conditione Malumb. tradidit, defendi posse. Sic. n. dico, tantũ abesse, ut ante leges scriptas, legitimi omnes filij haberẽtur, quod ipse putauit, ut dixerint alij, usq; ad id tempus, neminem uere legitimũ extitisse. Inquit. n. Cicero,[h] Fuit quoddam tempus, quo magis 2

d Glo. l. i. §. ius nat. de iust. & iu.
e In Reg. sine culpa, in Mercuria.
f In l. 3. de cõcub.
g Rosel. tract. legit. cap. 2. nu. 11.
h In Prohe. Rhet.

homines passim bestiarum modo uagabantur, & sibi uictu ferino uitam prorogabant, nec ratione animi quicquam, sed uiribus corporis administrabant, nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur, nemo nuptias uiderat legitimas, nõ certos quisquam inspexerat liberos. Quæ quidem Ciceronis uerba nunc ita referre placuit, potius ut ostenderem, Malumbri sententiam authoris locupletissimi testimonio conuinci, quàm ut ego his quoq; fidem omnino adhibendam esse censeam, Nunc igitur euidentissima, ni fallor, ratione probabo, nullo pacto ante leges scriptas, iustos omnes filios, ac æquali iure habitos fuisse. Si enim accurate primos legum scriptarum authores 3
perquiramus, omissis his quæ de Cerere, Cecrope, Amphione, uetustas est fabulata, scimus id consensu eruditorum omnium receptum, ut Euseb. Ioseph in lib. Antiquit. & multi testãtur, primũ Moysen, longo ante alios annorum interuallo, ex scripto leges populis promulgasse, sacrosanctas eas scilicet leges, quas ipse ex summi & præpotẽtis Dei ore diuinitus fertur accepisse, idq; post annos à Mundi initio, bis mille quadringentos, quinquaginta quattuor.[i] Quod si nos ea quæ in ueteri sacra pagina, ante id Moysis tempus, tradita extant, legamus, ani- 4
maduertemus multis sanè in locis, & illegitimorum mẽtionem factã,[k] & concubinatum,[l] fornicationem,[m] meretrices,[n] raptum, stuprumq; unde tales prodeunt liberi, cognitum fuisse satis, quãuis leges adhuc nullæ in scriptis extarent, grauiterq; eos correptos, qui alienæ uxoris concubitum

i In Chro. Io. Cario.
k Genes. ca. 21. 25.
l Genes. 22. in fi. et 36.
m Gen. 38. 34. ĩ fi.
n Gen. 34. 39.

concubitum appetijssent,[a] adeo ut hæc differentia inter legitimos & a Gen.39.26.
illegitimos, multo ante ea tempora fuisse, manifeste contra Malum
bri sententiam appareat. Accedit quod & Homerus antiquissimus
Poeta, de filijs Nothis in carminibus suis quandoq; mentionem facit,
cuius tamen temporibus lex scripta nondum cognita fuisse fertur, cũ
Plutarchus testis sit,[b] hoc uerbũ, νόμος, quo lex scripta significatur, apud b in Prælud. Hom.
eum nuspiam reperiri. At si dicas, cum Iure naturali omnia regeren-
tur, qui potuit tunc aliquid illicitum uideri, præsertim uero in filiorũ
procreatione, quæ cæteris animantibus communis erat? Respon-
5 deo duplicem esse animorum uim, & naturæ, alteram in appetitu po-
sitam, quæ nobis cum brutis fuit communis, alteram in ratione, sensi-
bus dominantem, cuius homo ipse particeps tantum fuit, quod pro- c Archid. c. ius au-
6 priè etiam naturale ius dicitur,[c] Quo fit, ut si procreandi uoluptatem tem. 1. Dist.
& cupiditatem ipsam spectes, iam quæq; coniunctio uideatur permissa
quod eadem & cæteris insit animantibus, sin rationem, quæ appetitum
in officio debuit continere, & soli fuit homini tributa, tunc delectum
aliquem in hisce congressibus habendum omnino censeas, ut & Bal-
dus subtiliter scriptum reliquit,[d] Homo si quidem, non animal tãtum d Bal. l. i. §. ius na-
7 est, sed animal rationis compos, proptereaq; cum de Iure naturali lo- turale. Castr. l.
queris, prout in hominem cadit, id longe aliter ac in cæteris brutis ex hoc iure, nu.
est accipiendum, is enim si ratione non utatur, quãuis & ad id naturæ .7. in fin. de Iust.
instinctu impellatur, nimium utiq; à uera hominis natura eo ipso defle et iu.
ctit, seq; non uirum præbet,[e] Si igitur naturali iure eo tempore homi- e Ang. d. §. ius na-
mines utebantur, ut Iustin. & ipsè quoq; Ricardus fatetur, quis dicat tura. et Zas. ibi.
deinde adeo laxos & uagos fuisse passim concubitus, cum id à natura-
8 li satis hominum abhorreat ratione? Natura. n. certos filiis parentes
adesse debere suadet, certumq; contrahi matrimonium, ut liberi à ge-
nitoribus suis ali, bonisq; moribus possint institui. Fac namq; incer-
ta esse connubia, partusq; uulgo conceptos, quemnam uitæ tuæ tunc
authorem agnosces, à quo educeris, cuius actiones, exẽplaq; imiteris?
Ius igitur naturale, ratioq; ipsa satis hoc dictat, certos unicuiq; debere
esse parentes, ut egregiè non solum interpretes nostri,[f] sed & Philoso f Io. And. Reg. si-
phi naturæ ipsius arcanorum consulti tradidere.[g] Rursus si id obiicias, ne culpa.
non potuisse illegitimum id dici, quod adhuc legibus non erat prohi- g Aristo. Polit. 2.
9 bitum, responderem eo pacto nec homicidium, nec furtum, nec quod cap. 2. & ethic.
uis delictum ante leges scriptas potuisse uetitum dici, quæ tamen cer- lib. 8.
tum est, solo iure naturali turpia fuisse iudicata, quod idem & in adul
terio traditum est,[h] Vna enim naturalis ratio, satis est ad res proban h l. probrũ de uer.
das, uel condemnandas, Ipsaq; lex, nihil aliud est, nisi recta & à nu- sign.
10 mine Deorũ tracta ratio, infinitis illa quidem ante seculis nata, quàm

a Lib. 1. de Legib.
b Dec. Rub. de cõstit.
c d. l. probrũ. l. fin. de rit. nupt. l. fin. de cond. sine cã. c. etsi. §. quædam de Iureiu.

& ſcripta, & ciuitates ſunt conſtitutæ, ut ait Cicero, [a] Vnde nec hodie ad legis ſubſtantiam ſcriptura neceſſaria exiſtimatur, [b] Ex his ſtatuo, ſicuti ante leges ſcriptas, omnia ferè delicta, ſic & adulteria, inceſtus, & conſequenter illegitimos filios potuiſſe reperiri. [c] Hæc tamen res ut ſe habeat, nunc dilucidius exponemus.

De prima illegitimorum origine.

1 Matrimonium a Deo inſtitutum, & qua lege.
2 An olim plures vxores eodem tempore liceret habere. num. 6.
3 Bartoli error, de primi parentis peccato
4 Leges noſtræ, à ſacra hiſtoria in multis diſſentiunt.
5 De aureo illo ſeculo, & iure naturali primæuo Doctorum.
6 Quælibet coniunctio præter vnius vxoris & viri coniugium, ſemper fuit prohibita.
7 Opinio Iuriſcon. de Mundi origine.
8 Nunquam promiſcuos concubitus fuiſſe permiſſos.
9 Differentia inter ſacras leges & ciuiles, de Spuriorum origine.

CAP. II.

d Io. And. reg. ſine culpa. in Mercu.
e Genes. cap. 2.
f c. gaudemus, de diuort.
g d. §. natura. auth. quib. mo. nat. ſui et. §. liceat. auth. quib. mod. leg.
h c. 1. 32. q. 4. & Gen. c. 29. 30. 25.
i In. l. 3. de cõcub.

ALIA fuit Io. Andreæ ſententia, qui nullum unquam tempus extitiſſe inquit, quo non dignoti iuſti filii ab iniuſtis fuerint, [d] Cum enim ſummus rerum opifex Deus, huic quicquid id eſt, quod Mundum appellamus, cæteriſq; rebus ſummam impoſuiſſet manum, dicitur poſtremo hominem ipſum finxiſſe, cuius cauſa cætera erant comparata, eiq; uix in lucem edito, in primis certas matrimonij leges præfi 1
niiſſe, ut ſcilicet hæreret uir uxori ſuæ, eſſentq; duo in carne una, [e] Quibus uerbis inde alios concubitus excluſos fuiſſe ait, [f] atq; ita factum, ut quocunq; tempore multum inter legitimam adulterinamq; ſobolem interfuerit. Sed neq; hæc Io. Andreæ ſententia uera prorſus uidetur, cum ei repugnent Iuſtiniani uerba, affirmantis non uno in loco, naturã initio omnes æque liberos, æque & legitimos produxiſſe, nullamq; inter eos olim cognitam differentiam, [g] Tum etiam, quia & in ſacris li 2
teris, ueteres illos ſanctiſsimos uiros pluribus iungi mulieribus conſueuiſſe ad ſobolem ſuſcipiendam legimus, [h] quos contra diuinam inſtitutionem id feciſſe, non eſt ueriſimile. Tertia igitur Bartoli extat opinio, [i] qui inquit, initio quidem certos hominum cõiunctionibus fines à Deo poſitos, eoq; tempore uerum id fuiſſe, quod Io. And. ait, Sed poſt primi parentis lapſum, humanamq; naturam corruptam, omnia dein immutata, nullamq; amplius uſque ad leges ſcriptas, inter filios differentiam fuiſſe, Quam ſententiam ego ualde abſurdam puto, quaſi ue- 3
ro poſt hominem creatum, uſque dum peccarit, longa fuerit intercapedo, & non eodem ferè momento hæc omnia ſint confecta, ut ſacri interpretes tradidere, Quaſi etiam ante leges ſcriptas, poſt uetitum pomum

pomum deguſtatum, non plurima adulterii & fornicationis exempla
prodita reperiantur, ut alias ſupra oſtendi.[a] Quærendum eſt igitur
inter has tam uarias Doctorum opiniones aliquid, quod oēm extricet
nodum, remꝙ hactenus perquā obſcuram ualeat illuſtrare, Cuius rei
gratia, ut quæ in hac quæſtione pugnantia apparent, quæ ſanè infinita
ſunt, conciliemus, neceſſariū exiſtimo talē adhibere diſtinctionem, Nē
pe ut aliter ſecundū ſacras literas, aliter ſecundum Iuriſcon. & Imper.
noſtros hanc controuerſiam decidendam dicamus, Mirum.n.uideri
4 nō debet, pleraꝙ in legibus noſtris contineri, præſertim de rerum ori-
gine, quæ à diuinis traditionibus nonnihil abhorreant,[b] Nā quæ om-
nia de iure naturali à Iuriſcon. noſtris traduntur, uix ulla in re cū ſacris
literis poſſunt conuenire. Credimus nos olim incertis ſedibus homi
nes uagatos, nullis legibus uſos, omniaꝙ omnibus fuiſſe communia,[c]
Hæc res ſecundum ſacroſancta dogmata, à ueritate longe aliena depre
henditur,[d] Dicimus nos iure gentium poſteriore, ſeruos nullius actio-
nis, iuſtæ'ue obligatiōis participes, ſed ueluti pro mortuis habitos fuiſ
ſe,[e] hoc apud ſacræ legis hiſtoriam, longe aliter ſe habere certū eſt, quā
doquidem & bona propria ſibi ipſis acquiſiuiſſe, ſibi poſſediſſe,[f] domi-
nis ſuis quādoꝙ ab inteſtato ſucceſsiſſe,[g] & forte in iudicio cōtra eos
experiri potuiſſe, comperimus,[h] Sic quoꝙ initio humani generis om-
nia omnibus ex uoto ſucceſsiſſe, uer æternum inter mortales uiguiſſe,
nullus armorum uſus fuiſſe creditur, docēt tamen ſacroſancta Biblia,
duras admodum leges homini ipſi, cum primum ferè in lucem editus
eſt, à Deo conſtitutas,[i] ut ſcilicet ſuis ſibi laboribus uictum quæreret,
nūc æſtu, nūc frigore laboraret, hæcꝙ perpetuo incōmoda uitā illius
5 comitarentur, Vnde in uniuerſum, quod de priſca illa temporis fœlici-
tate, aureoꝙ ſeculo ab authoribus narratur, id ſi cum ſacris litteris con
feras, inane prorſus, ridiculumꝙ eſſe animaduertas, nec uſpiam hæc iu-
ris naturalis, aut gentium tempora, unà cum iuris ciuilis origine[k], in
ijsdem ſacris literis apte probari, Quo circa, & in præſenti quæſtione
cum quærimus an initio inter legitimos & illegitimos ulla eſſet diffe-
rentia, crediderim ego ex ſacris literis reſpondendū, uerā eſſe Io. An-
dreæ ſententiam, cum matrimoniū à ſummo Deo principio fuerit cō-
6 ſtitutum[l], inde & illegitimos à iuſtis filijs fuiſſe ſemper ſecluſos. Mani
feſtum enim eſt, prohibuiſſe illum, ne quiſquam cum pluribus, qàum
cum una haberet uxore cōmercium,[m] ſemperꝙ poſt illud tempus, in
ſtuprum, & adulteriū grauiter fuiſſe ab eo animaduerſum,[n] quod qua-
nā alia ratione potuit inſtitui, niſi liberorū cauſa? ut intelligeremus,
non ex quouis congreſſu filios eſſe ſuſcipiendos. Accedit etiam quod
& eo tempore nonnullos quidem filios ad ſucceſsionem uocatos, alios
uero omnino excluſos legimus,[o] quod ſcilicet non omnes ex iuſtis nu-

a Gen. cap. 34. 38. 39. & c. quō. 31. q. 1.

b c. fin. §. his ita. 6. Diſt.

c Soz. rub. de uer. ob. Caſt. l. ex hoc iure, de iuſt. et iu.

d Cardi. c. dilectiſſimi. 12. q. 1. Gem. c. ius nat. 1. Diſt.

e Bart. l. ſi id quod de cond. ind. et. l. ex hoc iure. de Iuſt. & iu.

f Regum. 2. cap. 9. 16. Gen. 47.

g Gen. cap. 15.

h Iob. cap. 31. Alci. l. paterfam. de uerb. ſign.

i Gen. cap. 2. in fi.

k Iuxta. §. ſingulorū. in fi. Inſt. de rer. diuis.

l c. i. de uoto. in. 6.

m c. gaudemus, de diuort. c. quomodo. 31. q. 1.

n Genes. c. 26. 39.

o Gene. cap. 21. 25.

ptijs essent procreati, Et si fortasse cõtra hæc,sanctorũ uirorũ exempla
reperiantur,quib⁹ cum plurib⁹ mulieribus fuit negocium, id ex graui
aliqua & necessaria sanè causa his permissum,diuino ita suadente affla
tu,credendum est[a],ex qua non ideo in cæteris idem seruatum,quis re-
ctè possit argumentari[b]. Iam uero si rem crassiori Minerua uelimus
dijudicare,secundũ scilicet Iuriscõsultorũ nostrorum tẽpora, qui non
dum arcana sacrosanctæ legis nostræ hauserant Mysteria,quos deinde
& recẽtiores Imper. in his ubi nullũ ueræ fidei nostræ uersaretur peri-
culũ,facile secuti sunt,existimo sanè tunc ueriorem esse cõtrariam opi
nionem,initio multis temporũ spatijs,illegitimos filios nec cognitos
fuisse,nec nominatos. Crediderunt siquidem prisci illi homines, cum 7
totum hoc quod hodie cernimus,à Deo fabricatũ est,simul & illi salu-
taria ferè omnia & fœlicia ab eo tributa, nec inter homines quicquã
nisi rectum,honestũ,& penè diuinum fuisse compertum, idq́ aliquot
annis se ita semper habuisse,paulatim uero cepisse hominũ naturã, ad
turpes cogitationes labi,& à natiua illa animi bonitate, ac simplicita-
te paulo declinare, Ita deinde leges fuisse repertas, quæ excrescentem
hominum malitiam cohiberent,libidinẽ temperarent,ut Greg. Pont.
testatur[c]. Verum igitur est secundum hãc opinionẽ,quod Iustin.ait[d],
naturã initio omnes æque liberos,æque &legitimos produxisse,nec an
te leges scriptas spurium quempiam fuisse repertum, sed nõ illa ratio- 8
ne,ut Accursius,Bart. & Malum. putarunt, quod eo tempore promi-
scui essent concubitus, permissumq́ cum quauis muliere cõgredi, sed
quod tunc homines rationem tantum sequentes naturalẽ, singuli suis
contenti nuptijs uiuebãt. Vnde &Sallust. Etiam tum uita hominũ
sine cupiditate agitabatur,sua cuiq́ satis placebãt. Et in Lycurgo de
Lacedæmonijs Plutarchus ait,hos olim tum natura,tum moribus tan
tum abfuisse ab ea quæ postea secuta est,mulierum facilitate,ut omni
no incredibile esset,aliquem adulterio fuisse obnoxium, celebraturq́
illud Geradæ uetustissimi dictum, qui rogatus ab hospite, quid apud
eos adulteri paterentur,respondit, nemo apud nos fuit adulter, Hinc
etiam carmen illud. Viderunt primos argentea secula mæchos.
Sed quid in re clara pluribus opus est rationibus, cum hoc exprimat
Iustin.? Donec(inquit)[e]sola natura[f] hominibus sanciebat, legitimos
omnes æque producebat, Cum primũ uero ad libidinẽ diuertere,aliũ
q́ cursum tenere cepit,tũc naturales & illegitimos immiscuit,tunc &
leges scriptæ sunt,quæ his rebus modum constituerent. Apparet er-
go initio legitimum quenq́ fuisse, quod nemo ratione tunc abuteba-
tur,fœlixq́ uere erat ætas illa, Vt primum dein labefactari cepit, deli-
cta uaria, luxus, & alia sunt introducta,illegitimorumq́ & nomen ce-
pit emergere, Vnde constat ex Iurisc.& Imper. opinione, principio 9
quidem

a c.gaudemus, de diuort. c. recurrat.c.obijciũtur 32.q.4.
b Arg.c.quæ propter.de reg.iur.
c In Probe.Greg. Rex pacificus.
d d.§.natura.
e d.§.natura.
f Quasi,nullis adhuc uitiis inquinata.

quidem legitimos omnes extitisse, illegitimosq́ primum cum legibus scriptis prodiisse, Ex sacris uero literis, semper ferè hanc cognitam differentiam, & nondum iure scripto, multis ante seculis, & re ipsa, & nomine, nonnullos iniustos liberos conspectos fuisse.

Illegitimi qui proprie olim dicerentur.

1 Varii diuersarum gẽtium mores in contrahendis nuptiis.
2 Matrim. aliquod verum, sed non ratum.
3 Legitimi filii secundum patriæ consuetudinem vocantur.
4 Iustum matrimonium apud Romanos quale esset.
5 Cum exteris non erat ius connubii.
6 Roma quomodo hodie communis patria dicatur.

CAP. III.

CVM primum igitur lex certa hominum coniunctionibus est constituta, siue ea à summo Deo, siue à mortalibus fuerit accepta, tunc statim illegitimi ij omnes appellari cepti sunt, qui contra tale legis præscriptum in lucem essent suscepti, ut nomen ipsum satis demonstrat, Cuiusmodi tamen esset hæc lex ipsa, non puto commode literis mandari posse, cum ex uarijs diuersarum gentium & nationum moribus, iidem non apud omnes æque legitimi aut illegitimi semper habiti fuerint. Legimus Scythas, Agathyrsos, Massa-
1 getas, & plurimos qui ad meridiem spectant, communes uxores habuisse, legitimumq́ apud eos matrimonium illud existimatum, Alios ut Garamantas, eos tantum iustos filios censuisse, qui formæ similitudine parentem referrent, ut ait Mela, Quosdam, uti Arabes, unam omnibus consanguineis uxorem esse uoluisse, cæteros qui non eodem ex genere essent nati, adulterinos creditos fuisse, Persas uero, Medos, Parthos, id maxime solenne, & iustum connubium habuisse, quod cum sanguine coniunctis, sororibus, matribus, & alijs consanguineis esset contractum, Vnde illud,

Gentes tamen esse feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parenti,
Iungitur ut pietas geminato crescat amore,

Rursus alias mulieres apud Indos, eos rite sibi copulasse, quoscunq́ prior iussisset maritus, cũ cæteris nefariũ extitisse cõcubitũ, Scribit quoq́ Plutarchus in Solone, cauisse eũ ut uxor ex mariti necessarijs deligeret, cũ quo rẽ haberet, atq́ id quod nasceretur, non alienũ esset, Aliter tamẽ Lacedæmones obseruasse, idẽ in Lycurgo author est, Vt ex his colligamus certã nõ posse tradi in hac re regulã, cũ eadẽ uiuẽdi ratio nõ ubiq́ probetur, & quod sanctũ ac iustũ apud Italos censetur, id ut impiũ maxime uel Germani, uel Athyopes, uel Britanni detestentur. Nã nec Cimoni turpe fuit Atheniensiũ summo uiro, sororẽ germanã habere in matrimonio. Quippe
2 cũ ciues eius eodẽ uterẽtur instituto, ut Probus refert, [a] Potuitq́ illud

[a] In Probe. & in Cimo.

uerum esse apud eos coniugium, licet ratum nõ sit.[a] Nec enim eadem omnibus sunt honesta & turpia, sed id quisq; rectum putat tantum, quod patriæ moribus conuenit, Tales igitur & legitimi apud exteros 3
populos habiti fuere, qui scilicet secũdũ mores, ritusq; ab iis approbatos geniti essent, illegitimi, quorum natales à patriæ institutis abhorrerent. Esset uero longũ nimis, si singularum ciuitatum, ut modo dicebamus, in hac re mores essent recẽsendi, quin superuacaneum potius, cum de filijs tãtum Iure Romanorum illegitimis, nobis sit tractãdum. Propterea Barbarorum nunc ritibus omissis, apud Romanos constat, 4
eos solum ueros filios appellatos, qui ex matrimonio concepti essent.[b] Iustum autem matrimonium inter ciues tantum Romanos erat,[c] legitimæq; illæ demum nuptiæ habebantur, cum Romanus Romanam, utriusq; accedente consensu duxisset uxorem, ut Caius in Institutionibus scriptum reliquit,[d] Quod si imparem quis sibi adiunxisset, ueluti si 5
Romanus cũ peregrina, aut Latini nominis, aut externa alia muliere coiisset, nullum ius nuptiarum inter eos erat, natiq; liberi, ut minus iusti,[e] sub patris iure & familia nõ censebantur, sed matrẽ sequebantur.

Cic. in Topic. Si mulier, inquit, cũ fuisset nupta cum eo, cum quo cõnubium non esset, nuncium remisit, quoniam qui nati sunt, patrẽ nõ sequũtur, pro liberis manere nihil oportet. Tit. Liu. lib. 43. Alia, inquit noui generis hominum ex Hispania legatio uenit ex militibus Romanis, & ex Hispanis mulieribus, cum quibus connubium non esset, natos se memorãtes supra. iiij. millia hominũ, orabãt, ut sibi oppidum, in quo habitarent, daretur, Senatus decreuit latinam eam coloniam esse, Libertinorũq; appellari, Quin capitale hoc olim apud eos fuisse Theodosii testatur constitutio.[f] Hinc legimus sæpe, ius ciuitatis Romanæ aliquibus populis fuisse concessum, ut cum illis rata essent & legitima connubij uincula, Campanis enim olim pro magno munere datum scimus, ut Romanas ducere liceret uxores, natiq; liberi iusti hæredes forent, ut apud Liuium extat, Idem & Nouocomensibus à Cæsare, Transpadanis à Pomp. Strabone, alijsq; paulatim populis procedente tempore à principibus permissum, Plutarchus, Tacitus, Suetonius referunt. Ast cum deinde cæteri populo Romano subiecti, idem ius ciuitatis quotidie summis studijs efflagitarent, ut omnium uotis gratificaretur Antoninus, constituit tandem, ut quicunq; in orbe Romano 6
esset, ciuis haberetur[g], quo factum est, ut connubij ius, quod angustissimis principio finibus concludebatur, ceperit omnibus ferè nationibus esse commune, cum eorum omnium qui Pop. Romano parerent, Roma communis patria sit effecta,[h] Dicti sunt igitur legitimi qui ex matrimonio inter ciues Romanos inito susciperentur; Vnde, & qui nam illegitimi dicerentur, facile unicuiq; constare potest.[i]

a c. quanto, de diuort.

b Inst. de patr. pot.

c Inst. de nupt. in princ.

d tit. de matrim.

e l. diuus. de capt. & postl.

f l. i. de nup. gẽtil. in. C. Theod.

g l. in orbe. de sta. hom. Auth. ut liber. de cæt. §. fin. Alcia. lib. Disp. 2. cap. 21

h l. Roma. ad Municip.

i Arg. l. i. de his qui sui sunt.

Matrimonium

De Nothis, Spuriisq; filiis.

Matrimonium quomodo olim contraheretur, ut ex eo legitimi existerent filij.

1 Vxores olim apud Rom. triplicis generis.
2 Quæ materfam. diceretur, & de matrimonio per coemptionem.
3 Varii ritus in ducenda vxore.
4 Auspices in nuptiis, & Dii nuptiales; num. 5.
5 An siquid ex veteri ritu omissum esset, iustum id matrimonium haberetur, plura in vtranq; partem afferuntur.

CAP. IIII.

NON satis tamen olim erat, ad uerum matrimonii fœdus, Romanum ciuem, Romanam sibi fœminam adiunxisse, Sed adhibendi quidam erat ritus, solennesq; cerimoniæ, quibus omissis, ueluti neglecta religione, coniugium non censebatur, nec ex ciuium Rom. instituto celebratũ, [a] Varia autẽ hæc olim erant, tã quæ in sponsalibus, quàm quæ in nuptiis peragendis, iungendaq; uiro uxore solebant obseruari. *a Alex. Dies. Gen. lib. 2. cap. 5.*

1 Nam & tribus modis uxor olim habebatur, ut tradit Boetius, [b] farre, usu, coemptione, Confarreatio solis Pontificibus conueniebat, cũ in ea far adhiberetur, quod sacrificijs aptissimum esse existimabatur, unde & hæc matrimonia sacra nuncupabant, authore Alicarn. [c] Quæ autem farre uel usu mulier marito copulata esset, ea uxor tantum dicebatur, *b In Topic. Cicer.* *c lib. 2. Antiquit.*

2 Ast quæ per coemptionem in manum uiri cõuenisset, hæc præter uxoris nomen, mater quoq; familias uocabatur, Coẽptio uero certo more peragebatur, nam sese coemendo inuicem interrogabant, uir ita, an sibi mulier, materfamilias esse uellet, illa respondebat uelle, Mulier, an sibi paterfam. uir esse uellet, ille uelle respõdebat, Itaq; mulier in manũ uiri conueniebat, & uocabãtur hæ nuptiæ per coemptionem, ad quod allusit Virgilius eo carmine.

Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis.

Forteq; hæc olim iusta uxor dicta est, [d] Cuius ritus meminit & Cic.

3 pluribus in locis. [e] Multa autẽ præter hæc solẽnia in omnib⁹ nuptijs seruari mos erat, quæ ego in præsẽti referẽda nõ duxi, tũ quod eadẽ deinde ãtiquata fuere, tũ quod ab historicis, & his qui uariarũ rerũ cõmẽtarios scripserũt, hæc copiosissime tradita extãt, [f] nimiũq; trita iã & uulgata esse ceperunt, Quẽadmodũ ut dũ spõsalia inirentur, propriũ spõsi aut spõsæ nomẽ ne exprimeretur, sed uir Caius, uirgo Caia diceretur, mulier dũ mariti domũ intraret, ne pauimentũ pedib⁹ attingeret, colũ cũ fuso secũ ferret, Talassij nomẽ inuocaretur, nuces spargerẽtur, & similia, inter quæ præcipuũ id fuisse legimus, quod memorat Scæuo. [g] ut aqua & ignis in nuptiis sanciẽdis interesset, Adeoq; superstitiosa olim

d l. Si uxor, de adult. ubi Budæ.
e Pro. l. Flacc. pro Muren. in Top.
f Plutar. Rodigin. Budæ. Tiraq. de legibus connub.
g l. penul. & fin. de donat. inter ui. & uxor.

erant hæc omnia, ut malè is audiret, qui talia matrimonij auspicia nõ ritè seruasset, Nam nec mense Maio rectè nuptias confici potuisse, nec diebus festis id uirginibus licuisse, Plutarchus in Problem. author est, nescioq; an siquid horum omissum esset, filij tunc temporis iusti haberentur, quasi ex inauspicato matrimonio editi, si quidem scimus tunc auspices adscitos, qui pro nuptijs auspicium caperent, ijsq; celebrandis præessent, ut Valla scribit, [a] Vnde Cicero, [b] Nihil ferè quondam maioris rei, nisi auspicato, ne priuatim quidem gerebatur, quod etiã nunc nuptiarum auspices declarant, & Valerius Maximus. [c] Apud antiquos non solum publice, sed etiam priuatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto, quo ex more nuptijs etiamnum Auspices interponuntur, & Plautus. 4

a lib.6.
b lib.1. de Diuina.
c lib.2. cap.1.

Argentum siquis dederit, ut ego suspicor,
Vltro ibit nuptum, non manebit auspices. Hinc etiam nuptiales quinq; Dij dicti, quos in connubijs ex ritu inuocabant, ut Plutarchus refert, & Gyraldus latius in diuinis suis de Diis gentium commentariis, [d] Ex quibus quidem, in suspitionem aliquam ducor, cum uideam ueteres illos adeo religionis, & cerimoniarum fuisse cultores, ut si hæc nuptiarum solennia seruata non essent, ea non usquequaq; iusta connubia crederentur [e] Sic.n. & Catullus de his loquens & Hymæneo ait. 5

d lib.3.cap. ulti.
e facit. d.l. pen.§. fin.de don. inter uir. & uxo.

Nulla quit sine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe dicier. Et Claudianus.
Hunc musa genitum, legit Cytherea, ducemq;
Præfecit thalamis, nullum iunxisse cubile
Hoc sine, nec primas fas est attollere tædas. & Ouidius.
Vota uiri captant, quæ iam captanda putabant,
Quos faciet iustos ignis & unda uiros. Videmus quoq; Græcos, eos qui ex occulto congressu oriuntur, proprie illegitimos uocare, nempe σκοτίους, qualis Theseus fuisse perhibetur, Quid uero aliud est furtiua coniunctio, nisi ubi patrius ritus seruatus non est? [f] Id quoque non leui est argumento, quod hodie hæc omnis nuptiarum celebritas abrogata fuit, declaratumq; legitimum id dici matrimonium, quãuis in eo aliquid ex iis desit, [g] quasi antea, siquid neglectum esset, nihil ualidum, aut rectè factum censeretur. Scio tamen hæc nimis scrupulosa fortè uideri posse, præsertim Iurisconsultis nostris, qui nolunt actũ ullum uitiari, ubi illi perficiendo, leuis tantum aliqua solennitas desideretur, [h] quales hæ, quæ olim in nuptiis adhibebantur, facile uideri possunt, Propterea & ego subsisto, extantq; pro hac parte & ueterum authoritates, Nam Lucanus de Martia & Cæsare ita inquit. [i]

f Bar.l.2.C.de his qui ex pub. rat. lib.10. & l. fin. de rit.nupt.
g l. Si donat.C. de nupt.
h l.1.§.fin.de uent. insp.Bar.l.fin.§. 1.C.de iur.delib. Ias. l.2.§. prius. de uulg. & pup.
i lib.2.

Fœdera

Fœdera sola tamen, uanaq; carentia pompa,
Iura placent, sacrisq; Deos admittere testes. Et paulo post,
Pignora nulla domus, nulli coire propinqui,
Iunguntur taciti, contentiq; auspice Bruto. Et Demea apud Terentium [a] iubet Aeschyni filij nuptias absque Hymæneo, facibus, & ullo apparatu confici, quæ si necessaria fuissent, credendũ non est, patrem omittere uoluisse, quãuisq; id Athenis actum fingatur, iidem tamen ritus uidentur, qui & apud Romanos seruabantur, cum & omne ius tam scriptum, qnàm non scriptum à Græcis principio sumptum fuerit. [b] Inquit uero Aeschinus. [c]

Occidunt me quidem dum nimis sanctas nuptias student facere, in apparando totum consumunt diem. DE. Quid igitur Aeschine? AESC. Hem pater mi tu hic eras? DE. tuus hercle uero & animo & natura pater, qui te amat plus, quàm hosce oculos, sed cur non domum uxorem accersis? AESC. cupio, uerum hoc mihi mora est, tibicina & Hymæneum qui cantent. DE. ehò uin'. tu huic seni auscultare? AESC. quid? DE. missa hæc face, Hymæneum, turbam, lampadas, tibicinas, atque hanc in horto maceriẽ iube dirui quantum potest, huc transfer, unam fac domum, traduc & matrẽ, & familiam omnem ad nos. AESC. placet, &c.

a In Adelph.
b §. & non ineleganter. Inst. de iu. nat. gent.
c Actu. 5. Scæna. 7 in Adelph.

Quæ nam hodie ad uerum Matrimonium, Iure ciuili, aut Pontif. requirantur.

1 An iure ciuili, in matrimonio consensus, verbis expressus requiratur, Aut tacitus sufficiat.
2 Iure Pontif. quæ solennia in nuptiis adhibeantur.
3 An omnia sint omnino necessaria.
4 Differentia in diiudicando matrimonio inter ius ciuile & Pontif.
5 Cur iure Canon. expressa magis verba in nuptiis, quàm iure ciuili requirant.
6 Matrimonium clandestinum, vere quandoq; est matrimonium.
7 Nati ex clandestinis nuptiis, an sint legitimi.
8 Clandestinum matrimoniũ hodie quod dicatur.

CAP. V.

ABOLITA deinde ea omnia uetusta solennia fuere, legibusq; nouis introductum, ut matrimonium solo coeuntium consensu perficeretur, idq; satis esset ad legitimam sobolem comparandam [d] paucis exceptis casibus ubi instrumenta dotalia sunt necessaria, [e] quẽ tamen consensum, ut manifestus esset, uerbis exprimi lex iussit, [f] Aliter. n. ad mulierem, ut uxorem, aliter ut ad concubinam accedendum est, Si quidem cum hac nobis, omnis uitæ consortium, omnia diuina, humanaq; iura communia sunt futura, [g] cum illa quicquid intercedit,

d l. si donationũ C. de nup.
e §. quia uero legem. 1. Auth. ut lic. matr. & au. cum Glo.
f Glo. l. cum notissimi. ℣ solã. C. de pr. æcr. 30. ann.
g l. 1. de ritu nupt.

plerunq; uoluptatis gratia potius fieri intelligitur, Non nego tamen, 1
& abſque uerbis matrimonium iure ciu.iniri poſſe,dummodo exterio
re aliquo actu aut euidenti quopiam indicio,cæteris ſignificetur, cum
ea nos uxorio animo uerſari, [a] & ideo qui in rebus ueneris cum mulie
re deprehenſus eſt,ita ſatis crimen excuſare poterit, ſi eã ſe ueluti uxo-
rem,non ut amicam cognouiſſe aſſerat, idq; aliqua probabili nitatur
coniectura [b] quæ quidem cum ex perſonarum æqualitate,conditione,
tum uero ex mutua illa conſuetudine quæ inter eos intercedit, facile
colligi põt,[c] quod & infra agemus,[d] Sed hæc Iure ciuili. Ius uero Pon-
tificium aliud circa hæc ſtatuit: exigit.n.ſolennia multa in contrahen 2
dis nuptijs præter eorum conſenſum,qui iungi uolunt, ueluti ut à pa-
rentibus puellæ petantur,honeſte dotentur, Paranymphi nuptijs ad-
ſint,in templo à ſacerdote luſtrentur, preces ſummo Deo nuncupen-
tur,& huiuſmodi quædam [e] quæ de ſacræ ueteris legis ritibus ſumpta
eſſe uidentur,[f] quarum tamen nonnulla facile quidem omitti poſſunt, 3
cum honeſtatis tantum cuiuſdam cauſa requirantur,quale illud eſt, ut
parentes filias ſuas uiro deſpondeant, iiſq; æquam dotem conſti-
tuant,[g] alia uero ſi adhibita non ſint,non quidem matrimoniũ ipſum
uitiant,ſed magni eos qui hæc ſolennia ſpreuerint, criminis reos red-
dunt.[h] Vnde & ius Pont.has deinde non nuptias,ſed clandeſtina uo-
cat matrimonia,mulieremq; ſic priuatim ductam,non uxorem,ſed con
cubinam.[i] Hincq; oritur quoq; ſumma inter ius ciuile & Pont. diffe- 4
rentia,Nam Iure ciu.qui cum ingenua & ſibi æquali muliere conſuetu-
dinem habuerit,is præſumetur matrimonii cauſa ita cum illa uerſatus
eſſe,ut modo diximus,[k] Aſt ius Pontif.niſi præſentibus teſtibus,alijsq;
ritibus ſeruatis,palam de utriuſq; conſenſu initio conſtiterit,eam con-
iunctionem ſecutam, adulterium potius ſeu ſtuprum, quam matrimo-
nium interpretatur,[l] Vult.n.utriusq; coeuntis uoluntatẽ omnino ma
nifeſtam,uerbisq; expreſſam eſſe,[m] Quod tamen non ideo factũ eſt,qua
ſi conſenſus tacitus,ad uerum matrimonium conficiendum, ſicuti &
expreſſus idoneus non ſit, nam & ſolo conſenſu hoc iure conſtat ma-
trimonium[n],Sed lex Pontif.quæ cuiusq; ſalutem præ oculis ſemper ha 5
bet,[o] ut periculis omnibus occurrat, in quæ naturæ noſtræ imbecilli-
tas labi poſſet,illam partem quæ unicuiq; tutior eſſe poſsit,ſemper am
plectitur,[p] Proptereaq; ubi uerba non ſunt expreſſa, cum dubia ea ſit
coniunctio,alteriusq; mutata uoluntate,fraus facile committi, & diri-
mi matrimonium poſſet,[q] lex ad turpem omnem ſuſpitionem exclu-
dendam,tum etiam nequis iudici queat imponere, uoluit conſenſum
hunc palam ſignificari,[r] Quæ res quoad matrimonii uim, Deiq; iudi-
ciũm minus erat neceſſaria,cum is ſatis intima cordis noſtri norit pe-
netralia

[a] l.in liberæ, cum glo.de ritu nup.
[b] Bal.c.i.§.iniuria de pace iur. nu. 39.et in.l.1.C.de confeſs. nu. 35.
[c] l.donat.de donat.ubi Imo.
[d] Cap.19.
[e] c.i.30.q.5.
[f] Tob.cap.7.8.10.
[g] c.noſtrates in fi. cum glo. 30.q.5.
[h] Hoſtien. in ſum. de clãdeſt.§.quã pœnã,& Abb. c.i.eod.tit.
[i] c.omnibus.§.i.34 Diſt. & Card.in .§. is qui ead. diſt.
[k] d.l.in liberæ, d. l.donationes.
[l] Glo.c.i.30.q.5. et in.c.illud uer. uxorẽ, de præſumpt.
[m] c.tuæ,de ſpõſal.
[n] c.ſufficiat. 27.q. 2.c. cũ locum.de ſponſal.
[o] c. ſignificaſti.2. de homicid.
[p] Glo.d.c. aliter 30.q.5.
[q] c.ſi quis ead.q.
[r] Præpos.Rub. de cland. deſp.

netralia, intelligatq; qua mente & consilio à nobis cuncta gerantur.[a]
6 Propterea si quærat aliquis, an matrimonium sic clam contractum, bona tamen coniugij fide matrimonium uere sit, Respondendum est, id procul dubio re ipsa matrimoniū esse, ex quo matrimonii causa uterq; consensit,[b] ecclesia tamen id ita interim non probat, quod illi iusta solennia defuere. Intelligimus ergo, hæc non perficere matrimonium, sed potius declarare, Quapropter si hi, qui sic clam initio ut coniuges simul coierunt, rem deinde aliis, ut sese habeat, detexerint, ii post non ut fornicatores, sed ueri coniuges etiam ante acto tempore fuisse in foro Pontif. iudicantur,[c] cum & antea uir ac mulier quoad affectum, recte uxor & maritus appellari possent,[d] quin & alijs quādoq; modis cōtingit, furtiuum initio concubitum, post iustum connubium censeri,[e]
7 quos suo loco commodius referemus.[f] Hinc ergo sequitur, ut nec filii nati ex hoc clādestino coniugio illegitimi habeantur, præterquā si intra gradus prohibitos fuerint concepti,[g] legis enim illa præsumptio, ut ubi solennia omnia adhibita non sunt, fornicatio potius talis sit censenda, in ipsorum furtim coeuntium odium, tātum recepta est, quæ non ideo legitimos filiorum natales ulla in parte lædit,[h] Sed tutius multo erit, morem ab ecclesia in nubendo constitutum obseruare, ut parentes quouis tempore, & suæ ipsorum famæ, & liberorum suorum consulant. Si tamen alia esset alicuius ciuitatis consuetudo, quæ aliquid ex his quæ ab ecclesia requiruntur, soleat omittere, non crederem eum nota dignum, qui patriæ institutum sequeretur,[i] cum traditum sit, ea tantum clandestina matrimonia dici, quæ præter mo
8 rem, ritumq; patrium contracta sunt,[k] Idcircoq; nec hodie amplius publica illa in ecclesiis denuntiatio propositis edictis uidetur necessaria,[l] cum satis sit conuocatis amicis hæc solennia peragere, qui mos ubiq; ferè, sed maxime in Italia adhuc uiget, ut Doctores multi attestantur,[m] Quoniam tamen in hac re, magni nominis Ruinum, in responsis suis uariasse legimus,[n] de ea latius infra agendum reseruabimus.[o]

a c. tuæ. cum Glo. de sponsal.
b d. c. si quis. Card. Cald. Præpos. Rubrica de cland. desp. Dec. cons. 23. num. 6.
c c. 2. de clan. desp.
d c. omnibus §. i. 34. Dist.
e c. illud, de præsump. c. is qui fidem, de sponsal. Alex. cons. 151. in. 5.
f cap. x.
g c. fin. §. si quis uero. eod. tit.
h Abb. c. lator. qui fil. sint leg. Dec. c. ecclesia. de cōsti. num. 44. Alcia. Reg. 2. præsump. 5.
i Sozin. iun. cons. 86. col. pen. & fin. in. 2.
k Bart. l. 2. C. de his qui ex publ. rat. lib. x. Abb. c. fin. de cland. desp. num. 9.
l de qua in c. fin. de cland. despon.
m Ioa. Lup. in Tractа. de matr. & le. in. 2. par. princi Doct. & præp. c. fin. de cland. desp.
n Ruin. cons. 14. num. 10. in. 3. & idē cōtra, in cōs. 51. num. 15. uol. 5.
o cap. ix.

De uarijs causis matrimonium impedientibus.

1 Non licet eodem tempore plures vxores habere & quæ sit ratio.
2 Cur inter propinquos matrimoniū prohibeatur.
3 Inter ascendentes & descendentes, non consistit matrimonium.
4 Inter transuersales quando permittatur.
5 Apud Hæbreos, cur fratris mortui vxorem ducere liceret.
6 Iure ciuili intra quem gradum nuptiæ probentur.
7 Quid ius Canonicum statuat, & cui magis standum sit.
8 De cognatione spirituali.
9 De cognatione legali, An ex his matrimonium impediatur.

CAP. VI.

QVOD modo diximus, ad legitimorum filiorum procreationē, satis esse uirum & uxorem inter se matrimonii causa consentire, hoc tamen nō usquequaq;, sed moderate sanè intelligendū est, Sunt.n. certæ personæ exceptæ, cum quibus non recte nuptias cōtrahimus, & quasi limites quidam præfixi, quos in nubendo transilire omnino prohibemur, Nec.n.quod antea de pluribus gentibus & nationibus retulimus, apud quas sine delectu nunc filij matribus, nūc patres neptibus, ipsiq; inter se fratres & sorores, atq; uni plures quandoq; miscebantur, huiusmodi monstra & portenta potius, Romani in sanctissimas suas leges recepere: quin certis ordinibus distinctis, & gradibus quibusdā cōstitutis, hoc illis præ cæteris fuit antiquissimum, ne belluarū more temere & fortuito ad tā uerenda matrimonii sacra irrueremus.[a] Principio igitur illud satis constat, eum qui rite uni mulieri iunctus est, nō posse eodē tēpore & iustā cum alia fœmina habere cōsuetudinem,[b] huiusmodi.n.hominem ut fœdissimum, etiā Prætores in edicto infamia notauerunt,[c] Siquidem barbarorū potius mos ille est, ut inquit Cic. in Ver. Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorū plures uxores habere. & Tacit. Soli inquit Germani ex barbaris omnibus, singuli singulis iunguntur uxoribus. Et licet apud Rom. olim Valētinianus Cæsar duarū simul uxorum coniugiū permisisset, Iulius etiā Cæsar liberorum quærendorū causa, ut quot quisq; uellet uxores ducere, legē ferre cōstituisset,[d] quod & Socratē, & Demetriū, & Euripidē, & alios factitasse aiunt,[e] fuerunt tamen hæc posterioribus legibus merito abrogata,[f] summaq; in eos qui secus facerēt, pœna cōstituta.[g] Nā cū & illi qui pluriū fœminarū cōmercia appetunt, nō leue incontinentiæ & libidinis suæ præbeāt documentū, cū legamus antiquitus, quæ uno cōtētæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ ornatas, ob id scilicet quòd existimabant, eā quæ plures uiros experiretur, ab intēperantia & lasciuia nō abesse, Tū uero nō dubiū id est, eā ex nuptiis inter maritū & coniugē necessitudinē cōciliari debere, qua nulla arctior possit existere, quippe quæ nō corpora tātū, sed & animi affectus, gaudia, dolores, uoluptates, perturbationesq; cōes reddat, mutuoq; in omnib⁹ officio, & uolūtate eos deuinciat,[h] Quod si aliquis hæc ipsa nō uni tātū, sed plurib⁹ mulierib⁹ uoluerit impartire, is profectò ueræ & integræ amicitiæ ius uidetur peruertere, quæ cū duorū uinculo perfecte solidetur, nō in pluresdistrahēda, sed duorū tātūmodo animorū iugo uinciēda, perpetuoq; ita est retinenda,[i] quā rē & multis aliis rōnib⁹, multi maximi & clarissimi uiri cōprobauere.[k] Quib⁹ nō obstāt cōtraria exēpla sanctorū uirorū Iacobi, Abrahami, Lamec, qui plures uxores legūtur habuisse, nā ut Innocentius

a c. nuptiarum. 27. q. 5.
b l. 2. C. de inc. nup. l. eum qui. C. de adulter.
c l. i. in fi. l. quid ergo, de his qui not. infam.
d Sueton. in Cæs. cap. 52.
e Tiraq. de legib. Connub. pag. 55. 59.
f l. nemo. i. C. de iudæ. l. eum qui. C. de adult.
g Alex. cons. 165. in. 7. Rom. cons. 31.
h l. i. de rit. nup. l. aduersus. C. de crim. exp. hær.
i Arist. ethic. 8. c. 5
k Lactan. lib. 3. c. 21. Laert. in Zeno. Arist. polit. 2. cap. i. 2. Card. c. dilectissimis. 12. q. i. num. 9.

centius Pont. ait,[a] cum illis ita diuino afflatu suadēte licuerit, nostrum non est rem tam arcanam & sacram communibus regulis aut exem-
2 plis cōferre,[b] quod & supra attigimus. Fuerunt præterea & inter propinquos, qui maxima essent inter se sanguinis coniunctione deuincti, coniugia prohibita, An ob id fortasse, quod naturalis nescio quid uerecundiæ nobis innatum est, qua huiusmodi sanguinis cōmixtionē in coniunctis abhorremus? An quod nuptijs necessitudines augeri debent, & per eas plurimorū nobis societatē & coniunctionē adiūgere?[c] An quod mulieres propter imbecillitatem, multorum ope & auxilio egentes, propinquis idcirco nubere noluerunt, ut si qua à suis uiris in-
3 iuria afficerentur, cognati opem ferrent, quod Plutarch. tradit? Illud quidem certum est, inter ascendentes & descendentes iustū matrimonium tam ciuili quam Pontificio iure non posse consistere,[d] quod cum & olim apud ueteres diu obseruatum fuisset, uir quidam deinde sane pauper, cæterum bonus & in primis popularibus acceptus, neptē cui ampla dos fuerat relicta, primus in matrimonium duxit, qua de re à multis accusatus, cum & idem multitudinis iudicio absolutus fuisset, plebiscitum deinde factum est, ut in ducenda uxore, usq; ad neptes descendere liceret, superior necessitudo prohiberetur.[e] Hodie tamē usq; in infinitum huiusmodi nuptiæ uetitæ sunt,[f] quod & in iis qui parentum filiorum'ue loco habentur, qualis est nouerca & nurus, iure optimo procedit,[g] tā etsi Antoninum Caracallam legamus, Iuliam nouercam uxorem duxisse, causatus Principi quodcunq; liberet, impune licere. Inter eos uero qui ex transuerso nobis iunguntur latere, licet non
4 in infinitum, sunt tamen & usq; ad certum gradum uetita connubia, quod quidem uarie apud ueteres obseruatum est, fratris enim filiam ducere legibus antea prohibebatur, sed ubi Claudius Cæsar[h] rem de suetam usurpans, Agrippinam quam maxime deperibat, sibi uxorem desponsauit, idē passim cæteri deinde Principes licere uoluerunt, quod tamen deinde à Nerua fuit seuera constitutione prohibitum,[i] hodieq; seruatur.[k] Fratris etiam defuncti uxori, aut uxoris defunctæ sorori copulari antea licebat,[l] Cæcilius enim Metellus uxore defuncta, illius sorori nupsit, & L. Crassus ex defuncti fratris uxore filios suscepit, quod Hæbreis lege ueteri expresse erat præceptum, ut scilicet fratris, qui sine prole decessisset, semen suscitaretur,[m] Hodie & hoc utroq; iure est abrogatum,[n] Illud enim quod iis prisca lege sub uerborum inuolucris iussum fuerat, aperte deinde, quid id sibi uellet, declaratum est,[o] Præte-
5 rea Hæbrei ipsi, ut tradit August.[p] hoc maxime curabant, ne propinquitas nouis propaginū ordinib9 se sensim dirimēs, quasi euanesceret, ideoq; cognationē antea ceptā, rursū matrimonii uinculo colligabāt,

a c. gaudemus, de diuort. uer. nec ulli.
b c. duæ sunt. 19. q. 2.
c c. 1. 35. q. 5.
d l. nuptiæ, cum Glo. de rit. nup.
e Plutar. in Problem.
f Host. in sum. de consf. & affin. §. item quæritur.
g §. affinitatis §. socrum. Inst. de nupt.
h Suetō. in Claud. cap. 26.
i Dion in uita Neruæ.
k §. fratris. Inst. de nupt.
l l. i. C. de inc. nup. in. C. Theod.
m Deutero. 25. Luc. 20.
n c. si quis desponsauerit. 27. q. 2. c. fin. de diuor. l. tā quam. C. de inc. nup. in. C. Theod.
o c. olim. 8. q. 1.
p lib. xi. de ciuit. Dei

& quodammodo fugientem reuocabant, ut in una familia; uel tribu opes in perpetuum permanerent, Moyſe ita dicente,[a] Omnes uiri, ducant uxores de tribu & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ de eadẽ tribu maritos accipiant, ut hæreditas permaneat in familijs. Cũ.n. in bonis, quæ in unamquanq; tribum fuerãt æqualiter diſtributa,[b] & fœminæ ab inteſtato ſuccedere poſſent, [c] curabant idcirco ut in propria familia nuberent, ne bona in diuerſam tribum peruenirent, poſſeſsioq; antea recte diuiſa conturbaretur, alienæq; familiæ locupletiores redderentur. [d] Sed hæc iam deſueta & obliterata ſunt, Diuerſæ.n. prorſus tam ciuili quàm Pont. iure connubijs hodie leges ſunt præfinitæ, ſiqui 6
dem ius ciuile quaſcunq; intra tertium cognationis gradũ contractas nuptias damnat, in quarto & reliquis (dum tamen de ijs perſonis non agatur, quæ parentum loco habentur, [e]) approbat & admittit, [f] Sic.n. Brutus Portiam Sobrinam, & Scipio Naſica Sobrini Aphricani maiorem filiam ſibi deſponſaſſe fertur, quod & unicuiq; licebat. Iure uero Canon. & olim uariatum fuit, Fabianus.n. quartum affinitatis gradũ interdixerat, [g] poſtmodum Iulius non quarto contentus, rem uſq; ad ſeptimum perduxerat, [h] quod & ipſum Gregorius comprobarat,[i] Viſum tamen deinde nimis hoc ſeuerum eſt, cum nemo ferè connubium in propria poſſet ciuitate reperire, & idcirco Innoc.iij. ut in ſecundo affinitatis genere nuptias admiſit, ita quartũ conſanguinitatis & cognationis gradum excluſit, quod et hodie ſeruatur, eſtq; plurimũ in uſu. [k]
Illud quidem omnibus notiſsimum eſt, non eodem modo gradus Iure 7
ciuili & Cano. dinumerari, cum ius ciuile quoad tutelas, hæreditates, ſucceſsiones, eos recenſeat, Ius uero Pont. ratione matrimonii & coniunctionis de iis agat, unde & in propria quodlibet materia ſeruandũ erit. [l] Sanè & ad impediendas nuptias illa potiſsimũ affinitas cõſide 8
rari ſolet, quæ ex luſtricis ſacris (cognationẽ ſpiritualẽ uocant) contracta eſt, [m] Etenim ſi arctior ſanguinis coniunctio legitima impedire matrimonia apta eſt, quo magis hoc ex diuinis ſacramentis profecta cognatio efficere debebit? [n] cum præſertim is qui puero in his ſacris auſpex fit, Deo fideiubere uideatur, ſe in illum quæ ab optimo parente ſolent officia proficiſci, egregie collaturum. [o] Prohibet igitur quãplures perſonas huiuſmodi cognatio inter ſe nubere, [p] quod non tã Principum conſtitutionibus, [q] ſed & Pont. Decretis ſæpiſsime eſt traditũ,[r] etiamq; in illegitime natis locũ habet. [s] Illa etiam cognatio nuptiis 9
impedimento eſſe ſolet, quæ ſolo iuris ciuilis uinculo iũgitur, adoptio neq; contracta eſt, Cum enim ad ueri matrimonii ſimilitudinem ſit inſtituta, non patitur parentes aut fratres ipſos inter ſe copulari, [t] ſuosq; & ipſa ordines conſtitutos habet, quos egredi non licet.[u]

a Num.36.
b Num.26.
c Numc.27.
d Ruth.4.Thob.7
e §.itẽ amitã. cum Glo. Inſt.de nup.
f §.duorũ. Inſt. eod.l. nemini.C. eod.
g c.de propinquis 35.q.3.
h c.nullum.q.ead.
i c.de affinit.q.ea.
k c.non debet, de cons. & affin.
l c.ad ſedẽ.35.q.5.
m c.i.decogn.ſpir. in.6.
n c.1.2. 30.q.3.
o c.uos ante, de cõſecr. Diſt.4.
p Glo.c.i.§.fin. de cogn.ſpir. in.6. Abb.c. martinus eod.tit.
q l.ſiquis alumnã C.de nupt.
r tot. tit. de cogn. ſpir. & 30. q.2. 3.4.
s Abb.c. fin. de cogn.ſpir.
t c.i.c. per adopt. 30.q.3.
u gl.c.un.de cogn. leg.

Quæ tamen omnia tunc demum legitimam sobolem afficiunt, nisi iustus error, probabilisq; ignorantia, parentes ab omni crimine excusaret,[a] Ea autem cuiusmodi esse debeat, ut nihil filijs noceat, Doctores late declarare solent[b].

a c. ex tenore. qui fil.leg.c.fin.de cland. desp.
b Dec.cõs. 153.154 dicemus infra. cap.9.

An ex illicito concubitu, affinitas ulla oriatur, quæ matrimonium impediat.

1 Affinitas quid sit.
2 Illegitimi non dicuntur coniuncti, nisi certis casibus.num.6.
3 Ad impediendas nuptias, illegitimi nihil à legitimis differunt.
4 Affinitas cum illegitimis quomodo cõsideretur, tam iure ciuili quàm Pont.
5 Affinitas iusta quæ sit, & quæ naturalis tantum.
6 Quo casu, illegitimi, consanguinei appellentur.

CAP. VII.

INTER cætera, quæ matrimoniũ inter aliquos iungi prohibent, supra diximus affinitatem memorari, ubi ea intra quartum gradum nobis antea cum aliquo intercedebat, Verũ id nunc in quæstionẽ uenit, utrũ ex quacunq; uel illicita coniunctione, an uero ex legitimo tantum matrimonio hæc affinitas oriatur, puta, fuit mihi quandoq; cũ aliqua muliere consuetudo, poterit ne filius, aut frater meus, illã amplius uxorem ducere? aut ego illius matrẽ, sororẽ, nepotẽ? Res prima quidem facie, eã partem uidetur suadere, quæ fauet matrimonio, ut id libere inter eos contrahi posse dicatur. 1 Primo, quod scimus affinitatẽ dici, coniunctionẽ personarum, quæ antea diuersarum erãt cognationũ, per nuptias copulatã,[c] Vbi ergo nuptiæ non erunt, ibi nec affinitas, ulla coniungi poterit,[d] Deinde quòd cũ affinitas, & ciuili, & Pont. iure, uti res honestissima sit recepta, nõ uidetur ea ex his complexibus, qui turpes & illiciti sunt, posse existere, cũ id, quod per se facinorosum, indignumq; est, nihil decẽs, honestumq; unquã parere ualeat,[e] 2 Postremo quòd illegitime nati, nullo prorsus iure nec ciuili, nec naturali, patri suo unde affinitas oritur, iũcti esse intelligũtur, quin ab eo, eiusq; agnatis penitus alieni,[f] Quid ergo eos prohibebit, nuptias inter se conficere, si nulla antea simul necessitudine sunt copulati? Vereor ego tamẽ ne contraria sententia uerior multo sit, quam aliis probare rationibus esset superuacaneum, cum expresse multis locis & ciuili & Pontif. iure 3 traditum sit, nihil interesse ad impediendum matrimonium, an ex iustis nuptiis cognatio descendat, aut iniustis,[g] cum ex quocunq; concubitu affinitas contrahi soleat.[h] Id uero ita receptum dicitur, ut quamuis cæteris in rebus, illegitime nati, nullum ius coniunctionis à patre ducant, in hac una tamen causa, ubi de matrimonio agitur, uoluerint leges eorum perinde, ac legitimorum rationem

c l.non facile.§.affines, de gra.aff.
d d.l. non facile.§. sciendum.
e c.legi.16.q.1.c. cũ Paulus.1.q.1.
f l.si spurius, unde cogn. Auth. licet in fin.C.de nat. lib.Bal.l.cũ legitime, de sta.hom.
g l.& nihil:de rit. nupt.
h c. discretionẽ. c. pe.de eo q cogn. cons.c. per tuas de probat.ubi Dec.2.notab.

habendam, eo quod in matrimonijs, naturale ius, & pudor inprimis inspiciendus est, Contra pudorem autem est, eas personas, quæ à nobis sanguinis semina hauserunt, inter se ita copulari, [a] In eo quidem fateor adhuc esse controuersiam, quod uolunt Doct. [b] quãuis cum illegitimis æque ac cum legitimis eadem connubij iura seruentur, lege tamen ciuili, cum his affinitatem nullam unquam considerari, sed quidã aliud potius esse, quod matrimonium impediat celebrari, eo quod affinitas hoc iure non nisi ex iustis nuptijs oriatur, [c] Iure uero Pont. secus esse, cum ex quocunq; concubitu illa contrahatur, [d] Et propterea non eodem modo affinitatẽ Iure ciuili, ac Canonico aiunt diffiniri. [e] 4 Ego uero aliter semper putaui, Videlicet Iure ciuili, quoad impediendas nuptias, nobis cum uulgo quæsitis filijs, ius necessitudinis intercedere, & idcirco fratrem legitime natum, prohiberi uulgo quæsitam sororem suam uxorem ducere, quod inter eos cognatio spectetur, [f] & eadem ratione patrem naturalem cum filia spuria non posse copulari, [g] sicuti nec filii cum patrum suorum concubinis. [h] Hanc autem siue cognationem, siue affinitatem, iustam quidem dici non contenderim, ita ut cæteris in rebus, ueluti hæreditatibus, tutelis, testimoniis dicendis, & hi affinium numero habeantur, [i] Sed quoad hanc tantum causam dico, ubi de nuptiis celebrandis agitur, eos ut affines, iure ciuili recte censeri posse, [k] sicuti & iure Canonum, ob idq; nullam inter hæc duo iura, quoad hanc rem, differentiam superesse, cum in dubio Ius ciuile contrarium Pontificio non præsumatur, nisi euidentissime expressum sit, [l] uideamusq; Canones hanc affinitatem uocare, quæ etiam ex illicito complexu oritur, [m] id tamen ubi tantum de matrimonii agitur cõiunctione, quod etiam cum Iure ciuili consentit. [n] Erit igitur quæ ex 5 iustis nuptiis descendit, illa quidem affinitas late patens, ciuilis, naturalis & legitima, Ast hæc quæ ex fornicatione producitur, naturalis tãtum & illegitima, ut Hostiensis ait, [o] proptereaq; in hac tantum causa obseruata, ubi de matrimonio agitur copulando. Quod sanè præci- 6 pue notandum erit, ut sciamus hoc saltem casu illegitime natos, consanguineos & coniunctos recte dici posse, [p] tam etsi cæteris in rebus secus forte sit, ut infra latius disputandum erit. [q]

a l. adoptiuus. §. seruiles, de ri. nupt. l. liberi, cũ Glo. C. de nupt. Ang. cons. 401. nu. 9.
b Glo. §. affinitatis Inst. de nupt.
c d. §. sciendum.
d d. c. discretionem uer. affinitas, & c. pen. eod tit.
e Io. And. 35. q. 5. in Arb. affinit.
f l. et nihil. de ritu nupt.
g l. adoptiuus. §. seruiles. eod.
h l. Liberi. C. de nupt.
i iuxta. l. Iuriscon. in princ. de grad. affin.
k Glo. l. non facile §. affines. eod. Azo in sum. C. de nupt. §. est autẽ.
l c. i. de oper. nou. nunt. ubi not.
m d. c. discretionẽ.
n Prosdoc. in trac. de affin. nu. 3. 4.
o In sum. de affini. §. i.
p Felin. Dec. c. per tuas de prob. 2. Notab.
q Cap. 60.

An hodie in nuptiis filiorum, consensus patris sit necessarius.

1 Cur lex ciuilis, patris consensum in nuptiis necessario requirat.
2 In matrimoniis præualet lex Pontificia.
3 Iure Canonico consensus patris necessarius non creditur.
4 Contra late disputatur.
5 Post. xxv. annum, filia sine patris consensu, etiam Iure ciuili nubere potest.
6 In matrimoniis spectandum, non quod licet, sed quod honestum est.

Vbi

CAP. VIII.

SVNT & aliæ plures causæ quæ iustum impediunt matrimonium contrahi,[a] ex quibus nos unam tantum, quæ præcipua est, in præsenti persequemur. Iure enim ciuili filiusfam. absq; consensu patris, aut eius in cuius est potestate, nuptias conficere non potest[b].
1 An uero id ita lex statuit, quod uisum hoc admodum est iuri naturali congruum, ut quibus in reliquis parere debemus[c], in nubendo etiam eorum consensum adhibeamus[d]? An quod patres optimum pro filijs capiant consilium[e], ipsisq; cautius multo & rectius quam sibi met consulere existimentur[f]? An quod res hæc maximi sit momenti, ad quam omnes ferè uitæ nostræ actiones diriguntur, in eaq; deliberanda maturo opus sit consilio, non iuuenili & temerario forte animi impetu? Planè sciendum est, in ijs tantum filijs hoc constitutum, qui in sacris paternis essent[g], ad emancipatos hanc legem minime pertinuisse.[h] Contra ea tamen stant hodie Iuris Pont. sanctiones, quæ generaliter quoscunq; filios seu in potestate, seu emancipatos, ab hoc consensu impetrando liberant, præualentq; hæ procul dubio Iuri ciuili
2 cum in matrimonij causis Imperatoria lex Pontificiæ ubiq; concedat[i]. Omissus uero hoc iure est consensus patris ea de causa, quod cum ma-
3 trimonium res sacrosancta & spiritualis censeatur[k], in eo patria potestas attendi non debuit[l], cum illa quæ instinctu Dei aguntur, sub lege hominum non sint[m]. Ideoq; solus hoc iure ipsorum nubentium consensus requisitus est[n], permissumq; mulieri, ut inuito & reclamante patre sibi coniugem ualeat adsciscere, sintq; eæ legitimæ nuptiæ[o], nec à patre idcirco exhæredari possit,[p] quod lege ciuili licuisset[q]. Quin coegit Canon patrem ad dotem & omnia necessaria illi subministranda, tam & si eo inscio connubium sit celebratum[r], uoluit enim matrimoniū omnimoda libertate gaudere[s], adeo ut nec lege Municipali contrarium caueri possit[t]. Cui rei et diuina illa sententia assentire uidetur, ita in his nuptijs instituendis à Deo prolata, nimirum ut relinqueret quis patrem & matrem suam, adhæreretq; uxori[u], quasi hæc solius nubentis uoluntate non ab alieno pendere deberet arbitrio. Et hæc opinio ita cōmuniter ab omnibus Doctoribus est recepta[x], ut hucusq; neminem ego repererim, qui cōtrarium sentire ausus fuerit. Videa

a Glo. §. illud. inst. de nupt. uer. enumerari.
b l. 2. de rit. nup. l. si ut proponis. C. eod.
c l. ueluti. de iust. & iu.
d Inst. de nupt. in princ.
e l. nec in ea. de adult.
f l. isti quidē. quod met. cau.
g l. in cōiūct. C. de. nupt.
h l. si filius, de rit. nupt. l. 3. §. si fili. de contr. tab.
i c. fin. de sec. nupt. c. euphemium in fin. 2. q. 2.
k Glo. c. ueniens uer. necessaria, de transact.
l c. fi. de iud. in. 6.
m c. licet, de reg. c. duæ sūt. 19. q. 2
n c. sufficiat. 27. q. 2. c. cum apud. de sponsal.
o c. cū cām. de rap.
p Abb. c. i. de desp. impu. & cons. 12
q Auth. sed si post. ubi Castr. C. de inoff. test.
r Glo. c. fin. 32. q. 2 Bar. l. 2. §. quod si in patr. sol. matr.
s c. gēma. c. requisiuit, de spōsal.
t Alex. cons. 97. in. 1. Dec. c. ecclesia, de constit. num. 41.
u Genes. cap. 2.
x Glo. l. paulus. de stat. hom. & c. i. de desp. impub. Bal. l. 2. de nupt. Castr. Auth. sed si. C. de inof. test. Anch. cons. 21. Ang. 29. Alex. 97. in. 1. Dec. cons. 231.

mus nos an diuersa opinio melioribus nitatur argumentis, ut cum singularis recte dici possit, simul & illam honestiorem, longeq; communi sententia æquiorem esse demonstremus. Hoc autem facile & exēplis & rationibus, & legibus probare possumus. Scimus.n. peruetustam hanc admodum consuetudinem fuisse, ut in filiorum nuptiis consensus patris interesset, [a] cum duxerit usq; à Moyse originem, quem non sine afflatu diuino cuncta gessisse comperimus. Is autē ita statuerat, [b] Si seduxerit quis uirginem nondum despõsatam, dormieritq; cum ea, dotabit illam, & habebit uxorem, si pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam uirgines accipere consueuerunt. Hoc modo filium Thobiæ Saran uxorem duxisse, illam ei tradēte Raguele patre legimus, [c] et Rebecca explorato prius Bathuelis patris consensu Isaac despondetur, [d] & Hemor rogat Iacob patrem Dinæ, & eius fratres, ut illam filio suo Sichem iungant matrimonio, [e] & Thamar non prius se ab Ammon iniri patitur, quàm is cum Rege patre de ea re loquatur, [f] Sic in Decalogo Deus ipse præceperat, ut parentibus honos haberetur, quod & ad hæc nuptiarum solennia referēdum, Theologi quidam tradidere. Idem quoq; Ethnicos obseruasse Apuleius significat, qui lib.6. Venerem inducit argumētantem, nō uideri legitimas inter Psychen & Cupidinē nuptias, eo quòd res acta esset furtim, patre non cognoscente. Hoc autem totum num maxima innititur ratione? cum parētes filiorum utilitati ita prospiciāt, ut propria quodammodo commoda negligant? [g] quæ cõiectura adeo potens est, ut multa alioquin filijs ipsis damnosa & inutilia, ex quo tamen à patre sunt gesta, lex semper in meliorem partem interpretetur, utq; illis salutaria approbet & admittat. [h] Quæ uero tandem ex hoc patris consensu filiis, aut iniuria aut damnum potest emergere? num si ultra.xxv. annum filiā desponsare differat, tunc libere ea sibi maritū potest eligere? [i] intra eam etiam ætatem si bonum uirū fuerit nacta, eiq; genere & opibus æqualem, iudicis officium implorare, qui uel patrem ad id etiam nolentem adiget, uel illam congruo modo dotandā curabit? [k] Absurdum certe hoc nimis est, nobis ignorantibus uel inuitis bonorum nostrorū successores nobis aliquos oriri. [l] Adde quòd lex dixit, non ciuili tantum, sed naturali iure hoc institutum fuisse, ut patris consensus in nuptiis præcederet, [m] quæ uerba arguūt omnino, uix posse quicquam in contrarium recte decerni. [n] Sed quis unquam contrarium statuit? non ne & Euaristhus Pont. aliter legitimum non posse fieri coniugium dixit, nisi à parentibus puellæ peterentur? [o] Et Leo Pont. absq; paterno consensu non iustas haberi nuptias? [p] quod & Toleta. concilio comprobatum est? [q] Diuus etiam Ambrosius uirginalis

a c.tria.36.q.2.
b Exod.22.
c Tobiæ.7.
d Genes.24.c. honorantur.32.q.2
e Genes.34.
f Regum.2.cap.13
g l.isti quidem, q met.cau.
h Bart.l.2.num.22 de uulg.arg.l.cū quidā.C.d legat.
i §. aliud quoq; in fi.Auth. ut cum d appel.cognos.
k l. qui liberos, de rit.nupt.
l arg.l. in bello §. medio, de capt. & postl. reu.
m Inst. de nupt. in princ.
n §. sed naturalia de iure nat. gēt.
o c.aliter.30.q.5.
p c.non omnis.32. q.2.
q c. hoc sanctum ead.q.

ginalis non eſſe pudoris maritum ſibi ſponte eligere ait,[a] in matrimo-
nijs autem contrahendis ius naturale & pudor inſpiciendus eſt, [b] idq;
6 maxime non quod licet, ſed quod & honeſtum eſt [c]. Quid autem
æquius eſt, quam parentum arbitratu filiam copulari[d]? Iam uero
quid huic ſententiæ ualde repugnet, non inuenio, Nam & ſi libera iu
re Canon. debeant eſſe matrimonia, [e] eadem met tamen libertas &
iure ciuili requiri ſolet,[f] quo quidem patris conſenſum ſcimus eſſe ne-
7 ceſſarium, Nec enim contrahendi matrimonij facultas idcirco dici-
tur impediri, cum patre conſenſum adhibere negante, iudex ad id par
tes interponat ſuas.[g] Requiſiuit enim eius conſenſum lex, quod exiſti-
mauit eum ut diximus bene filijs conſulturum [h], quod ſi ſecus accide-
rit, iudex quod in patre deſideratum fuit, reponet, filiorumq; uotum
patris præponet obſtinationi[i]. Cumq; alias & iure ciuili omnia ad ma
trimonium impedimenta reijciantur[k], ualet tamen conditio legato
adiecta, ſi mulier ſecundum Sempronij conſilium nupſerit[l], Nec enim
his uerbis nubendi facultas ulla in parte imminuitur, cum mulier eius
quidem conſilium exquirere, non tamen id neceſſario ſequi, qualecun
8 que id fuerit, cogatur [m], Sic & ſtatutum quod in fœminarum contra-
ctibus duorum propinquorum conſenſum expoſcit, idcirco ſuſtinetur,
quod ſi illi abſq; iuſta cauſa conſentire negent, tunc quod à mulierib9
9 geſtum erit, irritum eſſe non intelligitur[n], Vnde quod dicitur patriam
poteſtatẽ in ſpiritualibus eſſe negligendam, id forte poſſet procedere,
ſi ea in his aliquo nobis eſſet impedimẽto, quod in quæſtione noſtra lo
cũ non habet. Nec me mouet, quod alibi ſolum eorũ qui matrimo
nio iungi uolunt conſenſum inquiri lex ait[o], Nam crederem ego non
10 ideo parentes his uerbis licet præfinitis excludi, [p] prout & ſtatutum
quod ſoli epiſcopo rerum adminiſtrationem concedit, capituli tamen
conſenſum tacite requirit,[q] & edictum quod liberis qui ad bonorũ poſ
ſeſsionem contra tab. admiſsi ſunt, legata ſolis parẽtibus & liberis præ
ſtare iubet,[r] plures etiam alias perſonas complectitur, quibus præſtan-
da ſunt.[s] Vnde generaliter proditum eſt, huiuſmodi dictionibus, nun-
quam uel ſimiles, uel connexos caſus excludi.[t] Quin ut ingenue fatear,
contrarium potius hæc uerba ſignificare dixerim, ut ſcilicet id ibi Ca
nõ uelit, & patrem in his nuptiis omnino adhibẽdum, Ait ſi quidem.[u]
11 Sufficiat ſolus ſecundũ leges conſenſus eorum, de quorum coniun-
ctione agitur. Non igitur ſimplicem illorum cõſenſum tantũ ad hoc
idoneum ait, ſed talem probat, qualẽ leges expoſcunt, munitum nem-
pe patris conſilio, quod & alia Decreta oſtendunt,[x] quæ quãuis ſecun-
dum honeſtatem & æquitatem quandam loqui concedamus,[y] adigũt
nos illa tamen, perinde ac in ueri & legitimi præcepti uim prolata.[z]

a c. honorantur ead. q.
b l. adoptiuus, de rit. nupt.
c l. ſemp. eod. tit.
d c. fin. 36. q. 2.
e c. cũ locum, de ſponſal.
f l. fin. in fin. C. de ſponſal.
g l. qui liberos, de rit. nup. Bart. l. i. §. ſi plures, de exercit. num. 9.
h l. ſi pater. C. de ſponſal.
i l. uiduę. C. đ nup.
k l. cũ ita. l. hoc mõ de cond. et dem.
l l. Theopomp. de dot. præl.
m Caſt. Alex. l. turpia §. i. de leg. i. Felin. c. ex parte de conſt. Bart. l. i. §. ſi plẽs, col. 4. de exercit.
n Bar. l. i. ſi cũ dotẽ §. eo tpe. ſol. matr. Caſt. l. i. C. und. uir & ux.
o c. cum apud. de ſpõſal. c. ſufficiat 27. q. 2.
p Gl. d. c. ſufficiat.
q Arch. c. 2. de accuſ. in 6.
r l. i. de bon. poſ. cõt. tab.
s l. 1. iij. de leg. præſt.
t Bal. Ias. num. 7. l. i. C. de bon. poſſ. cont. tab.
u d. c. ſufficiat. 27. q. 2.
x c. pe. fin. 32. q. 2.
y Glo. fin. d. c. fin.
z Dec. c. i. de cõſt. num. 15.

Aut dicamus, de solo ibi consensu mentionem fieri, ut demonstretur, absque etiam concubitu perfici matrimonium posse, non quod paternã ideo uoluntatem uoluerit excludere, ut ex præcedenti Canone significatur.[a] Illud magis urgere uidetur, quod dicitur[b] illum raptorem non esse, qui puellæ assensum habuit, & prius eam despõsauit, quàm cognorit, licet parentes reclamarent, à quibus dicitur eam rapuisse, Sed ego uerba illa interpretor, ut in nuptijs consensus quidem patris affuerit, 12
à raptu uero dissenserit, colligiturque omnino hoc ex tex. illo, ubi de nuptiis nihil agitur, sed tantum de raptu, qui ratione puellæ commissus quidem non dicitur, cum ante desponsata esset, & tunc assenserit, ratione uero parentis dicitur rapuisse, cum illo reclamante eam abduxerit. Scimus. n. raptum tã parẽtum ratione, quàm & puellæ ipsius cõmitti.[c] Non obstat quod de diuino præcepto dicebatur,[d] nam illud ad coniũctionem & societatem est referendum, propter quam quis à parentibus merito secedere potest, debet. n. quis malle cum uxore sua uitam degere, quàm à parentum latere non discedere. Quod si & authoritates has, uel si quas his similes, communem opinionem adiuuare dicas, cum tamen supra nos quamplures alias his contrarias adduxerimus,[e] adeo ut hoc iure res ambigua dici possit, habeamus hoc deinde apertissime Iure ciuili decisum, existimarem ego semper ex communi Do- 13
ctorum pronuntiato, siquid alterutro iure dubiũ est, altero deinde manifestum, illi semper standum esse, quod quæstionem minime indubitatam reddit, atque ita ex ciuilibus legibus hanc rem totam terminandã.[f]
14 Id tamen postremo non reticebo, posse & mediã quandam in hac re opinionem adstrui, quæ cæteris æquior forte & probabilior uideatur, nempe ut dicamus, iure etiam Pont. consensum patris ex præcepto requiri, si tamen adhibitus non sit, matrimonium nõ ideo dirimendum, tum quia & aliàs multa legibus prohibentur ne fiant, quæ tamẽ facta solẽt sustineri,[g] tum quia publicæ honestatis ratio magis lædi uidetur, si ideo coniugium dissoluatur, quàm si paternus consensus fuerit omissus, cum amissa semel pudicitia, amplius nequeat reuocari,[h] Sumpta uero est hæc opinio ex lib. sentẽtiarum Iulii Pauli, qui ita ait.[i] Eorũ qui in potestate patris sunt, sine uoluntate eius matrimonia iure non contrahuntur, sed contracta non soluuntur, Contemplatio enim publicæ utilitatis priuatorum commodis præfertur.

[a] c. matri. 27. q. 2. & facit. l. nupt. de reg. iur.
[b] d. c. cũ cãm, de raptor.
[c] c. 1. c. cum de raptoribus. 30. q. 2
[d] Genes. c. 2. in fin.
[e] c. aliter. c. non omnis. c. hoc sanctum. c. honorantur.
[f] Doct. c. 1. de oper. nou. nunt.
[g] l. patre furioso.
[h] c. si Paulus. 32. q. 5.
[i] Iul. Paul. lib. senten. 2. cap. de nuptijs.

An ex matrimonio, quod putatiuum dicitur, filij legitimi oriantur.

1 In matrimonio error iuris & facti, filios legitimos reddit.
2 Matrimoniũ quando dicatur palam cõtractum. & num. 4.

Ruinus

CAP. IX.

NVPTIAE sanè ut iustæ dici posśint, secundum legum præcepta, iis modis sunt conficiendæ, quos aliàs tradidimus. Quia uero fit quandoq́, ut quis se iustum credat matrimonium contraxisse, quod tamen re uera iustum non est, cum subsit aliquod impedimentũ, quod interim alios latebat, agemus nunc, an hi qui ex hoc, quod falsò creditum est, matrimonio oriuntur, illegitimi dici mereãtur. Quæ quæstio cum multa habeat capita, proprerea & eã in partes aliquot distinguemus, ut omnia clarius & facilius percipi posśint.

Primum caput erit, ubi nuptiæ inter aliquos palàm initæ essent, & uterq́ coniugum, legitime confectum id matrimonium existimasset,
1 erraretq́ uterq́, tam in iure, quàm in facto, Hic sanè si qui nati fuerint filii, legitimi dicendi erunt, ob parentum bonam fidem, & connubium publice celebratum,[a] ex eo. n. quod palam negotium hoc confecerunt, agnóscimus & eos errore lapsos esse, unde excusatione digni recte ui-
2 dentur.[b] Sed hic declarandum est, quãdo nam matrimonium dicatur palam contractum, ita ut filiis ex eo susceptis prodesse debeat. Reperio. n. celeberrimum Iurisconsultum Carolum Ruinum, acutisśimi ingenii uirum, multum in hac re defecisse, cum sibi ipsi cõtraria locutus,
3 modoq́ hanc modo illam, consulendo sententiam secutus fuerit. Dixit is quodam in responso,[c] non aliter legitimos filios uocari posse natos ex matrimonio putatiuo, nisi in eo peragendo, omnia illa solennia ad unguem seruata essent, quæ Innoc. Pont. enarrat,[d] hocq́ solum dici matrimonium in facie ecclesiæ contractum (quoad legitimos filios quærendos, non quoad alia) ubi nihil ex ijs solennibus secundum formam ibi à Pont. præscriptam fuerit prætermissum. Alibi uero contra respondit,[e] putauitq́ satis dici matrimonium palam, & in faciem ecclesiæ celebratum, quod coram amicis, seu consanguineis, ex patriæ consuetudine esset contractum, quanuis cætera à Pontif. tradita,[f] essent omissa. Ego autem hanc ultimam eius sententiam magis probo, quã & receptiorem esse uideo,[g] & iure etiam ueriorem, siquidem uniuscu-
4 iusq́ loci consuetudo, pro lege est,[h] nec errare ille sanè potest, qui pa-

a c. 2. ubi Abb. qui fil. leg. Glo. Bal. Salic. l. qui contra. C. de inc. nupt. Bart. l. cum qui. de sta. hom.
b l. fin. de rit. nupt.
c Ruin. cons. 14. num. 10. in. 3.
d c. cum inhibitio, de cland. desp̃on.
e cons. 51. num. 15. uol. 5.
f d. c. cũ inhibitio.
g Dec. cõs. 153. abb. Præp. c. fi. de clã. desp. Oldr. cõs. 256. Soz. Iun. cons. 86. in. 2. col. pen. Paris. cõs. 13. in. 2. num. 13. 10. Lup. tract. de matri. cap. ult. num. 18. 20.
h l. de quibus, de legibus.

triæ inſtitutum ſequitur, cum ita & legem ſeruare dicatur, quæ tacito conſenſu populi recepta eſt,[a] niſi fortaſſe aduerſus bonos mores huiuſmodi conſuetudo foret,[b] quod quidem in præſenti caſu noſtro non admittimus, cum præſupponamus, conuocatis ſaltem aliquibus teſtibus hæc omnia geſta fuiſſe[c].

Secundum caput eſt, ubi matrimonium clam contractum eſſet, bona tamen utriuſqꝫ coniugis fide, & hoc caſu ſciendum eſt, bonam eam fidem nihil ſanè prodeſſe, cum maxima ſit ſuſpitio aduerſus eos, qui legum ſolennia contempſere, & quaſi ignorantiæ affectatores extitere,[d] ſicuti nec contra, ſufficeret publice & rite celebratum connubium, ſi contrahentes, impedimentum ſubeſſe initio cognouiſſent,[e] Vnde concludendum eſt, hæc duo neceſſario requiri, ut filij legitimi dici queāt, uidelicet ſolennem coniugii ritum, & parentum bonam fidem in facto affuiſſe.[f] 5

Tertium eſt caput, ubi parentes in iungendo matrimonio in facto erraſſent, ueluti quod ſe antea coniunctos eſſe ignorarent, aut ſimili de cauſa alter alterius conditionem minime notam haberet, cum tamen in iure non laberentur, & matrimonium palam contraxiſſent, Et hoc caſu Iure quidem Pont. certiſsimum eſt, ex paterna hac facti ignorantia filios excuſari, eóſqꝫ legitimos haberi,[g] ſed iure ciuili dubium uidetur, cum legamus mulierem quæ ignorans ſtatum ſerui, eum ut liberū ſibi coniugio iunxit, re detecta, dotem quidem recipere, filios tamē inde natos, ſpurios appellari,[h] & rurſus, acerrimum errorē probari oportere ab eo lex inquit, qui cōtra legum præcepta, nuptias contraxerit,[i] quaſi non ſimplex ignorantia, ſed maxime probabilis & iuſtiſsimus error requiratur. Crederem ego tamen, utroqꝫ iure liberos iuſtos haberi, nec eſſe in hac re contrarium ius ciuile Pontificio, quāuis aliter Doctoribus uideatur. Quod enim primo loco exemplum relatum eſt,[k] id de ſeruis loquiturqui cum nemine legitimum inire matrimonium poterant,[l] Vnde nil mirum eſt, ſi eo errore nihil adiuuantur, cum ipſi ſuapte natura ab omnibus iuſtis nuptiis arceantur, Alterum quoque exemplum[m] de filiis nihil loquitur, debeant ne legitimi aut illegitimi cenſeri, ſed tantum pœnam parentibus imponit, qui cōtra Principum mandata, nefarias nuptias celebrarunt, quod & Accurſius ibi declarauit,[n] Aut ſi etiam fateamur olim ius ciuile cum Pont. non conueniſſe, hodie ſaltem minime dubitandum eſt, quin hoc in negocio, tū quoad ſucceſsiones, tum quoad cætera omnia, iure ciuili poſthabito, unū ius Canonicum ſit attendendū, tā in noſtro, quàm in Cæſaris quoqꝫ foro.[o] 6

Quartum eſt caput, ubi in iure tantum erraſſent, non in facto, Veluti cum ſe conſanguineos quidem eſſe antea intellexiſſent, crederent ta- 7

[a] §. ſine ſcripto. Inſt. de Iur. nat.
[b] c. quæ contra c. mala. 8. Diſt.
[c] Bart. l. 2. C. de his qui ex pub. rat. lib. xi.
[d] c. cum inhibitio §. i. de clād. deſp.
[e] Abb. c. pen. in fi. qui fil. leg. Dec. conſ. 154.
[f] d. c. cum inhibitio. Soz. iun. cōſ. 86. col. pen. in. 2. & conſ. 31.
[g] c. 2. c. referente. c. pen. qui fil. legit.
[h] l. 3. C. ſol. matri.
[i] l. qui contra. C. de inc. nupt.
[k] d. l. 3. C. ſol. matri.
[l] l. 3. C. de inc. nup.
[m] d. l. qui contra.
[n] Glo. d. l. qui contra.
[o] Bart. Auth. de inc. nupt, num. 16 Alber. d. l. qui cōtra.

men

men in tertio gradu connubium perfici posse, aut quid huiusmodi, Quod caput, cæteris magis dubium est, cum nec Panormitanus,[a] nec Præpos.[b] id unquam aperte decidere ausi fuerint, & Ruinus sibi met contrarius in hoc quoq; consulendo fuisse deprehendatur, cum aliquã do dixerit, solam hanc iuris ignorantiam non prodesse, & ita communiter Doctores sentire,[c] aliquando uero prodesse responderit, quod quoq; communiter probatum esse, fuit attestatus,[d] & in hanc partem Bartolus etiã magis inclinasse uisus est.[e] Ego uero cum dubia ualde sit hæc quæstio, tutissimum censeo in ambiguis, nihil discedere à communibus iuris regulis[f], Illæ autem sunt huiusmodi, Iuris ignorantiam cuiq; nocere,[g] cum unusquisq; legum quibus uiuimus præcepta nosse teneatur,[h] idcircoq; is qui aduersus ea quid agit, statim in mala fide esse præsumatur,[i] cum talis dissimulatio minime omnium sit admittenda,[k] ut multis exemplis iure notissimum est,[l] Cum igitur parentes qui ita simul contraxerunt, iuris se solum ignorantia lapsos fateantur,
8 non uidetur hæc excusatio satis digna esse qua subleuentur. Et si quis hic fortasse obijciat, prædictam regulam tunc non admitti, ubi de damno agitur uitando, in quo iuris error, nihil nocere solet,[m] Responderem ego, in hac quæstione, quoad parentes & filios ipsos, agi potius de lucro quærendo, quam damno declinando, Id enim proprie da-
9 mnum dici uidetur, ubi diminutio aliqua fit patrimonij,[n] aut ubi commodi illius sequitur amissio, quod antea quis consequebatur,[o] Sed hic quanuis filios illegitimos ex tali coniunctione nasci uelimus, non tamen proprie damnum contrahi dicas, cum ij, nulla re antea quæsita priuentur, nec quicquam uere de suo amittant, Quin potius, lucrum id quoad eos dicendum foret, si legitimi habendi essent, cum ea ex re ad multa commoda essent peruenturi, quibus antea nunquam potiti sunt. Et ex his rationibus, facile ea omnia tolli posse puto, quæ in contrarium Ruinus adduxit,[p] siquis hæc nostra, & illius argumenta simul conferat, consideretq; lucri quærendi, & damni aufugiendi diuersitatem, simulq; coniunctum totum hoc esse negocium, parentum, & filiorum, ita ut ex copulatione parentum, totum ius pendeat filiorum nec ista aut diuersa, aut aliena esse. Fateor sanè, si talis error iuris, ualde probabilis, & iustus fuisset, prout eum declarare Doct. solent,[q] tunc quidem posse parentes excusari, & eo casu filios legitimos appellari, ut & alij tradidere,[r] & secundum hæc, Bartolus locutus fuisse forte intelligi posset,[s] Sed regulariter contrarium statuendum puto, nisi & hic forte, æquitas quædam, & benignitas, nos moueat, ut patribus, quos non malitia, sed simplicitate potius lapsos fuisse constat, & consequenter eorum filijs non nihil indulgendum esse dicamus[t].

a Abb. c. referente. c. ex tenore, & c. perlatum, qui fil. leg.
b Præpos. d. c. referẽte. et alijs. s. d.
c Ruin. cõs. 14. nu. 4. in fi. in. 3.
d cõs. 51. nu. 17. in. 5 & cons. 100. col. 2. in. 3.
e in l. fi. ff cõd. sin. cã. et in l. si adulteriũ cũ incestu, ff adult.
f Glo. in. l. omnis diffin. de reg. iu. et in sim. Ab. c. i. in fi. ff clãd. desp.
g l. regula, ff iur. et fac. l. iuris. C. qui admi.
h l. leges. C. ff leg.
i l. quemadmodũ. C. de agr. & cẽs. lib. 11. Bart. l. sed & §. scire, nu. 4. ff pet. hær.
k l. pen. C. de iur. & fac. igno.
l l. nũquã, ff usuca. l. 4. & 9. §. siqs ius, de Iur. & fac. ignor.
m l. error, cũ præc. de Iur. & fac.
n l. 3. de dam. inf.
o l. 2 §. merito, Ne quid. in lo. publ.
p cons. 100. in. 3. col. 2. & cons. 51. in. 5. nu. 17.
q Felin. c. de quarta, de præscr. nu. 30. Dec. l. iuris. C. qui adm.
r Abb. c. per uenerab. num. 36. qui fil. leg. & in. c. perlatũ num. 5.
s in d. l. fi. ff cond. sin. cã, ubi alleg. l. qui in prouincia. de rit. nupt. et ita Raph. ang. d. l. fi.
t arg. l. fi. ff rit. nu.

Quintum eſt caput, ubi alter ex contrahentibus matrimonium, 10
rem omnem initio, ut ſe haberet, probè noſſet, tam in iure, quam in facto, alter uero in facto tantum erraret, & hoc caſu uolunt communiter omnes, huius ſolius ignorantiam, cum in facto ſit, omnibus natis filijs prodeſſe, ut legitimi habeantur, etiam quoad utrunꝗ parentem, & in hoc, ut dixi, communiter omnes conſentiunt[a].

Sextum caput eſt, ubi alter tantum in iure erraret, alter uero om- 11
nis & iuris & facti conſcius eſſet, Et hic Bartolus, Accurſius, & quidã alij crediderc,[b] filium natum, quoad ignorantem parentem, legitimũ haberi, quoad ſcientem, illegitimum, ſicuti alter in eo concipiendo, bona fide, alter doloſe uerſatus eſt, Sed Ruinus contra,[c] dixit enim ignorãtiã iuris, etiã unius tantũ, filios reddere undequaꝗ legitimos, non ſolũ quoad ignorãtẽ, ſed & quoad conſciũ illius rei, Ego uero ab omnibꝰ diſſentio, cum ſupra ſtatuerim,[d] errorem iuris, niſi iuſtisſimus ſit, cuiꝗ nocere, non prodeſſe, Quod ſi in utroꝗ parente id affirmauimus ignorante, quo magis in altero tantum id ignorante fuerit aſſeuerandum?

Septimum eſt caput, ubi palàm contractum eſſet matrim. dubitetur autem an in iure, uel facto errauerint, quid nam in dubio ſit præſu 12
mendum, Et Ruinus in hac quoꝗ parte, uarius ſanè fuit, quandoꝗ. n. ſolam iuris ignorantiam præſumi tradidit,[e] quandoꝗ iuris & facti ſimul,[f] Ego uero de iuris quidẽ ignorãtia cũ eo ſentio, illã in dubio eſſe præſumendã, ex quo actus publice geſtus eſt, qui oẽm delet ſuſpitionẽ[g] ut & Bart. inquit,[h] Quoad factũ autẽ, quanuis Bal. eius quoꝗ errorem præſumi uelit,[i] Decius potius contra, qui ait eum probari debere,[k] ipſe 13
tamen certam in hac re non auderem regulam conſtituere, cum facti interpretatio, plerunꝗ etiam prudentisſimos fallat,[l] & quædam ſint, quorum ſcientia ſæpe quidem præſumi uarijs de cauſis ſolet, quorundam uero non ita,[m] Quæ enim ei eſſet excuſatio, qui mulierem ſibi ſororem, aut conſobrinam fuiſſe, diceret ſe ignoraſſe, cum qua perpetuo educatus eadem in domo, ab ijſdem parentibus fuiſſet? Fac uero illũ anniculũ è domo eiectũ, peregre diù profectum eſſe, & in patriam reuerſum, cum ea matrimoniũ publice celebraſſe, non ne æquior multo hic eſt excuſatio? cum hinc plerunꝗ ſua ſumere argumenta, ſolitos in Comædijs Poetas uideamus? Rurſus, nonne iuſtus ille error uideatur, cum tecum Bonon. puella matrimonium palàm inijt, neſciens te iampridem aut Vicentiæ, aut Genuæ, alias nuptias celebraſſe?

Poſſet fortaſſe tamen hic idem error, non æque probabilis haberi, ſi quædam alia concurrerent indicia, quæ ex negocii ipſius conditione ſponte ſe offerunt, nec facile, niſi pro re nata, prout de mora dicitur,[n] diffiniri poſſunt, Hæc Igitur omnia ſapienti iudicis arbitrio decidenda

a c. ex tenore. c. 2. qui fil. leg. ubi Abb. But. præp. Caſſad. Decis. 1. đ ſponſ. nu. 5. Iaſ. cõſ. 156. 168. in. 4 Roſel. tract. đ legit. Cap. uiſum eſt. Ruin. š. 10. And. tract. de cõſang. n. 30.

b Glo. l. qui cõtra. C. đ inc. nup. bar. Iaſ. l. fi. đ cõd. ſin. cã. Iaſ. l. i. §. hoc autẽ. nu. 30. ad Trebell. Anchar. cõſ. 401.

c conſ. 100. in. 3. & conſ. 51. in. 5.

d In. 4. caſu.

e cõſ. 14. nu. 5. in. 3.

f cõſ. 100. nu. 4. in 3. & cõſ. 51. in. 5. num. 17.

g l. fi. de rit. nupt. Alex. l. clam poſſider̃, đ acq. poſ.

h in. l. ſi adulteriũ cũ inceſ. nu. 11. de adult.

i Bal. l. qui contra C. đ inc. nupt. ỽ. & ex hoc pono.

k cõſ. 154 num. 1.

l l. 2. de Iur. & fac. ign.

m l. octaui. und. cogn. Dec. cõſ. 154. Paris. cõſ. 57. in 4. col. 2. & nu. 36

n l. mora. đ uſuris.

decidenda relinquerem, cum certa regula nequeant comprehendi[a].

Porrò an post parentum mortem, obijci contra filios possit, illicitũ fuisse patrum coniugium, anq́ extantibus filijs iustis ex alio matrimonio, illi qui ex putatiuo nascuntur, legitimi censeri possint, satis hæc copiose ab aliis tradita reperiuntur[b], nos enim & quædam consulto quandoq́ omittimus, ne nimia eiusdem rei satietate legentium ani-
14 mos afficiamus. Illud quidem non prætermittam, ubicunq́ liberi ex his coniunctionibus legitimi habentur, eos nihil à cæteris iustis filiis, quoad successiones, fideicommissa, ordines, dignitates, feuda, aliasq́ res prorsus differre[c].

a Glo. l. suus quoq́; §. puto. uer. ad generalem, de hær. inst.

b Ruin. d. cons. 14. in. 3. num. 12. 8. & alij. s. alleg.

c Dec. cons. 153. 154. bal. c. i. §. naturales. num. 15. si de feu. fuer. cõtr.

An unquam ex illegitimo matrimonio, legitimi oriantur filij, Aut ex iustis nuptijs, iniusti liberi.

1 Ex clãdestino matrim. filij legmi oriunt.
2 Et quandoq́ ex putatiuo.
3 Natus in captiuitate est spurius.
4 Vxor quæ uouit castitatem, si deinde ex marito cõcipiat, an pariat legmam plẽ
5 Quando inter coniuges non sit licita copulatio.
6 Ex matrimonio contra ecclesię interdictum, an filij legitimi oriantur.
7 Clericus an possit legitimos filios habere.
8 Idem filius potest ut legitimus, & illegitimus quandoq́ haberi.

CAP. X.

QVANVIS ad legitimorum filiorum procreationem, matrimonium, ut aliàs diximus sit necessarium, atq́ ubi non adsunt iustæ nuptiæ, ibi nec liberi sperari possint, cum ratio ipsa hoc satis persuadeat, ut qualis præcessit concubitus, talis & inde soboles prodeat,[d] Contingunt tamen uarii quandoq́ casus, in quibus licet animaduertere, dissimilem primæ parentum coniunctioni, sobolem in lucem edi.

1 Ecce inprimis, siqui matrimonium simul contraxerint, patriis institutis non seruatis, nec alijs solennibus publice adhibitis, quæ requiri solent, certum est, Iure Pontif. hoc non matrimonium, sed clandestinas nuptias uocari, talemq́ concubitum turpem, illicitumq́ censeri,[e] Et tamen siqui geniti inde fuerint filij, dum non intra gradum legib⁹ prohibitum sint concepti, ueri, legitimiq́ haberi solent,[f] Vt hic manifeste uideas, paternum quidem thalamum, quoad iuris interpretationem, illegitimum dici, filios uero ex eodem natos congressu, iustos nihilominus censeri,[g] cuius rei ratio aliàs à nobis explicata fuit[h].

2 Est & huic simile, id de quo modo egimus,[i] cum ostendimus ex matrimonio, quod putatiuum uocant, legitimam sobolem quandoq́ procreari,[k] ibi enim & coniunctio ipsa parentũ, planè iusta non est, cũ legis subsit impedimentum, proles tamen inde quæsita, legitima unde

d §. natura. uer. legitimi. Auth. qb. mod. nat. sui. bal. l. parentes, de in ius. uoc.

e c. aliter, cũ Glo. 30. q. 5. & Glo. l. in liberæ, de rit. nupt.

f c. fin. §. siquis uero, de clãd. desp.

g Abb. c. lator, q̃ fil. legit. Dec. cõs. 153. num. 2. Felin. c. illud. de præsump. in fi.

h cap. 19.

i cap. præced.

k c. ex tenore c. 2. qui fil. legit.

quacp existimatur.[a] Rursus si proponas, uxorem cum marito ab ho- 3
stibus captam fuisse, dumcp in captiuitate detineretur, filium ex mari-
to enixam esse, ac deinde in ciuitatem cum filio, abscp uiro reuersam fuisse, satis constat hic filium spurium dici,[b] tam & si inter parentes matrimonium initio legitime esset copulatum. Vbi etiam quis, 4
uxori suæ initio rite iunctus, castam dein Deo uitam uouisset, secp sacris initiari passus esset, ac post spreta uoti religione, eiusdem uxoris torum repetijsset, ex eacp liberos suscepisset, credidit Archidiaconus,[c] tales filios illegitimos dici, quanuis inter eorum parentes, uerum matrimonium quondam extitisset. Panormitanus tamen hoc non probat,[d] tum fauore prolis, tum quia sicuti matrimonium confectum contra Ecclesiæ interdictum, non impedit tamen quominus legitimi suscipiantur filij,[e] sic & in uoto dicendum putat, ut satis sit ex uiro & uxore quem natum esse, ad hoc ut filij ei nomen competat,[f] non obstante quacunque uoti obligatione. Ego uero Archidiacono magis assentior, Namcp ad quærendam legitimam prolem, non sufficit initium bonum nuptijs adfuisse, nisi in eodem statu & perpetuo conseruentur, ita ut nullum impedimentum nedum in matrimonij copulatione, sed nec in exitu, aut illius executione unquam notetur,[g] quod & modo attigimus.[h] Cum igitur hic, post celebratum initio con- 5
iugium, uotum id continentiæ, ac simul sacrorum initiatio sit subsecuta, apparet iam matrimonium non amplius pristinam speciem retinere, cum nunc maritus alere quidem, & alijs rebus necessarijs uxorem hanc sustinere teneatur, uerum nulla inter eos carnis copulatio amplius permittatur,[i] Nam ut inquit Leo Pontifex,[k] cepit his illud non li- 6
cere, quod iam licuit, cum connubium inter eos ita nunc sit, quasi non esset, Vnde & qui post tale uotum, uxorem suam cognoscere uoluerit dicitur is potius incestum cum ea committere, & illius inuadere cubile,[l] ex quo uxor amplius nō est, quoad ea obsequia, quæ maritis ab uxoribus liberorum gignendorū causa debentur,[m] Quomodo Igitur, hæc cum ita sint, legitimus deinde ex ea quæri filius poterit? Nam quod dicebat Panormitanus,[n] ex matrimonio contra interdictum ecclesiæ inito, non tamen illegitimos proficisci filios, atcp ob id, nec eos etiam Nothos censendos, ubi à nobis tantum castitatis uotum nuncupatum esset, Ego tunc non ueram, priorem eius propositionem scio, ubi impedimentum perpetuum est,[o] quod cum eiusmodi sit in casu nostro,[p] merito ex illius argumento opinionem nostram magis confirmari credo, Sed & aliud in uoto est, quam in ecclesiæ interdicto, cum hoc mutuo coniugum consensu sit munitum, qui certam sibi legem potuerunt imponere, à qua amplius discedere non liceret, cum ex quo
quis

a Dec. cons. 153. 154.
b Glo. l. diuus, de capt. & postl. & in. l. ab hostibus. §. non minus ex quib. caus. maio. & in. l. i. C. de captiu. & postl.
c in c. ij. de fil. presb. in. 6.
d in c. litteras, de fil. præsb. num. 4.
e tot. tit. de matr. cōtr. con. interd.
f l. filium diffinimus, de his q sui
g Glo. l. diuus, de capt. & postl.
h supra eod. in. 3. casu.
i c. omnino. 31. dist. c. seriatim, in fi. 32. Dist.
k c. lex. 31. Dist.
l c. minnistri, cum glo. 81. dist.
m c. episcopus. 77. dist. c. cum multæ. 15. q. ult. Glo. d. c. ministri.
n Abb. d. c. literas
o Abb. c. fin. de matr. contr. con. interd. Soz. iun. cons. 31. num. 58. in. 2.
p quia uotum hoc castitatis perpetuum est.

quis se primum sacris ministeriis alligauit, perpetuo eundem uitæ cursum sequi teneatur,[a] quæ quidem omnia, de eo ecclesiæ interdicto, non ita dici possunt. Statuo igitur hoc casu, filios secundum propositam quæstionem illegitimos dici, quod & à Clemente.iij. significatum fuisse,[b] si quis eius uerba diligenter inspiciat, facile poterit animaduerte-
7 re. Sunt quidam tamen casus, in quibus is qui sacerdotiis fungitur, legitimos habere filios potest, sed id aliunde prouenit, aut Pontificis priuilegio, aut solenni adoptione, aut aliis modis, qui cum non ita præsenti capiti nostro conueniant, ab aliisq; etiam sint adnotati,[c] ego hic
8 propterea non inserendos duxi. Id quidem non omittam, fieri quandoq; posse, ut quis eodem tēpore & iustus & iniustus filius habeatur, ueluti cum mulier per uim ab aliquo compressa est, quoad patrem.n. illegitimus est omnino partus, quoad matrē, uult lex eam iustam sobolē haberi.[d] Possemus quoq; & alia adhuc exempla adiungere, quibus filii iusti, ex minus legitimo proficiscuntur toro, ueluti cum quis ex cōcubina, aut soluta alia muliere prolem cōcepit, eamq; adhuc prægnantem sibi in matrimonium adsciuit, quod enim deinde nascitur, legitimum est, quanuis si initium eius coniunctionis spectetur, id longe aliter se habeat, & impudicum fuerit.[e] Sed hic, & similes multi casus, ad aliam potius speciem sunt referendi, ubi quis extrinsecus, extraneis ueluti opibus ad legitimorum iura peruenit, ueluti matrimonio subsequente, Principis priuilegio, oblatione Curiæ, quæ à proposita materia nostra longe differunt, nosq; hæc in alium tractatum, De Natalium restitutione, si Dis placuerit, aliàs fortasse commodius coniiciemus.

a c.semel deo, de reg.iur.in.6. ubi Io.And. Dyn. Anchar.

b c.literas, de fil. præsbyt. uer. incontinentiæ, & quia in tit. de fil. præsb. ut intelligatur secundum naturá illius tit.

c Ripa.c.inter cæteras.1. col. de rescript.

d Marsil.l.i. C. de sicar. num.15.

e c.tanta. qui fil. sint leg.

De Concubinis, et naturalibus filiis.

1 Concubinatus lege ciuili nec probatur nec damnatur.
2 Naturales cur ita dicti.
3 Differentia inter concubinam & vxorem.
4 Concubinatum turpem non esse.
5 Quæ concubinæ cęteris honestiores.
6 Naturales, olim legitimi habebantur.
7 Triplex filiorum genus.
8 Concubinatus à lege nomen sumpsit & quomodo.

CAP. XI.

ANIMADVERTENDVM nunc est, non necessario sequi, Natus quis ex iusta uxore non est, qualem leges requirunt, er-
1 go illegitimus filius est, Etenim sunt quidam alii ex concubitu profecti, qui lege ciuili nec receptus nec damnatus est, qualis est concubinarius,[f] & ii ut legitimi appellari non possunt, ita nec illegitimorum nomen iure merentur,[g] Sunt uero potius inter utrosq; medii, eoq; nomine quod illis nudum à legibus relictum est, etiam nunc

f tot.tit.ff.C.de concub.

appellantur, dicunturq; naturales, quasi secundum ius naturale editi, 2
nullo iuris adminiculo muniti.[a] Sed dicat fortasse quis, cur non ii legitimi uocantur, si sola natura dictāte iuxta primæuum statū orti sunt?[b] Ego arbitror à legibus quid plus in matrimonio præter naturalē procreandi appetitum consideratum fuisse,[c] nempe arctius quoddam uinculum, quo coniuges inter se animo & corpore perpetuo colligarentur, rerumq; omnium inter se socij redderentur,[d] siquidem concubinā 3
ob id præcipuum nobis adiungere solemus, ut cum ea prolis suscipiendæ causa, non libidinose quidem uitam transigamus,[e] nec.n. cōcubinæ nomen inhonestum esse existimatur,[f] nec turpe alicui cum ea morari.[g] At uero nuptiæ, præclarius & excelsius quiddam cōtinent, cum sint, ut inquit Modestinus,[h] maris & fœminæ coniunctio, consortium omnis uitæ, diuini & humani iuris communicatio. Ex hac.n. societate, tale inter uirum & uxorem existit uinculum, ut alter in alterius trāseat potestatem,[i] uxor mariti rerum quodammodo domina efficiatur,[k] eius radiis fulgere dicatur,[l] domiciliumq; & forum quod mariti est propriū sortiatur.[m] Quæ non ita in concubina seruantur,[n] quoniam cum ea nō omnino iusta, & usquequaq; integra, sicuti leges postulant, nobis adest coniunctio,[o] Hinc dixit Papinianus uxorem à concubina, personis cōparatis, uitæq; coniunctione considerata discerni, Namq; etsi concu- 4
binæ consuetudo, non turpis quidem iudicetur,[q] non tamen cum matrisfam. pudore & honestate unquam erit conferenda,[r] sitq; magna licet inter eas similitudo, cum de iis uicissim leges quandoq; sumant argumentum,[s] & ob magnam inter eas conuenientiam lex quādoq; protestationem requirat,[t] non tamen quis unquam neget, quin uxori à Iure ciuili necessitudinis nescio quid & existimationis plus tribuatur, unde & Vlpianus nihil nisi in dignitate interesse tradidit,[u] legimusq; apud Spartianum, Aelium Verum uxori suæ conquerēti, quod cū aliis fœminis cōsuetudinem haberet, dixisse, patere me & alias exercere cupiditates meas, uxor.n. dignitatis nomen est, non uoluptatis. Ex his 5
intelligimus, concubinæ nomen non quidem obscænum, sed uxorio longe inferius esse, Inter has tamen concubinas illæ præstare uidētur, & matrum familias speciem quandam retinere, quæ sub patronorum suorum uiuunt contubernio,[x] Hinc Vespesianus mortua uxore, Ceniden libertam in contubernium reuocasse dicitur, habuisseq; eam Imperator penè iustæ uxoris loco.[y] Ex talibus igitur concubinis, natura- 6
les filii suscipi solent, quos ego iure illo primæuo, secundum Imperatorum nostrorū placita, ueros forte & iustos filios habitos fuisse puto,[z] Si enim tunc, ob id quod sola natura sanciret, omnes ueri filii nascebantur,[a] hos æque nunc etiam sola natura genuisse fertur,[b] At uero legitimi

a l.3. ubi Bart. de concub.
b §. natura. Auth. quib. mod. nat.
c arg. c. fin. 32. q. 4.
d l. si aduersus. C. de crim. expil. hær.
e Auth. quib. mod. nat. leg. in princ.
f l. massurius, ubi Alcia. in fin. de uerb. sign.
g l. si ea, ubi Bal. C. de cōd. inser.
h l. i. de ritu nupt.
i 1. Corint. 7.
k l. i. rer. amotarū.
l Auth. de cōsul. §. hæc itaq;.
m l. exigere. de Iudic.
n l. de iure. §. fin. ad Munic. & Bar. l. fin. §. 2. eod. Alex. l. cū quædā, de Iurisd. omn.
o Glo. Inst. de pat. pot. in princ.
p l. donationes, de donat.
q d. l. massurius.
r l. stuprū, de ritu nupt.
s l. liberta. d̄ oper. lib. l. qui concub. de leg. 3.
t l. 3. de concub.
u l. itē legat. §. parui, de leg. 3.
x l. stuprū, de ritu nupt.
y Sueton. in Vesp. cap. iij.
z Auth. itē si quis, in fin. C. de nat. lib. et Auth. quib. mod. nat. sui. §. si uero plurimis.
a d. §. natura.
Auth. qb. mo. sui.
b c. fin. 32. q. 4.

timi hodie dici non possunt, quoniam leges scriptæ, quæ primæ legitimos & illegitimos agnouerunt, multa ad matrimonium, præter illam simplicem procreandi cupiditatem, solam ante eas consideratam ad-
7 didere, legitimosq; illos tantum appellauere, qui ex arctiori quodam multoq; ualidiori, ut modo diximus, nexu essent suscepti, Vnde & coniugium nuncupatum uolunt. Illegitimos uero, qui ex concubitu contra iuris præcepta inito, orti essent. Tertium post genus, inter hos ueluti mediū, quod naturalium dixere, qui scilicet nec lege probati, nec damnati essent, sed quasi per dissimulationem permissi; & in pristino statu quemadmodum oriuntur, relicti,[a] Hocq; est, quod Marcellus di-
8 xit,[b] concubinatum per leges nomen sumpsisse, non quod legitimus is uere habeatur, sed quia extra pœnam legis sit, & iuri non contrarius, ut Baldus respondit,[c] Tradidit autem hanc opinionem peruetustus quidam, isq; eruditissimus Doctor Ricardus Malumb. in suis disput. quem refert Io. And.[d] & sequuntur pleri q; alii.[e].

a Port. Inst. de ado. num. 5.
b l. 3. in fi. de concub.
c Bal. cons. 457. in. 5.
d Io. And. reg. sine culpa.
e Bart. l. et si cōtra C. de nupt. & in l. 3. de concub. Bal. l. i. d̄ ri. nup. Alber. l. cū quis C. d̄ nat. lib. Por. inst. de ado. nu. 5.

Qui naturales dicantur, et concubinarum usus quando sit sublatus.

1 Concubina quæ dicatur apud latinos authores.
2 Quæ proprie apud Iurisconsultos.
3 Hodie paucissimi vere naturales reperiri.
4 Iure Canon. nulla coniunctio, excepta vxoria permittitur.
5 Naturales Iure Canon. qui uocentur.
6 Legmati p̄ subseq. matrim. an ēt in terris imp. quoad hęred. ueluti legm̄i habeāt
7 In matrimonij causis pręfertur Ius Canonicum.
8 Naturales ex communi usu loquēdi qui dicantur.
9 Quadruplex significatio huius verbi, naturalis.
10 Concubinatus an lege ciuili vnquā fuerit interdictus.
11 An hodie eodem Iure damnatus intelligatur.
12 Quomodo iure Canon. permittantur concubinæ
13 Concubina quandoq; quæ dicatur.

CAP. XII.

SCIENDVM autem est, ut naturalis proprie quis dicatur, multa requiri,[f] oportet enim ex concubina natum esse, quam non adeo
1 facile est reperire[g], Concubinam etenim non hic eam accipimus, prout apud latinos authores, amicam quamlibet priuatam, cum qua rem habere soleamus, quanuis alteri nuptam, ut apud Sueton.[h] dum ait, Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus, uestali uirgini Rubriæ uim intulit, Et apud Cicer.[i] Quæ si iudicaretur certis quibusdam uerbis, non nouis nuptijs fieri cum superiore diuortium, in cōcubinæ locum duceretur, ubi & Cicero eam concubinam uocat, cum qua solemus uersari, dum adhuc nobis cum alia est matrimoniū, quod quidem iure nostro non admittitur.[k] Non hic etiam de pellice intelligimus, cuius significatio magnam doctis uiris præbuit controuersiā[l].

f Ripa. §. si quis rogatus, ad Trebel. num. 4.
g Grammat. Voto 4. Alcia. Reg. 2. præsump. 5.
h in Nero. cap. 28.
i lib. i. de Orat.
k l. i. C. de concub.
l Valla, lib. 6. cap. 48. Alcia. lib. 4. de uerb. sig. et in l. massurius, eod. tit.

Sed de paulo honestiore fœmina loquimur,[a] quæ parũ ab uxoria differat coniunctione,[b] forte quæ à Græcis παλλάκη dicitur,[c] à nostris recentioribus & alio nomine focaria usurpatur.[d] Est ergo mulier quæ uxoris loco, sine nuptiis domi retinetur, cum qua sola quis eo affectu semper cohabitauerit,[e] quam ueluti uxorem apud se custodierit, aluerit,[f] cum qua nec stuprum nec incestus cadere potuerit,[g] cui & fuerit denuntiatum (si sit ingenuo loco nata, honestæq; uitæ) concubinam habitum iri,[h] cum qua & is qui uersatur, cælebs omnino fuerit,[i] Quod si horum uel unum tantum desit, dubium non est, nec illam cõcubinam, nec filios naturales appellari posse,[k] Vnde recte ab Oldrado & Bal. animaduersum est, nullos ferè hodie uere naturales reperiri.[l] Sunt autẽ hæc ita iure ciuili statuta, quo talis coitus, ut modo dicebamus, damnatus non fuit, At uero Pontificio Canone secus sancitum est, eo.n. iure concubinatus quibuslibet omnino interdictus fuit,[m] ita ut quicquid cum ea quæ legitima uxor non sit, rei Venereæ causa actum fuerit, id adulterii crimine damnetur,[n] & qui concubinatus olim uocari potuisset, hoc mæchiæ siue adulterii nomine nunc cõtineatur,[o] generaliter.n. hodie quæcunq; fornicatio etiam cum meretricibus grauissimum crimen habetur,[p] nec præter uxorem, ullam omnino attingere mulierem sine magno salutis nostræ discrimine licet, quod & sacræ literæ testantur,[q] Quin & damnabilior nunc hæc concubinaria consuetudo, quàm simplex fornicatio esse censetur, quo diuturnius in ea peccatum adest, ut Panorum. ait.[r] Non igitur hoc iure, naturales filii, illi tantum intelliguntur, qui ex cõcubina nati sunt,[s] sed generaliter omnes, qui ex duobus, qui nuptiarum adhuc expertes essent, inter quos tamen matrimonium consistere potuisset, fuere progeniti,[t] quos & per subsequens matrimonium, legitimorum iura nunc adipisci certum est,[u] prout olim ii tantum solebant, qui ex uero profecti essent concubinatu.[x] Hincq; sensere multi,[y] in terris quæ Põtificiæ ditionis sunt, omnes hos naturales, qui deinde secutis parentum nuptiis legitimi effecti sunt, etiam in hæreditatibus succedere,[z] in foro uero Cæsaris, licet & legitimi habeantur, non tamen ad successiones, & ea quæ proprie sunt iuris ciuilis, admitti, eo quod æquum sit, proprias in uniuscuiusq; iurisdictione leges obseruari,[a] Quæ tamẽ distinctio mihi haud sanè probatur, uideo.n. matrimonii materiam hoc insigne habere, ut quicquid de eá dubitetur, id semper iuxta Pont. Canones, quocũq; in loco sit decidendũ,[b] Quod si hoc in matrimonio, quod principale est, seruatur, cur non & idem in filiis, qui inde oriuntur, attendamus, cum hoc ab ipso pendeat matrimonio?[c] Nam si fatentur omnes, secutis nuptiis, quoscunq; qui hodie naturales uocãtur, legitimos fieri, idq; ubiq; ita se habere, cur nõ ergo

Margin numbers: 2 (beside "Est ergo mulier"), 3 (beside "Vnde recte ab Oldrado"), 4 (beside "generaliter.n."), 5 (beside "Non igitur hoc iure"), 6 (beside "Hincq; sensere"), 7 (beside "Quæ tamẽ distinctio").

legitimi

a d.l. massurius.
b l.itẽ.§.parui. de leg.3.
c d.l.massurius, in fin.& Valla.s.
d l.si ea.ubi Bal. Alber.C.de cond. ins.& l.2.C.de donat.int.uir.
e §.consid. Auth. de trien.et sem.
f §. si quis Auth. quib.mod.sui.
g l.1.§.1.de cõcub.
h l.3. de concub.
i l.1.C.eod.tit.
k Alber.l.1.C. de nat.lib. Grãma. Voto.4.
l Oldr.cons.196. Bal.456.in.5.et 206.in.3.Alex. 174.in.5.
m Glo.l.in liberæ, de rit.nupt.et Bar.l.3.de cõcu.
n c.nemo.32.q.4.
o c.dixit.c. meretrices.ead.q.
p Glo.Clem.ad nostrũ,uer.nõ est, de hæret.Abb.c. inter opera,in fi. de sponsal.
q Thob.4.& Corin.1.cap.6.in fi.
r Abb.c.tanta, circa fi.qui.fil.legi.
s Mart. laud.in.q. Augerius.nu.46
t c.innotuit, ubi Abb.de de elect. Bal.cõs.129.in.2
u Abb.d.c.tanta, Dec.cõs.155.
x §.fin.Inst. de nupt.
y Ang.cons.29. Præpos. d.c. tanta.
z c.1.qui fil.legit.
a c.si duob. de ap.
b c.fi.de sec. nupt. Franc.c.2.de arbitr.in.6.
c c.tuã,de ord.cog. Ang.§.fin. Inst. de nupt.

legitimi quoad omnes causas existimentur, si eorum origo, hoc est ma
trimonium, undequaq; iustum & legitimum habetur?[a] ubi enim das
eos semel iustos filios dici, iam & cætera, quibus legitimi potiuntur,
ad hos quoq; pertinere necesse est,[b] quod præter has rationes, à Iusti-
niano quoq; apertissime declaratũ esse uidetur[c]. Hodie autem non
solum hi ex soluto, & soluta nati, ut dicebamus, naturales uocantur, sed
8 & omnes ferè spurij, quomodocunq; concepti, ex communi usu loquẽ
di, filij naturales uocari solent,[d] quod scilicet & ij à natura procreati
sunt,[e] in quibus tamen ea quæ modo de legitimatione dicebamus, mi-
nime seruabuntur, cum ea in his tantum locum habeant, quorum pa-
rentes soluti antea omni matrim. erant, ita ut recte tunc simul cõtrahe
9 re nuptias potuissent.[f] Erit Itaq; quadruplex huius uerbi, naturalis, si-
gnificatio, uere & proprie naturales dicẽtur nati ex concubina, seu ex
seruili cõsortio,[g] late, oẽs nati ex soluto & soluta, inter quos iungi nu-
ptiæ potuissent,[h] latissime, quicũq; illegitime concepti ex quolibet cõ
gressu,[i] non improprie etiam, ubi accipitur pro iusto filio, quod quan-
doq; contigit,[k] & maxime, quando de naturalibus, & adoptiuis simul li
beris, leges mentionem faciunt,[l] quod & aliàs adnotauimus,[m] Cæterũ
quando hoc nomen aut proprie, aut late, aut in genere, aut in specie
sit capiendum, & alij docuerunt,[n] & ego ex subiecta materia dijudican
10 dum puto. Sunt uero etiam qui dixerint,[o] coucubinatum lege ciuili
multo ante Pontificios Canones fnisse improbatum, nempe nouissi-
mis Authent. constitutionibus, quibus Imperator quamcunq; forni-
cationem, & lenocinium prohibet,[p] sæpiusq; fatetur se castitatis ama-
torem esse,[q] cauetq; ut in materia peccati, qualis hæc est, leges ciuiles,
sacras regulas debeant imitari,[r] quæ sententia & alijs etiam argumen-
tis à magnis Iurisprudentibus confirmata extat.[s] Contra eam tamẽ
ego sentio, Nam cum Imperatorem legam in Nouellis suis, concubi-
narum usum sacratis tantum uiris interdixisse,[t] unde nec quicquam il-
lis donare possunt,[u] & geniti inde filij, non naturales, sed spurij nomi-
nantur,[x] & patribus succedere prohibentur,[y] facile conijcio cæteris id
eum minime uetuisse,[z] Quis enim dicat illarum congressum à Iustinia
no damnatum, cum is in suis cõstitutionibus, earum tam sæpe probet
consuetudinem,[a] eas & aliquando ad successionem uocet,[b] nihilq; in ta
li commercio libidinis esse significet[c]? præsertim uero, quod si hoc ipse
prohibuisset, speciali sanè nota & correctione res indigebat, quæ ta-
men nusquam apparet.[d] Vbi Igitur fornicationes, libidinesq; eum de-

a Dec. cons. 155.
b arg. l. i. §. lex Falcidia, ad. l. Falcid.
c Auth. quibus. mo. sui. §. reliqui Igitur, & §. si uero plurimis. in fi.
d Ang. cons. 401. Crau. cons. 166. nu. 8. Paris. cons. 15. in. 2. num. 56.
e Dec. cons. 433. col. 3.
f d. c. tanta, ubi abba. in fi.
g c. fi. 32. q. 4. l. libertin. C. de int. matr. dec. d. cõs. 433. nu. 14.
h c. innotuit, de electi. ubi abb. nu. 18
i Abb. d. c. tãta nu. 12. & c. p uenerab. num. 31. & Præp. col. 6.
k Glo. l. quotiens. idẽ, de reg. iur.
l In tit. de adop. in ff. & Inst. sæpius
m cap. 37.
n Ruin. cons. 88. in 3. num. 11. 13.
o Host. c. lator, qui fil. leg. Io. And. Reg. sine culpa.
p Auth. de lenon. Auth. scæn. mul. & Auth. ut non luxur. cont. nat.
q Auth. quib. mod. leg. §. illud.
r Auth. ut cler. ap. prop. epis. & Auth. qũo opor. epis.
s Fel. c. cum sit, de fo. comp. num. 36 ex c. i. de fil. nat. ex matr. in feud.
t Auth. de monac. §. siquis autem monas. & de sancti. epis. §. cleric.

u Dec. cons. 132. x Bal. l. parentes, de in Ius. uoc. y Vbal. de sue. ab int. 1. par. nu. 37. z arg. à contrario. a Auth. de inc. nup. §. fin. & l. pen. in fi. C. ad orfit. b Auth. quib. mod. sui. §. siquis autẽ. c Auth. quib. mod. leg. circa princ. & de trien. & sem. §. consideremus. in fi. d arg. l. præcipimus, in fi. C. de appellat.

testantem legimus,ut supra dicebatur,tunc ego de uero concubinatu minime quidem unquam dixerim eum intellexisse, sed de alijs illicitis uoluptatum generibus,ex quo cōcubinatus per leges nomen sumpsit[a] ab omniq; crimine,aut turpitudine longe abesse existimatur,[b]secundũ ea quæ in simili Bartolus adnotauit.[c] Hodie tamen siquis quærat, 11
an Iureciuili hæc concubinaria consuetudo sit permissa, crederem forte quidem id iam negari posse, non eo quod lex ciuilis eam interdixerit,ut cæteri putant, sed quod cum Iure Pont. aliter cautũ sit, ex taliq; coniunctione grauissimum existat peccatum,[d]debet Iusciuile in hac re cum Iure Canonum omnino consentire, cum ubi peccati suspitio aliqua subest,una omnibus præualeat lex Pontificia.[e] Vnde fiet,ut Iureciuili quoq; dicatur nunc concubinatus interdictus,quod & recentiores tradidere,[f]non quia ea lege nominatim uetitus, sed quia legum nouarum interpretatione ita receptum est, perinde ac si uerbis iuris ciuilis specialiter esset introductum.[g] Nunc nouissime,Canoni Pontif. illud aduersari quis dicat quod Toletano concilio traditum est,[h] ut scili 12
cet,quibuscunq; liceat uel uxorem uel concubinam habere,& qui concubinam retinet,à cæterorum consortio non sit repellendus,[i] Sed ad 13
hæc respondeo, concubinam eo in loco accipi pro uxore, quam non adeo solennibus nuptijs, publicisq; instrumentis confectis duximus, quæ quoad affectum, & re ipsa uxor est, ob omissa tamen ea solennia lex concubinam uocat,[k]quæ tamen ab uxore nihil sanè differt, ut Archid.& Gemin.tradidere,[l] Dicunt etiam aliqui[m]concubinam eam Canones uocare, quæ sine spe prolis ducitur, quod connubium & ipsum est,[n] Sed non magni res est momenti.

a l.3.de concub.& Bal.cõs.457.in.s
b §. siquis autem. Auth.qb.mod.sui
c Bart.l. mulier.§. cũ proponeretur Ad Trebell.
d c.nemo.32. q. 4.
e Abb.c. 1. de nou. op.nunt. num. 5.
f Cagnol.l.si qua. C.ad orfic. num. 10.13.
g arg.Inst.de leg. patr.tut.
h c.is qui.34.Dist.
i d.c. is qui. & c. christiano. ead. Dist.
k c.oĩbus.§. 1. ead. Dist.
l Glo. Arch.Gem. d.c.omnibus, & d.c.is qui.
m Fel.c. cũ sit, de for.cõp.num. 38
n c.solet.32.q. 2.

De filijs naturalibus ex seruorum consortijs.

1 Matrimonium inter seruos non dicitur.
2 Ex seruis oriuntur,& naturales, & spurij,
3 Decij ac recentiorum error.
4 In seruitute qui dicantur suscepti.
5 Concubinatus seruorum.
6 Quid sit nasci in figura matrimonij.
7 Consortium & concubinatus, an pro eodem.

CAP. XIII.

EST & aliud filiorum naturalium genus, præcedentibus quidem perquam simile, nisi quod illi ex liberorum hominum, hi ex seruorum coniunctione suscipiuntur[o]. Serui etenim cum pro mortuis ha- 1
beantur,[p] matrimonium iure ciuili contrahere non possunt,nec legitimos filios procreare,[q]si tamen ij inter se certo ritu coierint, naturales filios & ipsi parere apti sunt,[r] Nam cum lex eis iustum omnino matrimonium interdixerit, certam tamen coniunctionis speciem concessit ad ueri matrimonii similitudinem,[s] quam contubernium seu consortium

o l.libertinum. C. de int. matrim.
p l. quod attinet, de reg.iur.
q l.3.C.de inc.nupti.
r l.lucius.§.fin. de leg.2. l. ex facto §.siquis rogatus ad Trebell.
s Inst.de seru.cog. in princ.cũ Glo. uer.ueniãt,in fi.

tium appellauit, [a] uoluitq; ex his ueluti imaginarijs nuptijs natos, naturales dici, [b] Quod si hanc consortij rationem negligentes, alijs temere mulieribus iungi uellent, tunc perinde ac liberi homines, qui connubij iura non seruant, spuriam & ipsos progeniem parere decreuit, [c] quæ distinctio, à Bartolo tradita, [d] ab aliis quoq; crebrius recepta est [e]. Primus tamen Panormitanus, [f] non credidit hanc differentiam satis iure posse probari, ut intersit aliquid, ullum ne de facto inter seruos matrimonium intercesserit, aut minus, quoad naturales scilicet filios suscipiendos, Et quanuis Alex. [g] eius opinionem non nullis legibus conuellat, [h] acriter tamen contra eum pro Panormitano instat Decius [i], contendens filios in seruitute susceptos, absq; ulla etiam matrimonii specie, naturales dici posse, respondetq; ad argumentum Alexandri, [k] nihil ibi de filiis in seruitute natis agi, eo quòd mater libera esset, à cuius conditione filiorum status pendere & dignosci solet [l], concluditq; tandem, idem in filiis in seruitute natis ac cæteris in libertate respondendum, ut cum inter liberos homines concubinatus sit necessarius ad naturalem sobolem comparandam, idem & concubinatus in seruis quoq; requiratur, posse enim eos quanuis non matrimonio, concubinatu tamen aliorum exemplo uti [m], Atq; ita non uult ad coniugii ullius speciem, sed ad concubinatum solum esse respiciendum, cum de filiis naturalibus aut spuriis dubitamus, quod & post eum recentiores alii, deinde latius tradidere [n]. Ego

3 uero, non miror quidem Panormitanum à Bart. in hac re dissensisse, sed Decium miror, contradicendi studio, res plerunq; ineptissimas effudisse, eiusq; errorem nedum ab aliis non agnitum, sed potius commendatum inde fuisse [o], Age uero qua ratione hoc unquam Decius & cæteri tueantur, eum qui ex libera matre & patre seruo natus sit, quanuis liber ipse oriatur, non tamen ex seruili concubitu natum dici, cũ hoc expresse Iustinianus ipse fateatur [p]? Non.n.ita licet argumẽtari, [q] eũ qui liberã matrẽ habuit, qui & liber nascitur, [r] ideo semper in libertate susceptum dici, aliud est.n.liberum nasci, aliud ex ingenuo matrimonio prodiisse, Nam qui alterutrũ parentẽ uel patrem, uel matrẽ

4 seruos habuit, semper is dicetur in seruitute susceptus, tam etsi fortasse is ex uentre liber in lucem editus fuisset, [s] Cum Igitur uideamus natos ex hac seruili coniunctione, quandoq; naturales, [t] quandoq; spurios uocari, [u] cur non eam sequamur distinctionem quæ æquissima est, & in liberis quoq; hominibus eodem ferè pacto seruatur, ut si se sub quadam coniugii imagine cognouerint, naturales filios edidisse, sin minus, spurios & illegitimos dicantur suscepisse? Hoc nobis Iustinianus sanè significauit, qui expresse ex seruili tãtũ cõsortio natos ad successio

a l.serui.C.ꝺ adul. l.fi.C.ꝺ ser.fug.
b Imo.d.l.lucius.§.fi. Alex.§.siquis rogatus.
c l.ex libera.C.de suis & leg.l.un.C.ꝺ mul.quç pp.
d Bart.§.siquis rogatus.sec.col.
e Imo. Alex. ibi. Imo.l.lucius.§.fi.
f Abb.c.in præsentia, ꝺ prob.nu.13
g Alex.d.§.siquis rog.in princ.
h l.ex libera.C. de suis & leg. Auth. ex complexu.
i Dec.d.c. in præsentia,nu.30. & in.l. generaliter, §.cũ autẽ.C. de Inst.& subst.nu.20.
k ad d.l.ex libera.
l l.partũ.C.de rei. uindic.
m l.fi.C. com. de. manum.
n Parisius d.c. in præsentia.nu.39 42.Ripa §.siqs rogatus.n.6.
o Paris d.c.in præsentia.nu.42.
p Inst.ꝺ seru. cog. in princ.uer. uel dum mulieres.
q respõsio ad d. l. partum.
r Inst.ꝺ ingen.§.i.
s d.tit.de seru.cog ubi casus.
t l.fi.ꝺ iur.delib.l. lucius.§.fi.ꝺ leg.2.l.oẽs §. lucius, quæ in fr.cred.
u l.un.C.de mul. quæ se pro.ser. ubi Bal. Ang. l. diuus, cũ Glo. de capt.& postl.d. l.ex libera,

nem uocans, atq; illos alijs iustis filiis æquiparans, à cæteris qui non ex consortio prodierunt, separasse uidetur[a]. Quod autem dicebat De- 5
cius, & concubinatum inter seruos dari,[b] ex eoq; tantum naturales filios gigni, adiuuat id magis & nostram & Bartoli opinionem, In hoc q; post Decium, omnes deceptos puto,[c] qui in hac materia, aliud esse 6
consortium, aliud concubinatum existimarunt, Cum enim dixit Bartol. & Alex.[d] oportere filios seruorum in figura matrimonii nasci, ut naturales dici queant, id utiq; uoluerunt, ut cum seruis uerum connubii ius non concedatur, ipsi de facto saltem ita inter se coeant, sicuti cæteri quibus id lege licet, rite congredi solent, Hoc autem consortium seu contubernium dictum est,[e] quod idem ferè & cum concubinatu est, nisi quod frequentius concubinatus de liberis hominibus,[f] cõ 7
sortium de seruis dicitur,[g] & in concubinatu, matrimonii contrahendi uoluntas deest, in consortio sola facultas, Ast in cæteris, & consortium concubinatus dici potest,[h] alterumq; pro altero promiscue usurpatur,[i] Hincq; tam consuetudo inter liberam & seruum, quam inter liberum hominem & ancillam, modo contubernium, modo concubinatus à lege nuncupatur[k]. Quod ergo dixit Bart. de figura matrimonii, non est diuersum à concubinatu, ut Decius putauit, quin illud idem duplici nomine significatum[l], quid est enim aliud concubinatus nisi obumbrata quædã matrim. imago, quæ ab eo sola ordinis dignitate differt[m]? quid aliud cõcubina, quã ficta quædã uxor?[n] Quod cũ supra latius ostenderim, hic amplius repetere, operæ pretium non duxi.

a d. tit. de seru. cog. in princ. cũ Glo. uer. ueniãt. in fi. & Afflic. decis. 203.
b l. fi. C. com. de manum.
c Paris. num. 42.
d d. §. si qs rogatus.
e l. serui. C. de adul. l. fi. C. de ser. fug.
f tot. tit. de cõcub.
g Inst. de seru. cog.
h l. nup. C. de nat. li.
i l. diui, & Auth. q. ius, cũ seq. C. de nat. lib.
k l. libera, cũ Glo. l. 3. C. de lib. cau. l. fi. C. com. de manũ. l. pen. cũ Glo. de priu. cred.
l d. l. diui. C. de nat. lib.
m l. item legato §. parui. de leg. 3.
n l. masurius in fi. de uerb. sign.

Seruilia consortia quomodo ineantur, et filij ex his nati, à cæteris quid differant.

1 Inter seruos sunt iura cognationis.
2 De Senat. cons. Claudiano.
3 Maiorem pudicitiæ cultum in fœminis, quam masculis exigi.
4 Vxor maritum adulterij non accusat.
5 Vernæ qui sint.
6 Filij seruorum naturales, quomodo succedant.
7 Cur lex his fauorabilior, quam cæteris naturalibus uideatur.
8 Ob contubernium uiolatum quæ detur actio.

CAP. XIIII.

SED licet ne seruis quodcunq; consortium inire, ut ex eo naturales filii quærantur? Ego sane non arbitror, Sicuti enim nec ingenuis hominibus, cuiusq; mulieris permissum est concubinatum appetere,[o] nec quocunq; tempore[p], Sic in his consortiis, quæ instar matrimonii sunt, delectum aliquem haberi oportet, namq; & in seruis, cognationis ac affinitatis iura spectari solent, seu dum in ser- 1
uili statu sunt, seu postquam libertate fuerint donati.[q] Id igitur inprimis necessarium duco, ut certo ritu inter se ad matrimonii speciem coeant,

o l. 3. de concub.
p l. i. C. eod.
q §. illud certũ, cũ Glo. Inst. de nupt. l. adoptiuus §. seruiles. de rit. nu.

2 coeant,[d] ut supra diximus, Inde uero ut non omnibus passim iungantur, sed ijs tantum, quos lex non interdicit, legimus. n. senatus consulto Claudiano, olim ingenuas mulieres propria libertate, et bonis omnibus mulctatas, quæ seruili amore bachatæ, nolente domino, cum seruis cõcubuissent.[b] Quod sen. cõs. et si hodie quoad libertatẽ sit antiquatum,[c] non crederem tamen illud rectum contubernium haberi posse, ubi mulier alienum seruum, non bona uenia domini ad se euocasset. Id quoque certum est, nec patronam posse seruo proprio se licite immiscere,[d] quin grauissimas pœnas utrunque sustinere, taleque nec contubernium, nec filios naturales dici,[e] Quod mirum fortasse alicui uideri possit, cum patronum ipsum uideamus ancillæ suæ concubinatu sæpe potiri,[f] cur ergo minus libere patrona seruo suo uti ualeat? Sed
3 hoc ego optima ratione institutum puto, nempe quod matronas præcipue deceat pudicitia,[g] quarum ideo cupiditati non æque remittendas habenas lex ciuilis putauit, ac masculorũ, Hinc lex Iulia maritum quidem de matrimonio ab uxore uiolato agentem audit, non æque ob id crimen uirum à coniuge patitur accersiri,[h] Hinc scriptum iure
4 ueteri, ex M. Catonis oratione refert Gellius, In adulterio uxorẽ tuam si prehendisses, sine iudicio impune necares, Illa te, si adulterares, digito non auderet contingere, neque ius est, Sic dominum, cum liberta sua iustum matrimonium contrahere lex permittit,[i] non idem tamen in patrona cum liberto suo uoluit,[k] quoniam honestatis, pudicitiæque uel ratio, uel suspitio, non æqua lance maribus ac fœminis pensanda fuit.[k] Nunc sciendum est, his naturalibus filijs ex seruorum contubernijs genitis (non de adscriptitijs loquor, in quibus ius proprium est,[l]
5 sed de seruorum uere filijs, quos fortasse uernas uocatos fuisse dicas[m]) multo plus leges fauere, quam naturalibus reliquis, ex ingenuo concubinatu profectis, de quibus supra egimus, Hos. n. quanuis
6 in seruitute concepti sint, si deinde manumissi fuerint, ad successionem tam ex testamẽto quàm ab intestato perinde ac iustos filios, noua constitutione Iustinianus uocauit,[n] illis sextam tantum partem non extantibus legitimis detulit,[o] Hi conditionem illam, Si sine liberis, extin
7 guunt, illi, non aliter nisi de uoluntate appareat testantis.[p] Huiusque rei illa uidetur esse ratio, quòd cum in utraque specie, matrimonij imago quædam referatur, hos tamen lex iuuit magis, quod hi ueras nuptias celebrare non potuerunt, cum serui essent, ij noluerunt, eos. n. magis semper tueri solemus, qui à rectis rebus gerendis, imbecillitate potius, quàm certo proposito et uoluntate deducuntur,[q] Parentes eorum, iure quidem culpari possunt, qui id quod recte facere poterant, neglexerunt,[r] His nihil uitio adscribi debet, qui quantum in se fuit,

a d. tit. de ser. cogn. cũ Glo. uer. ueniant. in fi.
b l. i. C. de sen. cõs. Claud.
c Insti. de success. subl. §. fi.
d l. un. C. de mul. quæ prop. ser.
e bal. Ang. d. l. un.
f l. pen. cũ Glo. de priu. cre. l. fin. C. com. de manum.
g Glo. l. palã. §. quæ in adulterio, de ritu nupt.
h l. i. C. de adult.
i l. uxorẽ. C. de nup.
k. l. 3. C. eod.
k Glo. §. si qua ser uo. 12. q. 2.
l l. fin. C. de agric. et cens. l. ne diutius, cũ glo. uer. intelligantur, eod. tit.
m Glo. §. huic. Inst. de legat. et. l. titiæ textores, de leg. i.
n Insti. de seru. cog.
o Auth. licet. C. de nat. lib.
p Bart. Alex. §. si quis rogatus.
q l. i. §. merito. ff. de positi.
r l. pen. C. de cond. inser.

implere non destiterunt.[a] Dantur autē et dominis eorū ob contuber 8
niū illud uiolatum, ad exemplum legis Iuliæ in matrimonijs, plures actiones,[b] possunt enim aut lege Aquilia, aut de iniurijs, nōnunquam et extraordinario crimine experiri,[c] Quæ omnia ideo concessa sunt, ut cum ueri connubij iura ij non possent obtinere,[d] cæteris saltem auxilijs non essent omnino destituti. Et hæc iure ciuili.

Nati ex seruis, an hodie legitimi dici possint.

1 Serui hodie contrahunt matrim. etiam inuito domino.
2 Legitime nati sequuntur patrē, ex seruis uero matrem.
3 De argumento à coniugatis.
4 Ex libera et seruo natus, sacris initiatur.
5 Esse qs seruus, et legitimus, hodie pōt.

CAP. XV.

IVS uero Pontificium, cuius præcipuus is est finis, ut quæ animis salutaria sunt, monendo, à peccato nos maxime diuellat,[e] cum matrimoniū rem sanctissimam et honestissimam miris ubiq; laudibus prosequatur,[f] cæteras omnes cōiunctiōes, hac una excepta, grauissime detestando[g], concubinatum etiam eadem ratione non probauit, quod à coniugali uinculo talis consuetudo plurimum abesset.[h] Hoc ipsum igitur coniugium cum à Deo rerum omnium opifice, primum sit institutum,[i] ad cuius tribunal, nemo alio nobilior, nemo locupletior, insignior ue existit, sed omnes æquali apud eum iure utūtur,[k] uoluit idem 1
sacramentum illud omnibus tam liberis quam seruis ita esse cōmune, ut nulla dominorū potestate iam posset impediri,[l] Qua ex re duplex orta est differentia inter ciuiles Pontificiasq; leges, altera, quòd cōcubinatus, qui eo iure permissus erat,[m] hoc fuit penitus interdictus, altera quòd cum seruos olim à matrimoniis contrahendis repellerēt,[n] nunc ad legitimum torum, iustaq; connubij iura æque cum cæteris uocati sunt.[o] Sed de illorum filijs nunc oritur controuersia, censeantur ne et ipsi iam legitimi esse, an uero, ut antea, naturales tantum, nunc quoq; judicētur. Multi sunt enim, qui hoc sanè affirment,[p] relinqui eos in pristino statu, eo quod seruorum quidem matrimoniū hoc iure fuerit receptum, ob summam, quæ illi sacramento, prærogatiua fuit attributa, sed quod ad filios attinet, nihil iure nouo fuisse immutatum,[q] posseq; hæc duo recte simul iungi, ut ex legitimo matrimonio, illegitima plerunq; soboles propagetur,[r] Quod et clarius demonstrari eo argu 2
mēto potest, quod scimus legitime natos filios, patris semper, non matris cōditionē sequi,[s] Sed cum Iure hoc Canonū, ex seruis nati, matris statum, non patris assequantur,[t] quid manifestius est, quam hos legitimos non esse, qui aliàs paternum tantum ius, gradumq; in omnibus, non matris retinerent?[u] esset etenim nimis id certe durum, ut ex ancilla

a l. quæret aliquis in fi. de uerb. sig.
b l. si stuprum, de iniur. l. serui, cū Glo. C. ꝗ adult.
c l. inter liberas, cū Glo. ad. l. Iul, de adult.
d l. 3. C. ꝗ inc. nup.
e c. ut animarū de const. in. 6. c, nouit, de iudic.
f c. tanta. qui fil. legit. cum sim.
g Glo. clem. ad nostrā. uer. nō est, de hæret. c. dixit c. meretri. 32. q. 4.
h c. nemo. 32. q. 4.
i c. unico, de uoto in 6.
k Galat. 3.
l c. i. et p to. de coniu. ser.
m l. 3. de concubin.
n l. 3. C. ꝗ inc. nup.
o xxix. q. ij. c. i. ij. Glo. d. l. 3.
p Host. in sum. qui fil. sint leg. col. 3. Lud. Sard. ꝗ nat. lib. §. de appel. natur.
q ar. l. præcipimus in fi. C. de appel.
r Glo. l. diuus de capt. et postl. Abb. c. literas. de fil. presbyt.
s l. cū legitimæ, l. lex naturæ, ꝗ sta hom.
t c. fin. de seru. non ordin.
u d. l. cū legitimæ.

cilla

cilla natus, iustus filius censeri posset,[a] Mihi tamen contraria magis sanè placet sententia, ut cum matrimonium ipsum probatum fuerit,
3 iam et filij ut legitimi recepti esse uideantur, Sumo etenim argumentum à causa efficienti, seu potius à cõiugatis, quod adeo necessarium est secundum Quintilianum,[b] ut alia non indigeat probatione, Nam si iustum est matrimonium, certe et iustos liberos oriri necesse est,[c] tales.n.filij quales nuptiæ,[d] Quod sanè intelligo rebus ita se habẽtibus,[e] nam si post contractum legitimum connubium, quid extrinsecus deinde acciderit, non nego plerunq; causam hanc peruerti, effectumq; longe ab initijs nobis propositis diuersum gigni posse.[f] Accedit quod
4 si ex seruorum matrimonio nati, legitimi non essent, certe nec sacris ordinibus possent initiari, qui in spurios nunquam conferri solent,[g] et tamen ex seruo et libera genitus filius, quod secundum ius ciuile, consortium seruile erat,[h] ad eos recte potest promoueri,[i] Sicuti uero uidemus, ex quo tempore, iustæ illæ nuptiæ probatæ sunt, quæ etiam infra annũ luctus à muliere essent celebratæ,[k] ex consequentia etiam quadam, pœnas omnes olim tali matrimonio indictas,[l] confestim fuisse extinctas,[m] cur non et hodie recepto inter seruos matrimonio, cætera quæ inde pendent, probata quoq; esse dicamus?[n] Cur enim hi non iusti sint filij, si parentes eorum secundum legum præcepta coierunt?[o] Nec obstat quod et hoc iure, filiorum status à matris pendeat conditione, id.n. quoad libertatem solum obtinet,[p] in qua seruantur ad huc et ciuiles leges,[q] eo quod nihil hæc res, matrimonij sacramento potest officere, cum tam liberis quam seruis legitima liceat inire coniugia, Quod ergo proprium est matrimonii, et eorum quæ à matrimonio ipso proficiscũtur, scilicet de filijs inde editis, crederem in omnibus à iure ciuili discessum,[r] ac secundum Canones, posse ali
5 quem seruum, et simul legitime natum eodem tempore appellari.

a arg.l. seruitutẽ, de reg. iur. et §. i. Insti. de nupt.
b lib. v. cap. x.
c §. legitimi, Aut. quib. mod. nat. sui.
d §. quoniã. ℣. qui enim. Auth. qb. mod. nat. legit.
e arg. l. q̃d seruius, de cond. ob cãm.
f Ita procedit. d. l. diuus cũ Glo. et c. literas, ubi. Abb.
g c. i. et p to. de fil. præsbyt.
h Insti. de de seru. cógn.
i c. fin. de seru. nõ ordin.
k c. pen. et fin. de sec. nupt.
l l. i. ij. C. de sec. nupt.
m Dec. Rubr. C. q̃ sec. nup. et. cõs. 230. Abb. c. fin. de sec. nupt.
n facit et cõs. Dec. 158. num. 2.
o arg. Inst. q̃ nup. in princ.
p c. un. de nat. ex lib. uentr.
q d. l. partũ. C. de rei uind.
r arg. c. lator, qui fil. sint leg. c. tuã q̃ ord. cogn. c. cu femiũ. ij. q. 3.

De uario illegitimorum filiorum genere.

1 Illegitimi olim ex nõ Rom. ciuibus orti.
2 Illegitimi in genere, qui dicantur.
3 Varia nomina illegitimorum filiorum.
4 Spurii in genere, & in specie.
5 Spurij ex damnato coitu.
6 Cõgressus meretricius ĩpunitus, et q̃re.
7 Vulgo concepti qui sint.
8 Qui dicantur uarij, Mãzeres. n. 9. Incestuosi nu. 10. Nefarij. nu. 11. Adulterini. nu. 12. Sacrilegi. nu. 13.
14 Nati ex sacratis patribus, quo nomine in iure uocentur.
15 Cleric. castitati qũo sit astric. qd de Mon.
16 Ex oĩbus Spurijs, qui turpiores alijs.

CAP. XVI.

DICAMVS nunc quod est nostri instituti proprium de filijs illegitimis, ut quam multiplices sint, et quid à naturalibus differãt, rectius intelligamus, Ac de eorum quidem origine, et diuersis in hac

re gentiū moribus,ſufficiant ea quæ aliàs diximus.Nunc ſciendum eſt,
quod cum ex uarijs cōiunctionib9,quæ olim inter homines erant, quaſ
dam lex Romanorum approbaſſet, unde legitimi filij orti et appel-
lati ſunt, quaſdam nec recepiſſet nec damnaſſet, unde naturales pro
diere, quaſdam etiam eo eſt odio proſecuta,ut quod inde prouenisset
nec filiorum nomine dignum cenſuerit, ſed omnem eam prolem, il-
legitimam appellauit, ut ex nomine ipſo quiſq; intelligeret,contra le-
gum præſcripta, talem omnino coitum extitiſſe. Duo autem princi-
paliter illegitimorum filiorum genera, iure noſtro tradita leguntur, 1
Alterum eorum, qui patrem matrem ue alienigenas habuiſſent,ideſt
non ciues Romanos, nam cum inter exteros, et ciues Romanos iu-
ſtum connubij ius non eſſet, ſi qui inde naſcebantur liberi, ſub pote-
ſtate patris non erant,ſed illegitimi cenſebantur,ut ſupra latius oſten
dimus,[a] quo in numero et plerique nati ex ſeruis cōprehendi poſſunt.
a cap.3.
Alterum illorum genus eſt, qui de Romanis quidem ciuibus nati
erant, parentes tamen eorum ſecundum legum præcepta non coie-
rant, de quibus in præſenti agendum eſt. Id autem uarijs de cauſis po
terat contingere,ſeu quia cum ea muliere iuncti eſſent, cum qua non
licebat, ſeu quia citra matrimonij conſenſum, ſeu quia ijs non ſerua-
tis quæ neceſſaria erant, ſeu alijs atque alijs modis, qui infiniti ſunt,[b]
b Glo.§.illud.in fi. Inſti.de nupt.
et partim etiam à nobis relati.[c] Generaliter ergo conſtituēdum erit,
c cap.6.et ſeq.
ubicunq; patrum coniunctio, aut uxoria, aut concubinaria non fuit, 2
illegitimos ſemper filios oriri,quocunq; dein alio modo fuerint con-
cepti, Et hæc ipſa copulatio, quæ tales illegitime natos edit, lato
d c.lex.36.q.1.
nomine fornicatio dici iure noſtro uidetur,[d] ſicuti et ipſi, late illegi-
timi appellātur. Verūtamen quoniam hic cōcubitus,unde tales illegi
timi procreantur, uarij eſſe poſſunt,propterea et uariæ illegitimorum
ſpecies in iure traduntur,prout et multiplices illecebræ eæ eſſe ſolent,
quæ parentes ad eam illicitam coniunctionem ineundam deducere
potuerunt. Sunt enim, Spurij, Vulgo concepti, Varij,Manzeres, In- 3
ceſtuoſi, Nefarij, Adulterini, Sacrilegi, Nothi, Hybridæ, et Baſtardi,
omnes inter illegitimos enumerati. Spurij nomen in genere, et ſpe-
cie accipi poteſt. In genere omnes in uniuerſum comprehendit, qui- 4
e Bar.l.fin.de his quib. ut ind. Caccial.l.ſi qua C. ad orfit. col. 1.2.
cunq; non iuſte nati ſunt, nihilq; ab illegitimi ſignificatione differt,
cum ad eos omnes pertineat, qui ex illicito quocunq; congreſſu ſu-
ſcepti fuere, latisſimeq; hoc modo ſumitur,[e] Hinc dixit Decius, reſcri
ptum id ſurreptitium non uideri,in quo narraſſet quis tantum,ſe Spu
f Dec. Conſ. 338. nu.7.uer. ultimo reſponderi. Iaſ. conſ.xi.in 3.n.2.
rium eſſe, cum ex inceſtu natus eſſet, eo quod nomen id generis habe
retur, quo omnes illegitimorum ſpecies comprehenderentur,[f] Vbi
ergo quis nec ex uxore, nec ex legitima concubina natus fuerit, ſed

ex alia

ex alia quacunq;, quanuis proxime ad concubinæ ſpeciem accederet,
is ſpurius & illegitimus recte dicetur.[a] In ſpecie uero Spurij illi uocan-
tur, qui ex mulieribus, ad quas publice omnibus aditus pateat, fue-
rint procreati, illi enim ex diuerſo ſemine orti, patrem non habent
certum unde prouenerint, ſed quaſi ex hominum colluuione geniti,
idcirco Spurij dicti ſunt, παρὰ τὸ σποράδην, ideſt quod ſparſim concepti
5 ſint, ut Iuſtinianus ait.[b] Sciendum autem eſt, ex his Spurijs, alios
quidem dici ex damnato coitu, alios ex non damnatis nuptijs ortos,[c]
Damnatus concubitus ille eſt, cui certa pœna à Iure conſtituta fuit,
ueluti adulterio, inceſto, ſtupro,[d] aut etiam alia extraordinem, ob
6 quam tamen talis congreſſus iure poſſit accuſari.[e] Spurij uero ex non
damnato coitu ij ſunt, qui ex tali coniunctione prodierunt, quam
lex non quidem probauit, ſed tamen nulla uoluit pœna uindicare,
ſed quaſi per diſſimulationem neglexit, qualis eſt concubitus cum
meretrice,[f] ancilla, aut alia uili, humiliq; muliere,[g] quarum conſuetu-
do cum legitima non ſit, non tamen alia pœna coercetur, quod nimi-
am earum mulierum obſcuritatem, indignitatemq; lex ita contemp-
ſit, ut nec dignam putarit, in quam ullatenus animaduerteret,[h] For-
te etiam ut ita in his conniuendo, alijs longe grauioribus libidinum
periculis obuiam iret, quibus irretiri humanæ naturæ imbecillitas fa-
cile potuiſſet,[i] hincq; fit, ut ſpuriorum nomine quandoq; etiam natura-
les ueniant, quia & eorũ cõceptio lege nõ punitur, quãuis diuerſa qui-
dẽ de cauſa,[k] quam differentiã Spuriorũ ex dãnato, uel impunito con-
greſſu ſuſceptorum, neceſſarium putauimus hic declarare, tum ob ſuc-
ceſsiones, tum ob alia multa, quæ infra tractanda erunt,[l] in quibus
7 animaduertemus plurimum hos ab illis ſpurijs differre. Vulgo con-
cepti qui ſint, & ex nomine ipſo patet, & à Modeſtino declaratum eſt,[m]
nempe qui patrem oſtendere non poſſunt, quia certum nullum ha-
bent, uel qui poſſunt quidem, ſed eum habent quem habere non li-
cet, qui & ſpurij appellantur, Ex quo cognoſcimus, Vulgo quæſiti no-
men cum ſpurio conuenire, cum omnes ex quocunq; reprobato con-
greſſu geniti, uulgo concepti poſſint appellari, tam etſi mater eorum
non palàm quæſtum feciſſet, lex enim æque uulgo quæſitos eos uocat,
qui re uera incertum patrem habuere, ac illos qui eum habent, quem
8 habere iure non licet. Varij nomen pro illegitimo, apud Iuris con-
ſultos noſtros, me quidem legiſſe non memini, alij tamen authores in
hoc ſenſu utuntur, eo quod ex uario ſemine in lucẽ emiſsi ſunt, quem-
admodum Heliogabalum ob id Varium dictũ fuiſſe accepimus, quod
9 ex meretrice conceptus eſſet, ut tradit Lampridius. Manzer etiam

a Oldr. conſ. 196. Bald. 206. in 3. Alex. 174. in 5. 1. col. in fi. Abb. c. tanta. nu. 13.

b §. ſi aduerſus, Inſti. de nupt.

c Glo. Bar. Bal. Salic. et oẽs ĩ. l. pẽ. C. ad orfic. Alex. 174. in. v. Dec. conſ. 311.

d §. itẽ lex Iulia. Inſti. de pub. iud. Dec. conſ. 306. Soz. cõſ. 148. co. pen. cum ſubſcr. Bal. ibi.

e Aret. §. nouiß. Inſti. ad orfit. nu. 8. Cagnol. l. pen. C. eod. nu. 13.

f l. ſi ea. C. de adulter. Bart. l. fin. ꝙ his qb. ut ind.

g l. quæ adulteriũ C. de adult.

h Soz. l. gallus. §. quid ſi is. col. fin. de lib. et poſ. et conſ. 148. et Bar. l. ſi uxor. in fin. princ. de adult. et eſt tex. d. l. quæ adulterium.

i Doct. c. inter opera. de ſponſal.

k Crauet. cõſ. 138. num. 5.

l cap. 40. 43.

m l. uulgo, de ſta. hom.

Iurisconſultis noſtris in uſu non eſt,ſed tantum à Pontificibus uſurpa tum,[a] hodieq; in reſcriptis,priuilegijs,& Curia Romana ſatis quidem celebre. Hæbreum ipſum uocabulum eſt, proprieq; eum ſignificare, qui de ſcorto natus eſt, ſacra pagina interpretatur.[b] Inceſtuoſi ab in 10
terpretibus noſtris dicuntur, qui ex inceſtu nati ſunt, Inceſtus autem eſt conſanguineorum uel affinium abuſus,[c] hinc inceſtuoſi qui ex con iunctis tranſuerſalibus, uel affinibus ſuſcepti fuere.[d] Nefarij autem ij 11
ſunt, qui ex linea aſcendentium aut deſcendentium proficiſcuntur, ut Accurſius uoluit.[e] Ego tamen uereor, ne ſubtilior hæc ſit differen tia, quàm ut ſemper ſubſiſtere poſſit, cum uideam hæc nomina ſæpe confundi, et nefarias ac inceſtas nuptias pro eadem re accipi,[f] Vnde & nefarij ac inceſtuoſi filij promiſcue aſſumi poterunt, pro ijs qui in- tra gradus quoſcunq; prohibitos concepti fuere. Adulterini ij pro- prie tantum dicendi eſſent, qui ex adulterio ſunt profecti, quod adul 12
terium ſolum in nuptam committitur,ut nomen ipſum demonſtrat,[g] Qùoniam tamen lex Iulia ſtuprum et adulterium συμμιγῶς & indifferen ter appellat,[h] propterea et de filijs inde natis, idem quoq; forte dici- poterit. Sacrilegi ij uocandi uiderentur, quorum uel pater, uel ma- ter dum eos concepit, ſacris erant initiati, nam cum ſacrilegium late 13
dicatur, rei ſacræ uiolatio,[i] notum eſt eos omnes, qui ſe diuino cultui dediderunt,ita continentiæ caſtitatiq; ſeruandæ iam eſſe aſtrictos, ut qui poſt id,libidinibus quandoq; obtẽperarit,is ſtatim et ab officio re ceſſiſſe,& ſuſceptos ſacros ordines inquinaſſe uideatur,[k] prout Abb. etiã quãdoq; ſignificauit,[l] Alij tamen inceſtum eum eſſe dicunt,[m] Alij adulteriũ malunt,[n] Quidã ſpurios potius huiuſmodi filios dici cenſue runt,[o] ita ut ex Doctorũ ſententijs hoc ſatis incertũ uideatur. Verius 14
tamẽ ego eſſe exiſtimo, eos qui ex ſacrato clerico,et ſoluta muliere na ſcuntur,ſimpliciter ſpurios dici,quoniã et inter eos ſimplex fornicatio dicitur interceſſiſſe,[p] qui uero ex ſacerdote et nupta muliere,illos adul terinos eſſe,[q] At qui ex coniunctis, inceſtuoſos appellari, ut ita exem- plo laicorum,in his quoq; hæc crimina notentur,[r] paucis exceptis caſi bus,qui à Doctoribus relati ſunt.[s] Vbi uero ex muliere religionẽ profi tente, et Deo ſacrata, aut ex Monacho iam Monaſteriũ ingreſſo, quis cõceptus eſſet,tunc nihil dubito,ſacrilegũ hunc partum eſſe,[t] Ratioq; differẽtiæ inter Clericum in ſacris, et Monachũ ea eſt, quod Clericus nunquã expreſſe perpetuã caſtitatem uouit,nec ad id uoto ullo ſolẽni 15
unquã ſe obligauit,quanuis cõtinentia uti ex præcepto eccleſiæ tenea tur,ut Doct.tradunt,[u] Monachus uero non aliter religionem potuit profiteri,niſi tribus rebus (quæ uulgo ſubſtãtialia religionis dicuntur)

proprio

a c.niſi cum §. per ſonæ.de renũciat.
b Deuteronõ.capi. 23.
c c.lex.36.q.1.
d Glo Rubri.C. de inc.nup.
e Glo. in d. Rubri.
f §. ergo.Inſti. de nupt.l.fin.de rit. nupt.
g l.inter.§.1.de adul ter.
h l. inter ſtuprum de uerb. ſign. & d.l.inter.§.1.
i Bal.l.3.C.de fur tis.
k c. nullũ.c. de his. 28.Diſt.c.maxi- mian.81.Diſt.
l Abb.c.ut clerico rum,nu.6.de uit. & hon.cler.
m Glo.Bart.Bal.l. ij.in fi.C.de epiſ. et cler.
n Glo.c. per uene- rab.qui fil.legit. uer. adulterinis, et ibi Abb.nu.32.
o Bal.l. ſi quis in- ceſti. C. de inc. nup.
p c. quia circa, de bigam.Fede.cõſ. 167.Card.Clem. ad noſtrum,circa fi.de hæret.
q c.præſbyter.28. Diſt.
r Glo.1.c. lator. ij. q.vij.
s Dec.c.atſi cleri- ci,de iudic.in prin. nu.48. 49. Fel. nu.31.
t c. impudicas, c. uirginib,27. q.1.
u Paul.Card.Imo. in clemen.ad no- ſtrum. de hæret. Caccial. l. ſi qua C.ad Orfi.col.16

proprio se uoto omnino addixerit, scilicet, rerum propriarum abdicationi, castitati, et obedientiæ,[a] Vnde si quid ab altero eorum aduersus hæc cōmittatur, multo id grauius crimē in Monacho quā Clerico no
16 tatur,[b] hæcq; ipsa ex religiosis uiris concepta proles, cæteris omnibus odiosior multo et detestabilior iudicatur,[c] Quin illi qui tam atrox libidinis genus perpetrare ausi sunt, illo solo complexu, triplici se maximo scelere polluisse dicuntur, adulterio, incestu, sacrilegio, [d] Quo fiet, ut unūquodq; ex his nominibus, filijs inde natis recte cōueniat, Vnde et quandoq; sacrilegi, aliquando adulterini, aut nefarij, aut incestuosi à Canone appellantur.[e]

a c.cum ad monasteriū ubi Abb. & sta mon.
b Dec.d.c.atsi clerici, nu.49. et paul.Gril. in tract. de pē.omnif.coi. cap. ulti. Imo.d. Clem.ad nostrū.
c Dec.cons.338. et 579.nu.5.
d Glo.c. uirginib. 27. q. 1. Abb. c. monaster. & uit. & hon cler.
e Not. Felin. d.c. atsi clerici, col. pen. & fin.

Qui sint Nothi, Bastardi, et de aliis illegitime natis.

1 Nothus, uocabulo latino caret.
2 Nothi i. iure nro q. & Alcia. opin. reiecta.
3 De uerbis Græcis Nouell. Constit.
4 Haloandri error.
5 Nothi apud Græcos qui.
6 Hybridæ qui dicantur.
7 Qui bastardi.
8 Matrimoniū ad Thalac, & ad Morganicā.
9 De uarijs nominibus illegitimorū apud Græcos.
10 Pœnæ illicitarum nuptiarum.
11 Diuersæ illegitimorum conditiones.

CAP. XVII.

DE Nothis maius quoq; dubium est, qui nā hi proprie sint, uarieq; de his proditū reperimus. Io. Andreas eos esse dixit, qui ex adulterio nati sunt.[f] Isidorus,[g] illos qui ex matre ignobili, patre uero illustri. Hostiensis,[h] hos qui ex incestu, quasi ex nota idest affine et consanguinea. Alciatus,[i] eos qui ex ancillis aut meretricibus, quæ prope ad concubinarum similitudinem accedunt. Ripa,[k] illos qui sunt uulgo expositi, qui ut plurimum parentum notitiam non habent, ut sit κατὰ ἀντίφρασιν dictum. Nonnulli, omnes qui ex quolibet damnato coitu, quasi ex nota & infamia orti. Alij, alia et longe diuersa tradidere. Ego No-
1 thi uerbum (quod et omnes uel tātum literis tincti norunt, præter Isidorum, et eius farinæ cæteros) Græcam dictionem esse scio, quæ adhuc nec latinum nomen inuenit, ut Quintilianus ait,[l] illamq; in Pandectarum libris, nullo quod meminerim in loco usurpatam. Cum autem Iustinianus suas constitutiones, quæ νεαραί dicuntur, Græco sermone conscripsisset, primus in iure τῶν νόθων mentionem fecit,[m] qua uoce deinde nostri iuris interpretes sæpius uti ceperunt, Verum quo sensu hæc à Iustiniano fuerit accepta, ego in hoc ab Alciato et cæteris longe dissentio. Alciatus enim Nothos eos intelligendos
2 tradidit, qui ex scortis suscepti sunt, ubi mater non adeo custodita fuit, qui apud nos Spurij dici solent. Ego uero, quos Nothos Iustinianus uocat, eos procul dubio esse puto, qui uere et proprie apud nos sunt naturales, quod multis ex locis in illa constitu-

f Glo.c.nisi.§.psonæ.de renunt.
g lib.etymol.xi.
h In sum.de cōsan.
i parerg.4.cap.v.
k l.ex facto.§.siqs rogatus ad Trebell.num.5.
l lib.3.cap.8.
m Auth.de Nothis als. Quib. mod. nat.sui.

tione apparet, ſed ex eo maxime, quod ſcimus id agere Iuſtinianum
ibi, ut naturales tantum filios agnoſcat, eos inquam naturales,
qui ex uero et iuſto prodierunt concubinatu,[a] cæteros enim qui non
huiusmodi fuerint, ita ut naturalium nomine digni non ſint, quoſ-
cunq; penitus excludit,[b] Quod ſi de his loquens, quibùs tantum tale
uult commodum impartiri, Nothos illos appellat,[c] cur dubitamus
quin tali uocabulo de ueris naturalibus,non ſpurijs ſenſerit, cum in-
ter eos differentiam maximam conſtituat?[d] Nec quicquam refert,
quod de duplici filiorum genere mentionem facere uideatur,et utrun
que agnoſcere, φυσικὰς ſcilicet et νόθας, quaſi φυσικοί naturales ſint, νόθοι, ue-
ro Spurij, ut Alciatus ait, Nam ſciendum eſt, uerbum φυσικός, pro eo
quod nos naturalem filium dicimus, Græcum non eſſe, nec uſquam 3
apud Græcum ullum authorem in hac ſignificatione reperiri, ſed ita
à Iuſtiniano compoſitum, ut ex eo facilius Nothi ſignificatio percipi
poſſet, qualia et multa tam ſæpe apud eum huiuſmodi legimus, quæ
Græci idiomatis non ſunt, quanuis Græce conſcripta, ut φιδεικομίσσον,
πραίτωρ, ὀρδινάριος, κοδικίλλος, & ſimilia uerba, quæ Græci homines nec ſom
rũt unquã. Voluit is Igitur duplici uocabulo idẽ euidẽtius ſignificare,
et utrunq; eodẽ ſenſu accepit,forte ne qua dubitatio ſupereſſet, ut ali-
bi dicitur,[e] quod et inde patet, quia in eadem periodo, ſermonisq;
continuatione, quem modo νόθον appellauit, eundem et φυσικόν, deinde
uocat,[f] Quod ſi nemo dubitat, quin uerbo φυσικὰς naturales proprie
ſignificauerit, quanto magis hoc et de Notho dicendum eſt, cum et
conſtitutionem ipſam περὶ νόθων inſcripſerit, et eam ita exordiatur.
τὸ τῶν νόθων ὀνόματι ἡ ρωμαίων νομοθεσία et cæt. nec niſi poſt dimidium planè il-
lius, τῶν φυσικῶν mentionem faciat,[g] intereaq; ſemper Nothos appel-
lauerit eos, quibus et uult ſubuenire, et quos per ſubſequens matri-
monium, ſeu per oblationem principi, uel Curiæ, legitimorum iura
adipiſci ſancit, et tamen quin eo in loco de naturalibus proprie intel
lexerit, ridiculum eſt dubitare. Haloander quidem in uerbis latine 4
uertendis multo plus, quàm in Imperatoris mente percipienda ſoli-
citus, nihil inter naturalem et Spurium putauit intereſſe, ſed uerbo
φυσικοῖς nunc ſpurios, nunc naturales reddidit, quod idem et in Notho
fecit, qua re nihil poteſt dici à Iuſtiniani mente alienius, qui et in
pluribus ſuis conſtitutionibus,[h] et in ea hoc maxime contendit, ut
naturalibus tantum proſpiciat, ſpurijs uero nec alimenta quidem
concedat.[i] Iam uero nec huic meæ ſententiæ,uerbi ipſius,Nothi,repu- 5
gnat ſignificatio, cum eo nomine comprehendatur, ut tradidit Pol-
lux,[k] quicunq; ortus eſt, ἐκ ξένης ἢ παλλακίδος, hoc eſt ex peregrina ſiue
concubina

a d. Auth. §. ſi quis autẽ defunctus.
b d. Auth. §. fin.
c §. οὐ διαφερόμεθα et. §. τελευταῖον.
d §. ultima. d. Aut. et. §. ταῦτα ἡμῖν.
e l. i. §. ſed ſciẽdum de ædil. ed.
f §. de nepotibus. uer. in quibus. in Græ. exempl. §. ἐφ᾽ ὧν δὲ θεμάτων.
g §. ſi uero is q ſolũmodo. In Græ. εἰ μέντοι γε ὁ μόνων φυσικῶν παίδων.
h Auth. de trien. et ſem. §. conſideremus. et qb. mod. nat. leg. §. fin.
i §. pẽ. et fi. d. Aut. qb. mod. nat. ſui.
k lib. 3.

concubina, Et Hesychius interpretatur, νοθογένητα, liberos, μὴ γνησίους, sed ex scorto, aut amica, aut serua, aut concubina susceptos, Satis autem est, uel aliquam ex his significationem, ad naturales proprie, hoc est ex concubina natos, referri posse, licet aliæ latius deinde pateant, facile enim hanc Iustiniani mentem fuisse, ex constitutionis contextu deprehendimus, fuitq; hoc omnino necessarium, ut cum ipse Græco sermone illud esset expressurus, ad quod ij præcipuũ et appositum uerbum non habent, eo uocabulo uteretur, quo idem significaret, quanuis et alijs modis apud eos id quandoq; usurparetur, nec. n. nego solere eos, Spurios nostros, Nothos nuncupare, cum eo nomine ipsi quicquid non uerum et legitimum est, appellent. Quæ quidem omnia et Innocentij Pont. authoritate adiuuantur,[a] qui cum Nothos et Manzeres nominasset, naturales deinde & Spurios subiecit, quasi Nothi uerbum ad naturales, & Manzeris ad Spurios esset referendum, quod et Præpos. alibi tradidit,[b] mihiq; huic sententiæ uidetur aptissimum.

6 Quidam etiam sunt, quos Hybridas antiqui uocauere, proprie quidem semifera animalia, ut sues, ex fero et domestico sue progenitos, aut canes natos ex uenatico et gregario, sed & ad homines transfertur, ut de. C. Antonio Ciceronis collega in consulatu dictum est,[c] Atq; ideo qui ex imparibus parentibus nascuntur, Hybridæ uocantur à nonnullis, quod nomen etiam illegitimis attribui solet.

7 Vltimum est Bastardi nomen, quo uulgo pro omnibus illegitime natis utimur, cuiuscunq; generis, tametsi Accursius et Decius de Naturalibus tantum id uideantur acccepisse,[d] Sed communis usus loquendi in contrarium est, uulgariq; sermone omnes non legitime ortos, solemus bastardos nuncupare,[e] ut omnibus patet. Sunt etiam præter hos, quidam alij filij, qui legitimi quidem proprie non uidentur, sed nec quoq; inter illegitimos referendi, quales sunt hi, qui ex matri-
8 monio quod ad Thalac dicitur, orti sunt, quod matrimonium quoddam est arbitrarium, ut scilicet cum marito placuerit, dirimatur, qui mos coniugij in partibus orientalibus seruari dicitur,[f] Sicuti et illud aliud est, quod ad Morganicam contractum fertur,[g] ex quo nati filij legitimi quidem uocantur, sed tamen certum est, non omnia illos legitimorum filiorum iura obtinere,[h] Et quanuis de ijs qui ad Thalac nati sunt, referat post Angelum Seuerinas,[i] olim ex facto, eos Venetijs illegitimos fuisse iudicatos, ego tamen has quæstiones in præsenti omitto, cum de filijs iure tantũ Romanorum legitimis aut illegitimis disputare nobis sit propositum, aliàsq; dixerimus,[k] plurimũ in hac re gentiũ moribus esse deferendũ, cum uerũ id matrimonium apud oẽs habeatur, quod ex uniuscuiusq; populi ritu et legib⁹ celebratum est,

a c. nisi. §. personæ de renunt.
b c. per uenerab. Qui fil. leg. col. ix.
c Plin. lib. 8. ca. 61.
d Glo. Rubr. & cõcub. et. l. fin. C. de nat. lib. Dec. cons. 433. nu. 14.
e Præpos. d. c. per uenerab. col. 7.
f Caccial. l. si qua C. ad orfit. col. 3.
g De fil. nat. ex matr. ad Morg. In usib. Feud.
h c. i. in fi. eo. tit.
i Caccial. d. l. si qua.
k cap. 3.

quāuis apud nos ſecus uideatur.[a] Habent et Græci uaria nomina ille- 9
gitimorum filiorum,quale in primis eſt, Νόθος, de quo modo egimus,
Σκότιος,ideſt,ὁ ἐκ λαθραίας μίξεως ſecundum Suidam, uel ὁ τὸν πατέρα ἀγνοῶν,
ſecundū Homeri interpretem,[b] Μητρόξενος,ὁ ἐκ ξένης μητρός, Παρθένιος,ὁ ἐκ τῆς παρθένου
λοχεύσης, Εἰσποίητος, qui plerunq; pro adoptiuo,ſed et quandoq; pro ſubdi
titio filio accipitur, quem aliquis ut ſuum ignarus, nutrit, cum ta-
men alienus ſit, Eſt & ὑποβολιμαῖος, qui eodem ſenſu capitur, pro ſuppo-
ſititio,& quanuis hi duo, ſcilicet εἰσποίητοι,& ὑποβολιμαῖοι, poſſint quan-
doq; legitimis eſſe natalibus orti, quia tamen quoad eum, qui pater
creditur, ueri non ſunt filij, propterea uidentur quodammodo illius
eſſe Nothi, unde & generaliter pro Nothis quādoq; hæc duo nomina
uſurpantur. Solent quoq; et ἀπάτορες omnes hi illegitimi dici, ideſt ſine
patre, filij, [c] His autem omnibus contraria ſunt, γνήσιος καὶ ἰθαγενὴς, ὁι ἐκ νομί-
μων γάμων, ut Iulius Pollux tradidit. [d] Sed & præter hæc uaria nomina,
quæ illegitime natis à Iure conſtituta ſunt, uariæ etiam pœnæ uni- 10
cuiq; ex illis illicitis coniunctionibus unde tales procreantur liberi,de
cretæ fuere,et quædam capitali,aliæ leuiori ſupplicio mulctari ſolent,
prout parentum quoq; libido in ijs concipiendis quandoq; turpior &
effuſior, quandoq; uero remiſſior & paulo tolerabilior potuit uideri,
Vnde & non defuerunt,qui iuſtum tractatum hoc argumento edide-
rint, qua ſcilicet pœna quilibet illicitus coitus ſit uindicandus, [e] quod
& interpretes alij uarijs in locis diſputarunt,[f] et nos ideo in præſenti
hoc labore leuarunt, quod hæc ab ijs latiſſime ſunt pertractata. Sanè 11
inter hos illegitimos, ut et antea dicebamus, quidam præ cæteris ne
quiores et odioſiores haberi ſolent, ſicuti et concubitus ille unde ipſi
profecti ſunt,turpior et grauior iudicatus eſt. Adulterij enim crimen
uincit fornicationem, ſed uincitur ab inceſtu,[g] ſicuti et in inceſtu qui
dam gradus conſiderari poſſunt alijs deteſtabiliores, ut cum ſorore,
matre,nouerca, quàm cum alijs conſanguineis, Hinc dicebat Baldus,
de uarijs uitæ generibus loquens, [h] In uirginitate uiuere nos glorioſe,
in uera uiduitate caſte,in matrimonio pudice, in concubinatu impu-
dice licet tolerabiliter, in ſtupro damnabiliter, in adulterio damnabi-
lius, in inceſto damnabiliſſime.

a arg.c. quāto.de diuort.
b Iliad.Δ.
c §.ſi aduerſus.Inſti.de nup.
d lib.3.cap.2.
e Paul.Gril.Trac. de pœn.omniſ.coitus.
f Doct.c.at ſi clerici,de Iudic. & Inſti.de publ.iud.
g c. adulterij. 32. q.7.
h c. cauſam de probat.num.7.

Vnde dicti Naturales, Spurii, Vulgo concepti, Nothi, Baſtardi.

1 Illegitimi non dicuntur naturales.
2 Naturales pro iuſtis filiis.
3 Spurij etymologia. et num.5.
4 Spurius apud ueteres loco prænominis.
6 Nothus qui,et an idem cum Spurio.
7 Vnde dicti Nothi.
8 Baſtardi unde.

C A P. XVIII.

NATVRALIVM nomen inde dictum ſupra tradidimus, quod
filij hi à ſola natura geniti ſint, à iure nec recepti, nec reiecti,[a] a c.fin.32.q.4.l.3. de concubin.
1 Cæteri.n. qui ex alijs illegitimis congresſibus oriuntur, cum ſola con
cupiſcentia, atque libidine authore in lucem prodeant, digni non fue-
runt, qui à natura denominarentur, quam ſuæ procreationi cõmunem
non habuiſſent,[b] Verbum quidem ipſum uti Iuriscõſultis noſtris quam b .§.fin. Auth.q̇b. mod.nat.eff.ſui.
maxime in uſu, ita apud bonos et latinos authores alio potius ſenſu
2 uſurpatum, uidelicet pro naturali & legitimo ſimul. Cic. Philip.iij. Cu
ius naturalis pater ſi uita ſuppeditaſſet, conſul factus eſſet. Sueton. in
Tyberio. Filiorum neqꝫ naturalem Druſum, neqꝫ adoptiuum Germani
cum patria charitate dilexit, Sic & apud Quintil. & alios, quo modo et c l.i.in prin. ꝙ bõ. poſ. cont.tab. et Inſtit. de nup.§. ſed hodie.
3 noſtri elegãtisſime quãdoqꝫ uſi ſunt.[c] Spurios uero ſic dictos Modeſti
nus tradidit παρὰ τὴν σποράν hoc eſt à ſatione,[d] quam notationem et Im d l.uulgo.ꝺ ſta.hõ.
perator ipſe ſecutus eſt,[e] quæ tamen cum nimis fortaſſe generalis e .§. ſi aduerſus Inſti.de nupt.
uideretur, quippe quæ & legitimis etiam recte poſſet conuenire, Idcir-
co multi exiſtimarunt σποράδην legendum eſſe, ideſt ſparſim concep-
tos, & ex collectitio ſemine editos, unde & Sporades inſulæ dictæ, quod
in Inſtitutionibus ſuis animaduertit Theophilus, et ſecuti ſunt recen-
tiores. Aliter tamen huius uerbi origo à Plutarcho grauisſimo et lo-
cupletiſs. authore relata eſt, tradidit.n.is in Problem. prænomina apud
Romanos primis tãtum literis notari ſolita, una, duabus, aut tribus, ut
T. Titum. GN. Gneum, Ser. Seruium. C. Caium, eodemqꝫ modo Sp.
Spurium quod prænomen erat deſignaſſe, uſos tunc etiam eos qui ſine
patre eſſent, qui Græce ἀπάτορες dicuntur, de quibus nos agimus,
quia patrem certum nõ norunt, aut etiam orbatos parente, diſiunctis
literis. S.P. ſignificare, ideſt, ſine patre, Quæ nota cum parum ab illa
Spurij differret, hoc errore deinde factum eſſe, ut Spurij ſine patre dice
rentur. Et hæc Plutarchi ſententia, tam etſi noſtris Modeſtino et Iu-
ſtiniano ſit contraria, eo mihi probabilior uidetur, quod plures apud
ueteres eo Spurij nomine appellatos legimus, quos tamen cõſtat legi-
timis fuiſſe natalibus ortos. Liuius lib.ij. Duos tamen cum eo pudor
tenuit, Spurium Laertium, ac Titum Heminium, ambos claros gene-
re factisqꝫ. Idem narrat à Casſio quodam Spurium Casſium filium iure
patriæ poteſtatis necatum, eo quod dum Trib. Pleb. eſſet, legem Agra
riam tuliſſet, de quo et meminit Valer.[f] & tamẽ ſcimus patriam hanc f lib.v.cap.8.
poteſtatem ad ſolos iuſtos et legitimos parentes pertinuiſſe.[g] Poſſe- g Inſt.de pat. pot.
mus et ſexcentos alios eodem nomine recenſere, qui et honeſtisſimi
uiri fuere, & maximis dignitatib⁹ decorati, ut Spurium Papirium, Spu
rium Furium, Spuriũ Caruilium, et alios plures qui ab hiſtoricis ſum

ma eorum cum laude memorantur. Quæ res nobis aperte declarat, 4
longe aliter id uerbum à ueteribus fuisse usurpatum, quam Iuriscon-
sulti nostri tradiderint, cum apud Ciceronem, Liuium, & alios eius
ætatis uiros, ubi de Spurio fit mentio, id loco prænominis accipi so-
leat. Sumpserunt autem ij nostri fortasse hanc etymologiam à Græ-
cis et Oratoribus quibusdam recentioribus, quos irridet in prædicto
loco Plutarchus, Addens illud quoque absurdum esse, quod dicebant
aliqui, Sabinos muliebria pudenda Sporion appellasse, unde eos qui
legitime nati nō essent, Spurios ueluti cōtumeliæ causa uocatos. Ego 5
illud etiam non indecens huius nominis etymum esse existimarim, à
Græco σπείρειν, quod fœlici hi ad prolem suscipiendam editi sint auspi-
cio, atque ad liberos procreandos quàm maxime idonei habeantur. Ho
die tamen inualuit hæc noua significatio, ut spurium dicamus quic-
quid non sincerum et legitimum est, sic spurij uersus apud Gramma-
ticos, spuria cogitatio apud Philosophos, et sim. Sunt quoque uulgo
concepti ijdem cum spurijs, [a] cuius nominis ratio sat patet, nempe
quod ex colluuione quadam, et seminis communione sint progene-
rati, Nam ut ait Accursius. [b]

a l. uulgo, de sta. hom.
b Glo. §. pen. Insti. de nupt.

Cui pater est populus, pater est sibi nullus et omnis.
Cui pater est populus, non habet ille patrem.

De nothis multa supra tradidimus, eo nomine Græci quicquid non 6
uerum est uocant, ut νόθος Ἀττικισμός, & quod nō proprium est, sed aliunde
sumptum, ut cum Catullus dixit, [c] Lunam notho lumine, uel quod ex
diuersæ speciei animalibus editum, aut etiam quod externum, atque
cum patrio mixtum est, sicut Nothi pulli. Columel. lib. VIII. Omnium
autem horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex pe
regrinis maribus nostrates ediderunt. Latino id caret uocabulo, ut in
quadam oratione testatur Cato, et refert Quintil. [d] idcircoque peregri
no frequenter utimur. Multi fuerunt qui Spurium idem cum Notho
esse existimarent. Hincque Sex. Pompeius ait, Nothum Græci natum ex
uxore non legitima uocant, qui apud nos spurio patre natus dicitur,
animaduertimusque optimos quosque interpretes, cū de Notho à Græ
cis fit mentio, Spurium semper uertisse, Sed ego supra ex Pollucis au-
thoritate docui, magis generale hoc nomen esse, cum et eum cōpre-
hendat quem naturalē dicimus, idest ex concubina natum, inter quem
& Spuriū multum lateque interest. Dicendum est Igitur id uerbū com
mune esse tam naturalibus quàm spuriis et quibuscunque illegitime na 7
tis, Indeque dictum uidetur, quod qui sit huiusmodi, eo careat quod di
uinū putatur, legitimis scilicet natalibus à νω. priuatiua particula, & θεῖον
est. n. θεῖον τι τὸ γνήσιον ἐν τοῖς κατ᾽ ἀνθρώπων τόκοις, Nothusque est ἐστερημένος τοῦ θείου, ut ait
Suid.

c Catullus in epigram. 31.
d lib. 3. cap. 8.

Suid. cuius contrarium γνήσιος appellatur. Νόθεια χρήματα Græci dicunt eā partem bonorum quæ ex hæreditate paterna Nothis lege Athenienſium contribuebatur usq; ad drachmas mille, ut tradit Ariſtophan. & meminit Demoſthenes contra Ariſtrocrat. Baſtardos populari
8 lingua hodie hos omnes uocamus, quod uerbum omnino barbarum uidetur, niſi inde ſumptum exiſtimes, quod βασσάρις apud Græcos præter Bacchæ ſignificationem, etiam pro meretrice & muliere proſtituta capitur, ut in Epigram. ſæpius legitur, quaſi illegitimi filij ut plurimum ex meretricio complexu oriantur. De cæteris illegitime natis, ſatis in præcedenti capite egimus, ex quo & unde ſinguli appellati ſint, facile unicuiq; eſt colligere.

Ex cohabitatione uiri & mulieris an præſumatur matrimonium.

1 Ius ciuile quando matrimonium præſumat.
2 Deprehenſi duo rem ſimul habere, ſi dicant ſe coniuges, an eis credendum.
3 Concubitus cum meretrice aut uilibus fœminis non punitur.
4 In materia permiſſa, partium aſſertioni ſtatur.
5 Iure Canon. non præſumitur matrimonium, niſi omnia ſolennia precesſerit.
6 Quibuſdam tamen caſibus ſecus eſt.
7 Poſt ſpōſalia ſi uxor apud maritū morari incipiat, p̄ſumit̄ et copulatio ſecuta.
8 In dijudicando matrimonio quid differat, ius ciuile & Pontif.
9 Ex quibus coniecturis Iure Canon. matrimonium probetur.
10 Cur difficilius præſumatur matrim. Iure Canon. q̄ ciuili, & cui hodie ſtādū ſit.
11 Ex præſumpta fornicatione, naſcuntur filij legitimi.
12 Eadem coniunctio diuerſis reſpectibus, poteſt ut fornicatio, & ut matrim. iudicari.

CAP. XIX.

EST ERGO matrimonium rite contrahendum, ut ex eo legitima ſoboles ſuſcipiatur, Quid uero ſiquis ex certis parentibus natus proponatur, an uero ex matrimonio aut fornicatione, ſicq; an legitimus uel illegitimus ſit, non conſtet, quid in dubio iudicandū erit? Hæc quæſtio duplex caput continet, Alterum, ſi adhuc eius parentes uiuant, ſimulq; uerſentur, an ex hac ſola cohabitatione, inter eos matrimonium præſumatur, Alterum, an ijs defunctis, cum nihil de eorum matrimonio conſtet, filius ne legitimus, an illegitimus ſit cen-
1 ſendus. Quod ad primum attinet, diximus alias[a], diuerſas eſſe iuris ciuilis ac Pontificij leges. Ius ciuile, ubi uirū & mulierem ſimul cohabitantes intelligit, id in dubio matrimonij, non fornicationis cauſa fieri conijcit[b], uſq; adeo, ut tam & ſi quis non eo animo cum muliere illa uerſaretur, ſed potius ut ea ueluti concubina interim potiretur, lex tamen eas adhuc nuptias interpretetur, niſi is illam antea eius rei fecerit certiorem[c], oportet tamen talem eorum eſſe uitæ coniunctionem, quæ coniugio digna ſit, quæ turpitudine careat, quæ in-

a cap. 5.

b l. in liberæ, ff rit. nupt.

c l. 1. de concub. cū Glo. v. habere, & Glo. d. l. in liberæ.

ter æqualis conditionis personas intercedat, quoniam ex ijs facillime deinde uxorium uinculum præsumi solet,[a] Ast siquis ingenue natus, cum obscurissima fœmina familiarius uiueret, aut quæ corpore quæstum fecisset, tunc à matrimonii opinione plurimum & lex ciuilis discedit.[b] Quapropter cum quidam rem simul habere deprehensi 2
essent, de stuproq; accersiti, ipsi se tanquam cōiuges id negotium simul habuisse affirmarent, dixerunt multi, crimen eis obiectum satis hac ratione purgari, eorumq; attestationi esse omnino acquiescendum,[c] Baldus tamen quædam amplius spectari uoluit, quæ extrinsecus solent contingere, unde matrimonium à fornicatione discerni potest,[d] cum aliàs facilè esset adulteris, leges eludere, hocq; prætextu crimen suum ab omni pœna uindicare,[e] Quod idem ferè & in concubinatu, ut non facilè præsumi debeat, atque ita delicta impune relinquantur, Doctores alij responderunt.[f] Quare nec defuerunt, qui dicerent,[g] parum admodum in hoc negocio, Cæsaris leges à Pontificiis differre, quod ubiq; indicia quædam considerentur, an matrimonium fuerit, aut fornicatio, quanuis cæteri Doctores eas inter se penitus contrarias putent.[h] Ego autem, quod ad propositam quæstionem pertinet, de eo qui deprehensus fuerit cum muliere, contra Baldum omnino sentio,[i] Nam cum dubitemus, accipienda ne sit eorum excusatio, qui se coniuges fatentur, ita ut ab omni culpa liberentur, Animaduerto inprimis, hanc quæstionem in iis intelligi nō posse, qui antea se aliis matrimonio iunxissent, Quo pacto enim possent se ii hac ratione excusare, si aliam uir habebat uxorem, aut illa maritum? Minime quoq; ac- 3
cipi potest quæstio de concubitu cum meretrice, scorto, & uulgaribus quibusdam mulieribus, nam cum in iis ob summam obscuritatem & ignobilitatem tale crimen non notetur, nec ulla his pœna sit constituta,[k] quæ esset dubitatio de eorum excusatione, si ea etiam remota, nihil in eos animaduerti posset? Præsupponendum ergo est, honestas esse has personas, quæ si citra matrimonii uinculum simul congrediantur, iure possent stupri crimine condemnari. Dico autem, si uterque asserat matrimonium iam inter eos contractum, non alias coniecturas esse perquirendas, cum utriusq; confessio, cuicunq; præualeat probationi,[l] Nam cum materia hæc sit permissa, 4
scilicet, ut matrimonium prout ipsi fatentur, subsistat, partium assertioni proculdubio hærendum semper erit,[m] præsertim ut delicti suspitio euitetur.[n] Videmus, si inter aliquos matrimonium non extiterit, filiosq; interim ij susceperint, postea autem uerus coniugii ineundi consensus accedat, cū ipsum consensum statim ad initia illius consuetudinis retrotrahi, filiosq; ipsos antea legitime natos censeri,[o]
quo

a l.donationes, cũ Glo.de donat.
b Glo.Bal.d.l.in liberæ.& in d.l.3. de concub.
c Glo.l.pen.C.de fideius.Cepo. caut.42.Lanfr. c.quoniam cōtra §.confessiones num.7.
d Bal.c.i.§.iniuria de pa.Iur.firm. num.39.& in d. l.pen.C.de fideius.Card.c.is q. 34.Dist.
e Innoc.c.ex parte de rest.spol.
f Thom.Gram.uoto.4.
g Imo.d.l.donationes.de donat.
h Glo.c.illud.de præsump.et in.l. 3.de concub.Bal. d.l.in liberæ.& Alcia.Reg.2. præsump.5.
i facit cons.Decij 133.num.1.
k l.si ea.l.quę adulteriũ.C.de adult.
l Dec.Rub.de probat.num.6.
m Alex.Dec.l.si donatione.C.de collat.nu.18.19.
n Bart.l.nō solum §.sed ut,de op. nou.nunt.
o c.tanta.qui fil. legit.

quo ergo maior hic fides adhibenda utriq́ affirmanti connubium
principio contractum esse, si posteaquam simul diu fornicati fuerint,
adhuc eis permittitur, nudo ferè consensu omnia resarcire? Etenim
cum non omnino de rei ipsius ueritate liquere uideatur, cum potue-
rit re uera illud esse matrimonium, forte & non esse, ex quo res tota
ab eorum nuda pendebat uoluntate, num satius est in dubio nocen-
tem absoluere reum, quàm innocentem condemnare?[a] hic præser-
tim ubi tot concurrunt, fauor matrimonii,[b] præsumptio euitandi
criminis,[c] & utriusq́ confessio, quæ omnem exuperat probationem?
& deniq́ agatur tantum de eorum animo colligendo, qua in re sem-
per asserentis confessioni saltem cum iuramento, etiam in maxime ar
duis negocijs stari solet.[d] Et hæc ita generaliter ius ciuile statuit, cer-
tis tamen personis exceptis, qui maximis præditi sunt dignitatibus, &
paucis quibusdam alijs, quos sine dotalibus instrumentis matrimo-
nium recte contrahere posse uetuit,[e] quanuis & hæc hodie sint immu-
5 tata.[f] Ius uero Pontificium in nuptijs probandis multo est diffici-
lius, multo durius, uult enim ante concubitum quamplura solennia
præcessisse,[g] alioquin id non connubium, sed fornicationem uocat,[h]
hincq́ tam sæpe clandestina damnat coniugia, atq́ furtim coeuntes,
cæterosq́ eius rei conscios grauiter insectatur,[i] Quoniam tamen ma-
trimonium ita clam contractum, matrimonium uerè est, ubi utriusq́
coniugis bona fides, quanuis tacitè concurrit, ut alias diximus,[k] no-
luit Canon prohibere quominus quibusdam casibus, & illud legitimũ
connubium publice haberi posset, ubi scilicet quædam subsecuta es-
sent, quæ omnem ueluti nubem disiicerent, remq́ ipsam, ut sese ha-
6 beret, iam in apertum proferrent. Exempli causa, si qui antea clam
coierint, bona tamen coniugii fide, iidemq́ post, de more patrio, pu
blice se ut coniuges alijs exhibuerint, ecclesia tũc eos tanquam iustos
coniuges etiam anteacto tempore recte probat,[l] Idemq́ fit, ubi sponsa
lia tantum, publice antea cõtracta essent, mulierq́ deinde à patris ædi-
bus apud maritum se recepisset, & uterq́ iam simul cohabitaret,
Nam si liquido constat, copulationem inter eos post sponsalia secu-
tam, solet illud statim uerum matrimonium sanè censeri,[m] Sin uero
7 de copulatione nihil pateat, sed id tantum, post sponsalia rite cele-
brata, mulierem se in mariti domicilium contulisse, cumq́ eo dein mo
ratam esse, dubitauit hoc casu Panormitanus,[n] ne id matrimonium nõ
esset censendũ, cũ de illorũ coniunctione adhuc incertum esse possit,
Ego autem non uideo si matrimonium id dici asseueramus, ubi post
spõsalia, coitus deinde quãuis furtiuus accessit,[o] cur nõ æque matrimo
niũ perfectũ dicamus, ex quo post spõsalia mulier apud uirũ habitare

a l. absentem. ff de pœnis.
b d. c. tanta.
c l. merito, pro socio.
d l. as. §. sed istæ. de action. num. 90. & l. admonendi num. 310.
e §. quia uero legẽ cum Glo. Auth. ut lic. matr. & au.
f Ang. §. fin. Inst. de nupt. num. 8.
g s. cap. 5.
h c. aliter. 30. q. 5.
i tot. tit. de cland. desp.
k c. si quis. 30. q. 5.
l c. 2. de cland. desp.
m c. is qui fidem. de sponsal.
n Abb. c. fin. in fin. de sponsal.
o d. c. is qui fidem.

incepit, cumq; eo aſsiduo morari. Quid enim hic aliud coniici poteſt
a Glo.l.ſi uero.§.ſi adoloſcens.mã dati.
quãm eos ſi ad rem uxoriam idonei erant,ſimul & iunctos eſſe? [a] maxi
me uero præcedentibus ſponſalibus, quæ certam dant ſignificatio-
b Alcia. Reg. 3. præſump. 38.
nem,talem eorum ab initio animum extitiſſe? [b] Quod ſi nihil publice
actum eſt,nec quoad ſponſalia,nec quoad ipſum matrimonium, uir ta
men cum fœmina conſuetudinem habere intelligitur,tũc perraro ad-
modum Canon nuptias inter eos contractas iudicat, niſi fortaſſe tot
uariæ & maxime probabiles accedãt coniecturæ,ut ſecus à nemine fe-
rè, qui communi ſenſu præditus ſit, poſsit exiſtimari. Credoq; ego 8
ſummam Iuris ciuilis,& Pontif.differentiam in hoc negocio,eam eſſe,
quod lex Cæſarea quibuslibet uel leuibus multum tribuit coniectu-
c d.l.in liberæ.d.l. donationes.
ris, in gratiam matrimonij,[c] Aſt Canon, ubi publice omnia ſolennia
non ſunt peracta, cætera deinde in deteriorem partem ſemper inter-
d d.c. aliter.
e Soz.cõſ.39.in.1. col.2.
pretatur aduerſus matrimonium,[d]nec unquam ferè ab hac præſum-
ptione recedit, niſi maximis & ualidiſsimis rationibus conuincatur.[e]
Illæ autem tales eſſe ſolent, ſcilicet, ſi duo ſimul habitare cœperint, 9
& dotalia inſtrumenta confecerint, inuicem ſe coniuges appellarint,
ſimul uixerint, ſimul concubuerint, in uicinia ut coniuges habiti fue
f c.illud. ubi Abb. de præſũp. Soz. d.conſ.39.
rint, perpetuumq; ſecundum hæc decennium effluxerit: [f] Tunc enim
quanuis initio non rite ſimul copulati ſint, forte quia præcedentia il-
la concubitum ſolennia ſint omiſſa, non poteſt tamen non tot mani-
feſtiſsimis rationibus cedere, ut id matrimonium, non amplius for-
nicationem iudicet,cum hæc tam longo temporis ſpatio ſatis proba-
g Alex. conſ. 151. in.5.
ta, omniaq; purgata uideantur. [g] Mirum autem nemini uideri debet,
adeò difficilem eſſe Pontificiam legem in matrimonio approbando, 10
h cap.5.
aliàs enim diximus,[h]peccati euitandi ratione, quæ Canoni ſemper om
nibus in rebus propoſita eſt, hoc ita fuiſſe inſtitutum, cumq; ibi mul-
ta huc pertinentia, retulerimus, propterea non amplius hic repeten
i Dec. conſ. 471. Abb. c. illud. in. fi. de. præſump.
da duximus. Sed nunc oritur dubitatio, Cum uiri & mulieris con
iunctionem, lex Canon. in dubio fornicationem eſſe præſumat, cui
k Auth.qb.mod. ſui.§.legitimi.
etiam de Iure ciuili hodie ſtandum eſt,[i]dicemus ne filios, quoq; ex hu-
l Bal. c. ex tranſmiſſa,de reſt.ſp. Dec.c.eccleſia.d cõſt.nu.44.Ab. c.lator.q̃ fil.leg.
iuſmodi cohabitatione ortos,illegitimos cenſeri? Sanè cum filiorum
ſtatus à parentum pendeat coniunctione,[k] ſi ea non legitima fuit,libe-
ros quoq; iniuſtos habendos, dicendum uideretur. A qua tamen re di
ſcrepant cõmuniter omnes,qui aliter de filijs,aliter de nuptiis ſtatuẽ-
m c.iuuenis.de ſpõſal.
dum putant.[l] Lex Canon.quæ nos per tutiorem ſemitã ſemper quæ- 11
rit perducere,[m]patrum coniunctionẽ ubi non rite inita eſt, potius for-
n Glo.c.aliter.30. q.5.
nicationem,quàm coniugium uocat,quo facilius ab omni nedum cri-
o Alcia reg.2.præſump.5. Felin. c. illud.de preſumpt.col. fin.
mine,ſed & ſuſpitione debeamus abeſſe,[n]Hæc ratio nihil ad filios per-
tinet, [o] propterea ſatis illis erit, ſi ex duobus ſimul habitantibus
nati

nati dicantur, qui se coniuges mutuo uocarent,[a] aut quælibet uel leuis de eorum coniugio extet coniectura, ea enim tametsi matrimonium quoad parentes probare haud apta sit, filijs tamen ita proderit, ut legitimi dicendi sint,[b] nec id absurdum erit, cũ eadem res, prout ad diuersa relata, uario etiam modo recte censeri possit,[c] sicuti uidemus, eum qui Curiæ offertur, legitimum tantum ratione parentum, non agnatorum effici,[d] & rescripto Principis posse quem quoad aliquas personas emancipari, quoad alias in pristino statu relinqui,[e] & patrem ex matrimonio ad Morganicam contracto, filios quoad res quasdam sibi legitimos suscipere, quoad alias ueluti in feudi successione, tanquam No-
12 thos & alienos,[f] Vt planè constet, & in præsenti quæstione nostra, cohabitationem illam, quoad coniuges fornicationem recte censeri posse, quoad filios autem, reuoluto, ut ait Accursius, mantello,[g] uerum & iustum matrimonium existimandũ, ipsosq; legitimos habendos, quod & à Decio, diuersa tamen ratione, responsum est.[h]

a Dec. cõs. 153. nu. 3. & Paris. cons. 13. num. 23. in. 2.
b Abb. d. c. lator num. 6.
c Ias. l. i. §. hoc autẽ ad Trebell. nu. 16 & seq.
d l. communiũ. C. de nat. lib.
e l. si ab eo. C. de legit. hær.
f c. i. de fil. nat. ex matr. ad morg. In feud.
g Glo. l. papinianus. §. sed neq;, de inoff. test.
h Dec. cons. 153.

Quis ne in dubio legitimus, an illegitimus sit censendus.

1. Quatuor opiniones, quid de cuiusq; natalibus sit coniiciendum.
2. Affirmans aliquam qualitatem, eam necesse habet probare.
3. Maior aut minor quis non præsumitur.
4. In dubio id credendum quod honestius, & delictum excludit.
5. Filii adulterini uidentur imperfecti.
6. Infamia non præsumitur, aduersusq; naturam uidetur.
7. Facta quando præsumãtur.
8. Naturalis in dubio quis nunquam censetur.
9. Filius fam. recte quis credi potest.

CAP. XX.

ALTERVM caput dubium magis uidetur, quando nihil de parentũ cohabitatione constat, nec ulla omnino extant indicia, quibus filios potius ex matrimonio natos, aut non natos, credere debea-
1 mus. In qua quæstione uariæ pugnant inter se Doctores; Aliqui. n. legitimum quemlibet præsumi existimauerunt, ea ratione, quod Spurij nomen, delictum potius sonet, quod nunquã in dubio est coniiciendum.[i] Contra Bartolus,[k] cum enim legitimi ex matrimonio oriãtur, id autem quid facti sit, nunquam in dubio id præsumi dixit,[l] quod sanè optimum argumentum uisum est multis, qui deinde cũ Bartolo intrepide sensere.[m] Sed Baldus aliter quandoq; respondit,[n] nempe unumquenq; naturalem coniici debere, quod & recentiores quidam secuti sunt.[o] Pleriq; tamen, nulli ex his sententijs facile hærendum existimarunt, sed aliam uiam quasi inter has mediam eligentes, neminem nec sui iuris, nec in potestate præsumi tradiderunt,[p] sed ex communi iuris regula, ad eum huius rei probationem spectare, qui eorum alterum

i Cepol. caut. 118.
k cons. 42.
l arg. l. in bello. §. factæ. de capt. & postl.
m Corn. cons. 68. in. 1. Ias. l. post dotẽ. sol. matr. nu. 4. Alcia. Reg. 2. præsump. 2.
n cons. 448. in. 1.
o Crauet. cons. 138. num. 1.
p Cuma. l. sed si, ff. acq. hær. Corn. cons. 208. in. 3. Dec. l. si emãcipati. C. de collat.

affirmaret,[a] Quæ quidem diſtinctio multis legibus conuenire uidetur, 2
in quibus animaduertas,quandoq; cogi patrem probare, filium in ſua
poteſtate eſſe,[b] quandoq; filio hoc incumbere,ut ſe à patris manu libe-
ratum doceat,[c] prout ſcilicet nunc hic,nunc ille actor eſt,ſicuti & in eo
ſeruatur,cum de alicuius ætate eſt quæſtio,is enim qui agit, ſemper ſe 3
aut maiorem,aut minorem probare debet;cum lex nihil in dubio præ
ſumat,ſed totum hoc,ei qui alteram partem aſſerit,probandum relin-
quat,[d] Quotieſcunq; igitur non fuerit quis in eius rei de qua quæritur
poſſeſsione,ex qua ſcimus probandi onus in aduerſarium transferri,[e]
tunc uolunt eum qui ſe uel filiumfam.uel patremfam.contendet, hoc
ipſum docere debere,atq; ita hāc quæſtionem terminari. Mihi inter
tot Doctorum ambages,plus certe ſemper illa placuit opinio, ut unū-
quenq; in dubio legitimis ortum natalibus iudicemus. Cū enim quē-
libet ex coitu naſci ſit neceſſe,oportet etiam concubitum illum uel lici
tum aut prohibitū fuiſſe,Sed cur non permiſſum potius exiſtimemus,
cum illud magis ſemper ſit coniiciendum,quod honeſtum eſſe poteſt,
quàm quod inhoneſtum,ut Baldus dicebat?[f] Namq; ubi ex aliquo actu 4
duæ poſſunt capi coniecturæ,quarū altera delictū ſignificet, altera ex-
cludat,eligenda ſanè ea eſt potius,quæ uitio careat & crimine,[g] Quo
circa uidemus in hac ipſa materia,cum uxor alicuius, ſui copiam alijs
etiam fecit,filium tamen ex ea natum,mariti potius quàm adulteri di
iudicari,quoniam id honeſtatis ratio ſola ſuadeat.[h] Accedit quod ut ſu
pra docuimus,quoties duo ſimul cohabitarint,quanuis lex quoad pa-
rentes eam non omnino iuſtam conſuetudinem fuiſſe interpretetur,
quoad tamen filios, in eorum fauorem,præſumit legitimam illam cō
iunctionem extitiſſe,legitimumq; matrimonium,[i] Cur non igitur hoc
argumento quemlibet in dubio legitime natum exiſtimemus? Senſit
hoc planè Innoc.iij.qui in eo qui ſe ſacris initiari cupiat, tunc tantum
neceſſariam iuſtorum natalium ſuorum probationem dixit, quotiens
publice contrarius de eo rumor circunferretur,[k] quaſi præter eum ca-
ſum,alijs nihil huiuſmodi probare ſit neceſſe,cum in dubio legitimus
quis præſumatur.Etenim cum ex adulterio geniti filij,manci quodam 5
modo & imperfecti cenſeantur, iuxta illud Sapientiæ libro traditum[l]
τέκνα μοιχῶν ἀτέλεστα,Quid eſſet abſurdius,quàm illam in dubio coniecturā
facere,per quam natura non omnino munus ſuum impleſſe uideatur?
Vel etiam cum illegitimum eſſe,quædam ſit nota, & infamia facti, ut
uulgo omnes aiunt,[m] nonne indecens ſatis eſſet, in dubio exiſtimare
aliquem infamem eſſe? cum hoc & iuris communibus regulis repu-
gnet,[n] & illiberale ſit,male de homine,prima facie ita iudicare, ut eum
turpitudine notatum credas,[o] Nā cū infamia ſit contraria bonitati,& 6
conſequenter

a l.ab ea.l.ei qui,ď probat.
b l.titia.ſol. matr. l.ſi uxorē. C. de cond.inſ.
c l.ſi filius.de probat.l. ſi emancipati.C. ď collat.
d l.cū te.C. ď probat.l.ſi minorem C.de int.reſtit.
e l.circa.ď pbat.
f in.l.filium,de his qui ſui.
g Bart.l. non ſolū .§.ſed ut.ď op.nc. nunt. Alex.conſ. 15.in.3.
h l.miles.§. defuncto. de adulter. Dec.cōſ. 657.
i Abb.c.lator.qfil. leg.nu.6. Alcia. Reg.2.præſum.5.
k c. accedens, de purg.can.
l Sapien.3.
m Azo in ſum.C.ď infam.Curt.cōſ. 136.
n c.dudū, de præſum. l. merito, pro ſocio.
o Glo. l.fin. quod met. ca. Ang. l. ſciendum,in fi. de uerb.ob.

consequenter naturæ nostræ,[a] tantum abest ut ea in dubio præsumi debeat, ut mihi quiduis potius quàm hoc coniiciendum proculdubio uideatur. Nec his quicquam Bartoli & aliorum aduersatur ratio, Cum enim necesse sit, ut diximus, filium ex aliquo cõcubitu susceptum esse, existimamus nos potius ex matrimonio, quàm fornicatione, quoniam id honestius est, quanuis enim matrimoniũ ipsum quid facti sit, quod præsumi non solet, sic tamen & adulterium, fornicatio, ac similia facti esse censentur, necesseque est, ut quocunque te uertas, semper factum aliquod præsumas, Aequius igitur est factum illud coniici, quod longius
7 à delicto abest, quinimmo & facta ea solẽt sanè præsumi, quibus cõsentanea, & probabilis causa accedit, [b] Sed quid hic magis uerisimile, quàm parentes legitimam sobolis suæ propagationem, non iniustam & adulterinã expetiisse? Quod si adhuc obiicias, in matrimonio præter factum ipsum, idest concubitum, alia requiri, ut legitimum dici possit, quæ aliis coniunctionibus non sunt necessaria: & propterea matrimonium non ita facilè, ut cætera, esse præsumendum: Respondeo immo solo consensu iustum constare matrimonium,[c] eumque quanuis clandestinus fuerit, filios tamen legitimos reddere, cum is solus omnino sufficiat,[d] Vnde cum in quolibet cõcubitu, aliquam coeuntium uoluntatem affuisse necesse sit, siue honestam, siue inhonestam, cur non credamus in dubio eam potius uxoriam fuisse quàm fornicariam, moderatam quàm libidinosam? Sic enim sola uoluntas honesta cum concubitu matrimonium conficit, sicuti inhonesta fornicationem parit, nec inter hæc coniunctionum genera, quicquam præter in honestate & dignitate refert.[e] Hæcque me ratio maxime mouet, ut eos damnẽ, qui nouam adstruentes sentẽtiam, quemlibet naturalem præsumi censuerũt,[f]
8 Namque ad naturales filios suscipiendos, nec solus consensus nec concubitus idoneus est, sed multa alia requiruntur, quæ propè infinita sunt, & supra à nobis relata,[g] quæ omnia, tantum abest, ut præsumi debeant simul affuisse, ut immo hac de causa hodie perraro admodum, & ferè nunquam contingat, aliquem propriè naturalem filium dici.[h] Iam uero nec media ea Doctorum opinio, qui assensum sustinent, nec in dubio quicquam affirmandum censent, hanc sententiam infirmat, cum illud in proposita eorum facti specie fortasse uerum esse possit, cum scilicet quærunt an quis sui iuris, uel sub potestate sit existimandus, Ast inter illam & præsentem quæstionem nostram multum interest, cum non sequatur, eum qui legitimus sit, ergo filiumfamilias esse, cum multa possint accidere, ex quibus, ex iustis nuptijs natus, sui iuris efficiatur, ut morte patris, emancipatione, deportatione, solenni adoptione, noua patritij gradus dignitate, & similibus,[i] Quocirca cum in his maior

a Fel. d. c. dudum num. 14.

b Abb. c. in præsentia, de probat. in 7. Notab.

c c. sufficiat. 27. q. 2

d s. cap. 5.

e arg. l. item. §. parui, de leg. 3.

f Bal. d. cõs. 448. Craųet. d. cõs. 138

g cap. 12.

h Bal. cõs. 206. in 3. Alcia. Reg. 2. præsum. 5.

i Inst. qb. mod. ius patr. pot.

cadere poſsit dubitatio, nil mirum eſt ſi nihil temere affirmandum putant in tali ſpecie, Verum quæſtio hæc noſtra ab ea longe diuerſa eſt, ut ex ſupradictis ſatis liquere arbitror. Sed adhuc & illud adiũxerim, etiam hoc ipſo caſu, de quo Doctores diſputant, recte reſpõderi poſſe, unumquenq; filiumfamilias in dubio debere iudicari, Si enim uera eſt 9
illa qua omnes utuntur regula, quod ſcilicet unuſquiſq; centum annis uiuere præſumatur,[a] certè cum ex matrimonio natus quilibet exiſtimetur, pater autem tandiu uiuere credatur, ſequetur etiam, cum qui alium filiumfamilias eſſe contendet, non alio probandi onere grauandum eſſe, cum iuris præſumptionibus propoſitũ ſuum ſatis defendat, quæ eũ ab omni probationis munere liberãt, & in aduerſariũ potius transferunt,[b] Nec leges contra adductæ quicquam obſtant,[c] nam ibi is qui ſe filiumfamilias eſſe negabat, erat in ſui iuris quaſi poſſeſsione,[d] unde ad id probandum compelli non debuit,[e] nos autem quando neuter poſsidebat, diſputamus (ſi tamen is caſus contingere poteſt, ut neuter ſit in quaſi poſſeſsione alicuius iuris) & tunc ſententiam hãc ſatis probabilem eſſe exiſtimamus.

a l.ſi.C. de ſacroſ. l.ſi uſufructus, ff uſufr.leg.

b Bart.l.in illa. 1. de uerb.ob. in fi.

c l.titia.ſol. matr. l.ſi te uxorem.C. de cond.inſ.

d Glo. d. l. titia. Bar.l.is poteſt. ff acq.hær.num.15.

e §.commodum.Inſti. de Interd.

An quis ſe filium certi patris uere poſsit probare.

1 Pater cur nemo certus uideatur.
2 Præſumptiones legum, an ueræ probationes. num. 6.
3 Quando aliquid probatum dicatur.
4 Veri filij.
5 Facta quomodo probentur.
6 Cur filius non vera probatione, ſed coniecturis potius demonſtretur.
7 An quis ſit caſus, vbi quis, ſe filium vere & certo probet.
8 Probatio per indirectum.
9 Triplex filiorum probatio.
10 Exemplum argutum, quo vxor filium mariti eſſe oſtendit.

CAP. XXI.

CONCLVSIMVS quemlibet in dubio legitime natum exiſtimari, ſed id nunc quæri poteſt, an quis ſe ex certo patre genitũ uere queat probare, Quanuis enim communis ea ſit omnium opinio, ut ueræ probationi hoc caſu locus non ſit,[f] non negarim tamen & cõtrarias partes nonnullis ſat probabilibus defendi argumentis poſſe.

f l.lucius. de cond. & dem. Glo. c. michael. de fil. præſb. Mars. rubr. ff probat. num. 9.

Ac quidem qui aiunt, in his certam non dari probationem, ea potiſ- 1
ſimum mouentur ratione, quod nemo de his rebus oculata, ut aiunt, fide unquam poteſt atteſtari, cum nec is qui ſe patrem dicit, uere eum à ſe filium genitum poſsit affirmare, Quis enim de uxore ſua tantum ſibi audeat polliceri, ut eam nullos alios interim expertam uiros re ipſa ualeat aſſeuerare? Poſſumus quidem multa coniicere, & ſat ueriſimiliter nobis perſuadere, eã cõiugii fidẽ nunquã uiolaſſe, ſed hæc præſumptio eſt magis, quàm certa ulla & liquida probatio, Sic Ouid.

Sed tamen aut ex me conceperat, aut ego credo,
Eſt mihi pro facto ſæpe quod eſſe poteſt. Et Telema. apud Hom.

Μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ οἶδα, οὐ γάρ πω τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.

Ex illo natum mater me dicit, at ipse
Nescio, nam certum quis possit scire parentem?

Hinc uidemus in iure quoties de huiusmodi negotiis oritur controuersia, ad præsumptiones quasdam tãtum recurri, & ex quibusdam indicijs ac cõiecturis omnem semper causam diffiniri,[a] nec usPiam reperies filiorum natales ratione patris adeò liquido & apertè probari, ut cæteræ res solent: Dixit quidem Decius,[b] coniecturas has, si legitimæ
2 sint, ueræ probationis instar esse, nec minus quicquam ac iustas probationes in his negocijs prodesse, cum ius eas, ut liquidissima admittat documenta,[c] sed tamen fatetur & ipse, non esse has ueras probationes, cum illarum uice fungi dicat. Cõtra autem multa mihi occurrunt, quæ cæteri non attingũt: Primo quod lib. iiij. ad edictum Paulus retulit,[d] matrem semper licet uulgo cõceperit, certam esse, patrem uero, tunc tantum, cum nuptiæ intercesserint, Sed si certus est hoc casu pater, cur nos eum probari posse negamus, cũ immo ea quæ certa sunt, nulla ferè indigeãt probatione? Deinde, ubi contracto matrimonio filius uicinis scientibus domi natus est, nequit is amplius à parentibus ut alienus recusari,[e] num igitur sat necessaria hæc est quoad patrẽ pro-
3 batio, cum eum ut filium agnoscere cogatur?[f] Namq́ si tunc res plene probata dicitur, ubi eam iudici fidem facimus, qua is in sententiam nostrã adducatur, remq́ ita se habere diffiniat,[g] quid hic dicemus, ubi & pater ipse, nedum iudex, eum ex se filium non potest non fateri? Accedit & ipsa probationis diffinitio, quæ dicitur rei dubiæ per legitimos modos facta declaratio,[h] Iam ergo cum quis iis usus erit argumentis, quæ à legibus passim, in hac materia recipiuntur[i], uerẽdum nihil erit, quin is re ipsa se filium probauerit, ex quo receptos à Iure adhi
4 buit modos. Quid plura? An non leges sæpe uerum filiũ appellant?[k] & de ueritate quærendum sit ne filius?[l] & in ea re ueritati locũ fore?[m] quæ planè eo uocabulo tam frequenter non uterentur, nisi propriè & uerè hoc ipsum doceri posset, ut etiam Decius adnotasse uisus est[n].

Ecce ex his quàm dubia quæstio, quot hinc inde rationes. Ego tamẽ ueritatem ipsam reiectis subtilitatibus amplector, in eamq́ trãseo sententiam, quæ & receptior est, & proculdubio uerior, ut coniecturis tan
5 tum filiorum natales quoad patrem dignoscãtur. Mouet me id unũ, quod facta ita demum uere probari dicuntur, eaq́ illorũ certa dicitur scientia, ubi quis de iis certo aliquo & proprio sensu attestetur, illi rei apto de qua dubitetur,[o] Sed filiorũ procreatio in certum hominis sensum cadere nõ potest, cum nemo testificari queat, talem ab eo genitũ

a c. literis. c. illud. de præsump. c. per tuas, de probat. l. filiũ. de his qui sui.
b in rub. de probat. num. 24.
c l. indicia. C. de rei uind. l. licet Imp. de. leg. 1.
d l. quia semper. de in ius uoc.
e l. filium. ubi Bar. de his qui sui.
f l. i. §. si quis, de carb. ed.
g Bar. l. admonẽdi, de iureiur. nu. 25.
h Abb. Rub. de probat.
i d. l. filiũ. l. si uicinis. c. per tuas. c. illud. §. alleg.
k l. i. §. pœna. & lib. agnos.
l l. pen. de his qui sui sunt.
m l. fin. de probat.
n in Rub. de probat. num. 28.
o l. testiũ. cũ Glo. C. de testib. & Bart. l. admonendi. num. 18.

aut conceptum fuisse,ut uulgo patet,ergo nec propriè hæc unquã dicetur probatio. Fateor[a] quidem multa esse legum argumenta in demonstrãdo aliquo filio,quibus necessario stare cogimur,[b]Sed hæc mul 6
tum distant à iusta probatione,lex etenim animaduertens secretissimum esse hoc mulieris cum uiro negocium,quod à nemine certo sensu percipi posset,nonnullos constituit modos,quibus hærendum esset, ubi de alicuius natalibus esset disceptatio, alioquin incertus semper fuisset filiorum status,ambiguaq; quoad patrẽ quouis tẽpore soboles. Hæc igitur sunt quædã legum adminicula,ad quæ necessario cõfugimus,eo quod res aliter à nobis uerè deprehẽdi nequit,Quin ex hoc cõstat,propriè hoc ipsum haud probari posse, si quidẽ probatio à nobis, idest sensu nostro,sumi solet,hic uero utimur nos tantũ præsidiis legũ, quæ ita in hac re ueluti in subsidiũ decreta fuerunt. Propterea nec mirum est,si quandoq; legimus,certum patrem,& uerũ filium in iure appellari,[c]quoniam lex uoluit,ut iis præcedentibus indicijs ac coniecturis,ille pater,hic certus filius haberetur, sicuti & multis alijs casib⁹ cõtingit,ubi rem ita se habere,cogimur confiteri,non quod id uerè probatũ sit,sed quia ita lex coniicit,superq; ea cõiectura quid statuit, quæ præsumptio iuris & de iure dicitur,[d] Forte & id dici posset, filios quidem ipsos ueros propriè appellari,quanuis eorũ probatio ficta,aut cõiecturalis tantum extiterit,quẽadmodum constitutum, fictã traditionem dicimus,ex qua tamen uere transfertur possesio.[e] Sed utcunq; id sit,satis credo demonstratum,in filijs hanc uerã probationẽ non dari, quod id negocium,ab omniũ testiũ sensu longe remotũ sit,ex præsumptionibus tamen & indicijs quibusdã diffiniri,quæ lex summa ratione introduxit,ne filiorum status semper in incerto esset, proptereaq; his plurimum tribuit,non secus ac ueræ & iustæ probationi. Occurrit 7
nunc tamen casus,in quo certa probatio uidetur posse afferri, cuius & meminit Bart.quodam in loco,[f]Si.n.intacta puella aliqua,in carcerẽ,arcẽ,aut similẽ quẽpiam munitum locum cũ uiro cõiecta fuerit, circũq; positæ custodiæ & uigiliæ,ne cui ad eã aditus pateret, ipsaq; dein post anni spatiũ dum antro illo inclusa est,partũ ediderit, Quid hoc loco dubiũ faciet,quin filius ab eo genitus sit,quẽ unicũ illa uirũ nouit, cũ quo solo rẽ habuit? Sed & hic fortasse aerij quidã Dæmones suspecti esse possent,prout de Danae, & imbre aureo ueteres Poetæ fabulati sunt,forte & magica quædam præstigia,quorũ ui,clausas etiam obseratasq; ualuas nõnulli furtim ingre si,cum à nemine conspici possent, nuncq; pueros fascinasse,nunc cum alienis uxoribus cõgressi esse traduntur,si tamen his fides adhibenda est. Planè & hoc casu nõ uideo, quomodo hæc adeò certa sumatur probatio,si quidem testes de eo tã 8
tum

a Responsio ad cõtraria.
b d.l.filium,cũ. simil.
c d.l.quia semper. & d.l.i.§.pœna de lib.agn.
d Glo.fi.l.siue possid.C.de probat. Alcia.2.par.præsump.num.4.
e l.certe.§.i. ꝗ precar. Alex.l.quod meo.ꝗ acq. poss.
f Bart.l.i. C. quorum bon.

tum fidem faciet, neminem intra id tempus eò ingressum esse, ex quare sequetur id quidem necessario eum esse filij parentem, qui cum puella moratus est, Sed tamē hæc ipsa probatio non principaliter nataliū causam respicit, nihil.n.illi de coitu, nihil de conceptione attestantur, sed potius quibusdam reb⁹ extrinsecus, & per obliquū id docēt, Ita ut & hinc animaduertas, rē ipsam, & quod principaliter agitur nūquā uere probari posse.
9 Traditū Igitur est[a], filiorū probationē triplicē esse, aliā necessariā, ut quoad matrē, aliā probabilē, ut quoad patrē, cum quis domi uicinis scientib⁹ natus est, aliā coniecturalē, quæ ex alijs atq́
10 alijs elicitur præsumptionib⁹, quas modo persequemur. Sed ante libet referre exēplū quoddā non illepidū, callidæ mulieris, quæ cum ex adultero filium concepisset, sic tamen maritum uerbis elusit, ut ipsemet confessus fuerit, filiū suum esse. Huic cum uxoris pudicitia ualde esset suspecta, natusq́ ex ea domi esset infans, elegāti satis facie, anxius ob hanc rem, multumq́ animo quotidie solicitus, libenter inquit uxori, dimidia omnium bonorum meorum parte cederem, si mihi ita certo constare posset, filium hunc meum esse, ut tibi constat esse tuum, Ad hæc nihil perterrita mulier, facile, ait, ego te huius uoti tui cōpotē reddam, si mihi uel munusculum aliquod offeras, nedum rerum tuarū partē dimidiā, Cumq́ maritus, quomodo hoc unquam efficies? respōdisset, Tū uxor, cōuocatis amicis, & certa spōsione interposita, natum ulnis extulit, & est ne inquit, hic uere meus? Cūq́ uir annuisset, Illa brachijs portentis ei puerum porrexit, & accipe, ait, dono eum tibi, Iā absque dubio, tuus est, non alienus, Risu astātium oborto, uxoris astu, uir omnium sententijs condemnatus est.

a Bal.l.i. qui.C. accus. non poss. num.52.

Quibus ex coniecturis quis filius alicuius præsumatur.

1 Quatuor coniecturæ principales ad probandum aliquem esse filium.
2 Practica in probanda filiatione.
3 Natus domi ex viro & vxore, filius præsumitur.
4 Educatus tractatusq́ ut filius, est in possessione filiationis.
5 Petens hæreditatem ut filius, quid probare debeat.
6 Quando in petitorijs sola possessio non sufficiat.
7 Ex tractatione paterna, acquiritur filio ius proprietatis & possessionis.
8 An sufficiat unicus actus.
9 Quasi possessio filiorum, tam mortuo, q̃ viuente patre acquiritur.

CAP. XXII.

CVM ERGO filij non certis attestationibus, sed præsumptionibus tantū probari soleant, tractandū nobis nunc est, quæ nā illæ sint, unde hoc possimus colligere, & filiorū causam adiuuare. Quæ res late sanè patet,[b] Sed sciēdū est quatuor præcipue in iure tradi cōiectu-
1 ras, quarū aliis utimur ad ius ipsum proprietatis filiorū demonstrādū,

b Guil.ben.c. raynutius.3.par. uer. quæ filium. Paris.cons.10.13.in.2.Ruin. cons.52.53.in.5. Gozad. cons.12.13. & alij infra.

alijs ad id tantum,ut eos in quasi possessione filiorum esse probemus.[a]
Prima est,ut quis ex uiro & uxore simul habitantibus domi natus dica-
tur,quæ quidem directo proprietatem respicit,[b] Aliæ tres magis ad
quasi possessionem uidentur pertinere,quãuis & cum ijs quandoq; ius
proprietatis sit coniunctum,ut infra declarabimus,Suntq; hæ, Videli-
cet,ut filium ab ijs quos parentes asserimus, filiorum more educatum
tractatumq; ostendamus,[c] Inde ita etiam ab ijs sæpius filium nomina-
tum,[d] Vltimo ut talem in uicinia ab alijs quoq; habitum fuisse probe-
mus,[e] Quæ omnia si simul concurrerint,dubiũ non est,satis quẽ filium
declaratum esse,[f] Vnde & caute periti aduocati solẽt duobus hæc om 2
nia formulis cõplecti,ut eodem tempore nedũ proprietatis,sed et qua
si possessionis ius filio acquirant,ut egregie Bartolus tradidit.[g] Ast quo
tiẽs nõ hæc simul cõiuncta sunt, tũc quæri potest,an ulla ex his indicia,
saltem coniecturam aliquam præbeant,unde quis filius præsumi possit.
Dicemus Igitur primo,an unaquæq; ex his præsumptionibus apta sit
alicui ius filiorũ tribuere,Dein differemus,quotiẽs plures inter se huius
modi aduersantur coniecturæ,quæ nã potiores sint,& alijs præferẽdæ.
Principio constat,si nullum aliud omnino de alicuius cõditione existat 3
indicium,ex eo tãtum,quod quis ex uiro & uxore domi natus sit[i], recte
etiam filium illum probari,eoq; tantum argumento illum tutum esse[h],
Est enim hæc coniectura adeo potens,ut licet interim mulier cum alijs
consuetudinem habuerit,præsumatur tamen potius mariti filius quã
adulteri,[i] quod nedum in iustis filijs,sed & in naturalibus tantum libe
ris,quos quis ex concubina suscepit, traditum est,[k] atq; ob hanc ratio
nem,siquis cum alia quoq; muliere uersaretur, quanuis non in schema
te concubinæ,eã tamẽ domi proprijs sumptibus aleret & custodiret,is
qui ab ea genitus esset,huius potius uiri quàm alterius filiũ censendũ 4
Doctores uoluerunt.[l] Quod si nihil de natalibus constet,id uero tan-
tummodo pateat,quem ut filiũ ab aliquo educatum tractatumq; esse,
sufficit & hoc ipsum ad filium in quasi possessione constituendum,[m] ex
qua probandi onus in aduersarium trãsferetur, siquis eum filium ne-
get,ut communi omnium opinione receptum est[n]. Existimauit tamen
Baldus hoc eo tantum casu admittendum esse,quotiens de hac re obi-
ter quodãmodo,non principaliter ageretur,[o] Siquis enim alicuius hæ-
reditatem ea tantum ratione sibi decerni postularet,quod ab eo ut fi-
lius esset tractatus,nihil ageret,cũ ex tractatione quidem in quasi pos-
sessione cõstituatur, at uero in petitorijs non possessionem tantũ pro
bare sufficiat,sed etiam titulum & dominium[p], quã quidem Baldi opi
nionẽ,Salicetus,Alber.Ias.& pleriq; alij secuti sunt.[q] Sed cõtra plures
maximæ authoritatis uiri, & rectissime ut arbitror,sesere,qui generali
ter

a Doct. c. pertuas de prob. Abba. Butr. c. michael. ꝗ fil. pres. Alex cons. 51. in. 1.
b l. filium de his q sui. Bart. l. nõ epistolis. C. ꝗ prob.
c l. 1. §. ad quæstionẽ. de quæst.
d Glo. d. c. michael.
e l. si uicinis. C. de nupt. c. illud. de præsump.
f Bart. Bal. d. l. filium. Dec. cons. 54. Soz. Iun. cõs. 86. col. pen. in. 2.
g Bart. l. nõ nudis. C. ꝗ prob. et. l. 1. C. quor. bon.
h. d. l. filium
i l. miles. §. de functo, de adult. Dec. cons. 657.
k Glo. c. michael, ꝗ fil. presb.
l Anch. cons. 225. dicemus infra cap. 28.
m l. 1. §. ad quæstionẽ. de quæst.
n Abb. Fel. Dec. c. p tuas. de prob. Bart. l. 1. C. quor. bon. Alex. cons. 88. in. 7. nu. 7. Dec. 54.
o Bal. cons. 380. in 1.
p l. Sicuti. §. sed si, si serui. uind. Doct. l. cũ res. C. de prob. Bart. l. quidã in suo. de cõd. inst.
q Sal. Alb. l. non ignorat. C. qui acc. nõ pos. Ias. l. neq;. C. de testamẽ. Alciat. Reg. 3. præs. 38.

5 ter id prodidere, si quis se ut filium tractatum doceat, sat illum, nisi contrarium probetur, se filium & docuisse et ut filium admittendum, licet hereditatem petat,[a] Ad rationē uero Baldi respondebāt aliqui,[b] quod ubi possessionis quæstio & proprietatis simul est, iudex ex officio potest cui sibi uidetur, onus probandi inuingere,[c] Cum uero hoc casu cognouerit, me quasi posses sionem iam probasse ex educatione parentum, tunc eius partes futuras, ut in aduersarium contrariam probationem reiiciat proprietatis, quam si aduersarius non docuerit, tunc me possessorem ex ea sola quasi possessione iudicio superiorem futurum,[d] & ita hoc solum mihi remedium profuturum, ad obtinendam & possessionis & proprietatis etiam causam. Quam quidem senten-
6 tiam ego & duplici ratione confirmo. Primo quia regula est, ubi quis est in possessione iuris, quod circa personas uersatur, ex eo & omni probandi onere leuatum esse,[e] licet secus sit in Iuribus realibus in quibus sola possessio non sufficit,[f] Sed cum nos hic agamus de quasi possessione iuris personalis, merito dicendum erit, hac sola quasi possessione probata, cætera non amplius esse necessaria. Secundo animaduerto, tunc hanc solam possessionem in petitorijs non prodesse, prout dicebat Baldus,[g] ubicunque scilicet, rei ipsius de qua quæritur origo & primæuus status possessioni nostræ prorsus est cōtrarius, potiusq; cum aduersarij iure consentit, tunc enim cum rei illius naturalis qualitas possessioni directo repugnet nostræ, si uolumus ex tali possessione causam nostrā subleuare, afferēda inprimis nobis est ratio illius possessionis, ut ostendamus quare res illa, sua pristina conditione relicta, ita à nobis cepta sit possideri, ad aliūq; se cursum deflexerit, ut recte Bartolus et ceteri declarāt,[h] Sed cū hæc nostra quasi possessio iuris filiorum, eiusmodi nō sit, nec necessario contrariam partem aduersus nos tueatur, præsertim cum in dubio quilibet de legitimo natus matrimonio existimetur,[i] propterea et ex sola hac quasi possessione, unumquéq; filium probari dico, quod & Accursius censuit, & Albericus optima ra-
7 tione confirmauit.[k] Accedit his, quod cum primū obsequia hæc parentum erga filios probata sunt, nedum de quasi possessione, sed & de proprietate cōstare dicitur, ex quo nō nisi cōiecturis res doceri potest, ut Corneus ait,[l] qui idem refert contrarias partes à Fulgosio fuisse retractatas, quas is quandoq; imprudenter secutus erat, in hacq; & ipsum sententia demum constitisse, Ideoq; eam contra Baldum, et ueriorem et receptiorem esse præter Corneum et Alexan. qui in eodem facto interrogati, ita responderunt,[m] et Decius etiam alijs rationibus
8 attestatus est,[n] qui & illud adiunxit,[o] sat esse tractatum hunc ex uni-

[a] Bart. l. i. §. i. de quæst. et. l. nō nu dis. C. de prob. Alex. cons. 51. in 1. Ang. 87. in fi. Dec. 54. num. 3. ubi hāc cōem ait. Paris. cōs. 10. num. 110. in 2.
[b] Alex. d. cons. 51. num. 7.
[c] l. cū de ætate: de probat.
[d] l. si filius, de probat.
[e] l. circa, ubi Bar. Bald. de probat.
[f] l. sicuti. §. sed si. si seruit. uind. et ita pcedit arg. Baldi. s.
[g] s. in arg. contr.
[h] Bart. l. si prius. de op. no. nunt. nu. 18. Ias. nu. 44
[i] diximus. s. cap. 20.
[k] Glo, Alb. l. non ignorat. C. qui accus. nō pos.
[l] cons. 1. in. 3. col. 12. 13.
[m] Corn. d. cons. Alex. 88. in 7. num. 7.
[n] Dec. cons. 54.
[o] c. per tuas. de prob. nu. 9. in fi. arg. c. consult. & Iur. patron.

co tantum actu deprehendisse, ubi et nominatio concurrat, licet alij ad hoc continuum decennij spatium, ut in mariti cohabitatione alias diximus, soleant exposcere,[a] Crederemq; ego hanc quasi possessionem, non solum uiuente sed & mortuo patre acquiri posse, 9 ubi quis ab alijs, ut defuncti filius tractatus esset, aduersus enim eos uidetur se filius recte tueri posse, cum in quasi possessione ex illorum erga se gestis fuerit constitutus, quod etsi Alexander negasse prima facie uidetur,[b] si quis tamen subtilius eam facti speciem intueatur, animaduertet nõ contrarium, sed diuersum potius illius responsum esse.[c] Et hæc quoad natales et paterna in filios officia.

a Abb. c. illud. de præsump.
b cons. 25. col. fin. in 4.
c sic et Ang. in. l. liberorũ. i prin. de infam. allegatus ab Alex. s. d. cons. 25.

An ex sola Parentum nominatione, aut uiciniæ fama quis filius censeatur.

1 Simplex nominatio filij, nõ probat quem esse filium, & quare.
2 Quibus tamen casibus sufficiat.
3 Fama est loco semiplenæ probationis.
4 Fama trãsfert onus pbãdi in aduersariũ.
5 Quando fama plene probet.
6 Quis modus seruandus in probando aliquem esse filium.

CAP. XXIIII.

SEQVITVR tertia coniectura, quæ ex parentum oritur nominatione, quando ij aliquem ut filium appellassent, Quæ tamen sola per se satis sane debilis est, nec ideo aliquem ut filium uere probat,[d] cum similia uerba blandiendi potius animo etiam erga alienos sæpe 1 proferri soleant,[e] ex quibus non ideo necessarium sumi debet argumentum.[f] Immo si sola nominatio adest, iam necesse est cætera repugnare, Nam qui filium non alit, nec patrocinio suo tuetur, satis ex eo contrarium paternæ pietati actum uidetur facere, ex quo filium non educat, nec ea in illum cõfert, quæ pater debet: Certum uero est, cum nominationi repugnant facta, paterniq; affectus, nudam illam filij appellationem sat debilem infirmamq; esse.[g] Quod si hæc nominatio nõ ocioso concepta esset tempore, sed in ea negotij specie, quæ uerisimili- 2 ter non ad alium, quam ad filium pertinere debuit, recte sane tunc filius quis probari posset,[h] Vt si in iudicio id parens fuerit confessus,[i] aut etiam extra iudicium coram eo dedita opera, non perfunctorie id enunciauerit,[k] Sicut in illo traditum est, qui natalem filij sui diem in Calendario descripserat,[l] Cuius rei ea est ratio, quod semper cum huiusmodi nominatione adest et aliud quiddam ex quo paternam in filios elicimus charitatem, siquidem is illum ita in eo negocio appellando, simul etiam uere et re ipsa se patrem ostendit, ideoq; dicimus tunc ex sola nominatione quem filium probatum.[m] Quod si fortuito filium quis uel præsentem uocauerit, tunc

d l. neq;. C. de testam. l. non epistolis. l. nõ nudis C. de probat.
e l. nemo §. i. de hær. inst. l. Caius de iur. patr.
f d. l. neq;. et. l. epistola, de pact.
g l. si instituta §. i. de inoff. test.
h Bart. l. i §. idem de lib. agn. Gozad. cons. 12. col. 2.
i Abb. c. per tuas, de prob. num. 8. Bald. cons. 182. in 2. aliàs cons. 16.
k Bar. d. §. idem Abb. Dec. d. c. p tuas.
l Glo. §. fin. Insti. d ingẽ. Bal. l. neq;. C. de probat.
m Dec. d. c. p tuas num. 9.

ex eo nihil uere probatum cum communi sententia existimo, cum uerba enunciatiua propter præsentiam partis id tantum roboris assumant, ut negocium illud adiuuent, in quo solum prolata fuerunt,[a] in cæteris nullius sunt momenti, atq; ita contra Aretinum cum Decio, & alijs sentio.[b] Adderem ego tamen, si hæc nominatio, quanuis ocio sa à patre sæpius repetita fuisse probaretur, atq; is ita solitus esse filium suum nuncupare, tunc multum sanè huic appellationi deferendum, hocq; casu communem opinionem forte limitandam.[c] Vltima superest uiciniæ fama, qua plurimum etiam in his negocijs uti solemus,[d] unde et inter Docto. dubitatum est, an sola per se, ad filium aliquem probandum absq; alijs sufficeret coniecturis. Salicetus quidem primus, in ea uidetur fuisse sententia, ut ipsa per se nullis alijs suffulta adminiculis parum prodesset, quod et Alex. quandoq; opinatus est.[e] Panormitanus etiam hanc ideo contra Butrium opi-
3 nionem defendit,[f] quod nimis ei durum uidebatur, ut ex sola fama secundum aliquem iudicaretur, quæ aliàs uix semiplenæ probationis instar esse solet,[g] cum hæc quæ publice per hominum ora circunferuntur, ut certo plerunq; carent authore et fundamento, ita quàm sæpissime uana et inania sint,[h] secumq; in eam sententiam quam plures alios perduxit.[i] Contra quos tamen crebiror et uerior stat opinio, nam et Butrigarius solam famam ex eo sufficere existimauit, quod plurimum communi hominum opinioni soleat lex tribuere,[k] quod idem et Butrius putauit.[l] Quin et sibi contrarius Alexander, ter secundum hanc sententiam respondere non dubitauit,[m] quam & duobus consilijs Decius etiam tutatus est,[n] quos quidem ea adductos opinor ratione, quod cum fama circa res uel ueras, aut ueritati proximas uersetur,[o] consentaneum maxime uisum est, eam in his rebus plurimum ualere debere, in quibus cum ueritatis difficilis sit probatio, quid uerisimile sit, lex ut plurimum inspiciat, in dubijsq; uiciniæ famam, cæteris præponat coniecturis.[p] Recte enim
4 illud se habet, Vox populi, uox Dei. Hinc scripsit Bartolus,[q] si quis in alicuius conditionis quasi possessione per famam esset constitutus, ab onere probandi eum iam liberatum esse,[r] Ex quo colligitur famam nedum ad possessionem sed & ad proprietatem probandam posse conferre. Quod si nos in dubijs sententijs, à communi opinione non recedimus,[s] cur non & hic publica fama filium adiuuet, quam unam leges semper intuentur, & à qua in hac materia omnia ferè solent pendere[t]? Vbi enim aliunde sumi non potest probatio,
5 et plenam fidem fama facit,[u] nec uana uox dicitur, cum tota res con

a l. optimam, C. de cōtr. et cō. stip. Alex. cons. 136. nu. 12. in 1.
b Dec. d. c. per tuas. num. 12.
c Cast. l. nō epistolis. C. de prob. Bar. l. cū scimus C. de agr. et cen. lib. xi.
d l. si uicinis. C. de nup. c. illud. de præsump.
e Alex. cons. 25. in 4.
f Abb. c. transmissæ, qui fil. leg.
g Abb. c. ueniens 1. de test.
h l. decurionū. C. de pœnis.
i Aret. Fel. Dec. d. c. per tuas. Ias. l. neq;. C. de testam.
k l. cum de lanionis §. asinam, de fun. instr.
l Butr. c. transmissæ. qui fil. leg.
m Alex. cons. 51. in 1. & 90. in 6. & 88. in 7.
n Dec. cons. 54. et 272.
o Bal. l. filium, de his qui sui. col. 2.
p c. illud. de præsump.
q in. l. de minore §. si plurimum. de quæst.
r l. si mater. C. ne de sta. defunc.
s Felin. c. 1. de cōst. num. 101.
t d. l. si uicinis, & d. l. filium.
u Dec. c. 1. de appel. n. 11. Ias. l. cum ea. C. de trā sac.

a arg. l. nō oēs §. á barbaris. ⁊ re mi. Alex. s. d. cons.
b Bal. l. 1. C. de testam. in prin.
c Fel. c. ueniens. 1. de testib. num. 1.
d in. l. 1. C. quorum bon.
e Alex. cons. 51. in 1. Abb. c. transmissæ, in fi. qui fil. leg.
f Alex. d. cons. 51. nu. 7. Dec. cōs. 54 in fi. Paris. cons. 20. nu. 72. in. 2.

iecturis & indicijs nitatur,[a] Quin communi opinione probata quoad alicuius statum et conditionē, eo ipso dicitur ueritas patefacta,[b] quod proprie in hac quæstione et Felinus docuit.[c] Ex quibus omnibus ut 6
aliquid ad forensia negotia accommodatum possimus elicere, sciendum est docuisse Bartolum[d] aduocatos, ut cum de huiusmodi rebus oritur quæstio, illa duo inprimis proponant, proprietatem uidelicet, inde eius rei quasi possessionem. Sed quidam in hac re commodiorem regulam sunt secuti,[e] Primo ut dicamus eum de quo agitur, natum fuisse ex uiro et uxore domi uicinis scientibus, Secundo, eum a parentibus ut filium dilectum, nominatum, Tertio, ut illius filium publice ab omnibus fuisse habitum. Hæc tamen omnia ita coniunctim probare necesse quis non habebit,[f] sed satis fuerit, eorum aliquod iudici constare secundum supradicta. Quæ intelligenda sunt, cum his se coniecturis quis filium uoluerit probare, nullis aliis contra aduersantibus.

Quæ potiores sint coniecturæ, ubi quæstio est an quis sit filius.

1 Ex uxore natus, cum qua et alij rem haberent, mariti filius præsumitur.
2 Natus domi ex uxore nō potest ut filius abnegari.
3 Nisi certis casibus.
4 An testimonium matris, & fama uiciniæ, noceant filio si domi natus sit.
5 Præsumptio pro matrimonio, cum filius ex uxore natus est, alijs præualet coniecturis.
6 Fœminarum uaria conditio in concipiendis filiis.
7 In dubio pro matrimonio iudicandum.

CAP. XXIIII.

PVGNANTIBVS uero inter se pluribus coniecturis, maior tunc dubitationi locus esse potest, Finge etenim quem ex uxore domi natum esse, hunc negant agnati filium ea ratione, quod uxor quandoq; et cum alijs rem habere consueuerit, nos ne idcirco contra filium iudicabimus? Diximus supra, mariti filium potius existimandum,[g] seu fauore matrimonij, seu quod in dubio, quod honestius 1
est, coniici debet,[h] & ut dicebat Baldus, semper præsumendum potius possibile honestum, quam possibile inhonestum,[i] Quod adeo uerum est, ut et licet mulier, non in mariti ædibus, sed apud aliū, cum quo immisceri solebat, puerū peperisset, si tamē eo in loco, non inuito uiro habitasset, maritoq; ad eā liber quocunq; tēpore aditus pateret, tunc etiam iustus ille filius intelligatur,[k] Affirmandumq; idē fuerit, quanuis mater eū ex se deinde genitū negaret,[l] cuius rei celebre illud est exēplum, quod olim maximo regi cōtigit, qui cū ut patris filius in

g l. miles. §. defuncto, de adult.
h Abb. c. intelleximus, de adult.
i Bal. l. filiū, de his qui sui.
k Barba. cons. 58. in 2. Dec. cons. 657.
l l. pen. de probat.

paternum

paternum regnum succesisset, eum deinde mater propè moriēs, non Regis, sed militis cuiusdam, filium professa fuit, huiusmodi.n. matris testimonium nihil ei nocere, responsum est, nec illum ideo regno eo
2 fuisse eijciendū.[a] Quin et si parentes ambo, eum ut alienum repellerent, adhuc non debebit filius, qui domi natus est, ob contrariam eorum assertionem, ullam status sui controuersiam pati.[b] Cum enim tradita nobis sit regula, quomodo filius quis dijudicetur, quæ quidem eo solo nititur, quod ex uxore quis natus sit,[c] merito à regula hac nunquam erit recedēdum, nisi exceptio uere, & necessario probetur,[d] cum satis non sit, eam aliquibus coniecturis elidi tantum, aut obumbrari,[e] Ideoque cum ex marito filius suscipi recte potuerit, tam etsi alijs quoque uxor se uiris iunxerit, et omnia etiam concurrant ea, quæ in contrarium supra adducta sunt, iam constat nec uere, nec necessario exceptionem probatam esse, idcircoque regulæ prædictæ stādum, quæ cum claram rem reddat,[f] in apertis non erit cōiecturis locus,[g] præsertim cum hæc filiorum probatio, quæ ex natalibus elicitur, legis sit testimoniū,[h] à quo Iudex recedere non debet.[i] Hinc sequitur, quod siquid contra natalium causam afferatur, quod necessario aliter rem se habere de-
3 monstret, tunc cum legis præsumptio ad impossibilia nō deducatur,[k] et exceptio à regula supra dicta uere probetur, iam relicta priori coniectura, ad hanc contrariam erit diuertendum. Quid.n. si maritus per biennium absens, domum reuersus, anniculum repererit? Quid si septuagenarius extiterit, aut aliàs coeundi uires defecerint?[l] Quid si infirmitate impeditus uxorem cognoscere non potuerit? num merito filium interea domi natum ex uxore, uti alienum et traslatitium, debebit expellere?[m] Indubitatum hoc quidem est, cum huiusmodi rationibus urgentibus facile adulterinus partus deprehendatur.[n] Illud ambiguum magis uidetur, cum filius domi quidem natus est, ex
4 adulterio tamen eum genitum mater affirmat, cumque eius assertione, et uicinia et hominum fama consentit, censent enim Doctores, contra filium præsumptiones has recipiendas,[o] cum lex, matris testimonio plurimum tribuat,[p] nec probabile sit, illam, tam infamem adulterij notam, contra ueritatem ipsam, sponte fuisse subituram, publica præsertim fama accedēte.[q] Idem et eo casu tradiderunt, cum mulier diu sterilis tandem à marito diuertisset, aliquotque post diebus reuersa, filium domi peperisset, nec.n. hunc, nisi à patre ut filius agnoscatur, necessario uiri filium habendū aiunt,[r] & generaliter, quotiens contra filium, matris assertio, cum contrarijs obsequijs, aut appellatione, uel communi opinione coniuncta est, tunc solam matrimonij præsumptionem in fauorem filiorum infirmari contendunt.[s] Sed ego cum su

a Bart.d.l.filium, de his qui.
b Abb.c. per tuas. de prob.nu.4.& c.transmis.q fil. leg.num.4.
c d.l.filiū.in prin.
d Bart.l.quotiēs.si quis caut. Dec.l. i.de reg.iur.
e Dec.c. in præsentia, d probat.nu. 15.16.
f Dec. cons. 8. in princ.
g l.continuus §.cū. ita, de uerb. obl.
h Bal. d. l. filium, num.11.
i Bal.l.i.C. qui accus.num.52.
k c.quia uerisimile de præsump.
l Soz.iun.cons.86. num.45. in 2.
m d.l.filium.
n c.causā.i.qui fil. legit.ubi Abb. 1. Not.
o Alex.cons.88. in 7.Cast.cons.175. col. fin. Bal.d. l. filium.
p Host.c.officij, d pen.et rem.
q Anchar.cōs.225.
r Abb.Felin.d. c.p tuas.
s Corn.cons.1.in 3. lra z. Alex. d. cons. 88. Alcia. reg.3.præsump. 57.nu.9. 10. Gozad.cons.12. nu. 22.25.

pra docuerim,eſſe nobis in his quæſtionibus,ab Vlpiano regulam con ſtitutam,[a] ab ea temere non puto diſcedendum , Ideo nec his caſibus, contra filij natales , et matrimonium quicquam auſim iudicare,[b] cum ea quæ contra obijciuntur,rem ita eſſe neceſſario non probent, paren tumq́ teſtimonium,prodeſſe tãtum, non filijs obeſſe poſſit,[c] atq́ hæc 5
matrimonij præſumptio et natalium,nedum famam,ſed & omnes fe re alias ſuperet coniecturas.[d] Quo fit, ut ſi uxor ſterilis , quæ diuerte rat, nunc reuerſa filium ediderit, hic non ideo adulterinus ſit ſuſpican dus,cum ſcribat Plinius,[e] mulieres aliquas ſemel tantum parere , alias poſt certum tantum tempus,ut poſt iuuentam, alias ſecundum uarios 6
cœli & Syderum motus,nunc fœcundas, nunc prorſus ſteriles reddi, ita ut nec coniectura hæc neceſſaria ſit , ob quam , regulam eam miſ ſam faciamus , Mouetq́ me maxime , exemplum id ſuper quo cla riſſimi duo Iuriſconſ.reſponderunt,[f] ubi cum filius in domo adulteri natus eſſet , educatus , nominatus , legitimatus , inſtitutus , atq́ ita et matris maritus , mater , filius , adulter , & uulgo omnes , eum ut adulterinum prædicarent ,adhuc tamẽ ob ſolam matrimonij præſum ptionem , ualde in ea re extricanda laborant , et tandem , quoniam maritus eo tempore aberat,quo filius conceptus eſt , contra matrimo nium reſponderunt,[g] tanquam cætera omnia contra hoc unum ſatis eſſent infirma . Atq́ hoc argumento , infinitæ prope quæſtiones de cidi poſſunt , uti, cum uxor per duos menſes , procul à marito , cum adultero morata eſt , inde poſt ſeptimum menſem , domum reuerſa, parit , licet enim frequentius id ſit, ut fœminæ nouem menſibus ute rum ferant , iuſtus tamen et ille partus eſt, qui ſeptimo menſe editur,[h] Vnde quam diu ex marito concipi potuit , nunquam ex adultero pro creatum dicemus,[i] Niſi forte malit quis peritorum conſilium adhi bere, eorumq́ iudicio acquieſcere,[k] Sed ego , ut dixi , in dubio ſem 7
per ſecundum regulam, ideſt pro matrimonio pronuntiarem.[l]

a d.l.filium.
b Paris.conſ.11. 12. nu.234.in 2.
c l.1.§.ſi quis,cum Glo. ad Carbon.
d Abb. c. tranſmiſſæ.qui fil.leg.
e lib.7.cap.13.
f Alex.conſ.88. in 7. & corn.conſ. 1.in 3.
g Corn.d.conſ.litera.d.2.
h l.ſeptimo,de ſta. hom.
i Abb.c.officij, de pæn.et rem. d. l. miles.§. defuncto.
k Doct. l. Gallus. ĩ princ.Guiel.Bened. c. rainutius in 3.par.℣ quæ filiũ.nu.16. et ſeq.
l c.fin.de re iudic.

Quid,ſi quis nunc filius , nunc alienus habitus fue rit,Et quando plura inuicem repugnãt.

1 Natus ex matrim.adeptus ẽ ius proprie tatis,et poſſeſsionis filiorum.
2 Fama an tollat alias præſumptiones in fa uorem filiorum.
3 Quando ultima derogent prioribus.
4 Ius alicui mea cauſa quæſitum , eo inuito non poſſum reuocare.
5 Poſterior tractatio,poteſt filijs prodeſſe, non nocere ijs inuitis.nu.6.
7 Teſtimoniũ patris uincit famam uiciniæ.
8 Tractatio paterna præualet ſoli nomina tioni.
9 In probanda filiatione, duo teſtes ſuffi ciunt.

C A P. XXV.

QVID uero ſi domi natus quis ſit , & à parentibus etiam filij loco habitus,poſtmodum ab ijsdem uti alienus reijciatur, famaq́ illũ omnino

omnino illegitimum atteſtetur, anne contra filium poſteriores has
præſumptiones recipiemus? Affirmant hoc aliqui, cum ultima dero-
gent præcedentibus,[a] & quem aliquando parentes filium negarunt,
ſi deinde ut ex ſe natum agnoſcant, hoc quod nouiſſimo loco actum
eſt, attendi ſoleat,[b] quemadmodum & cum uarius rumor de alicuius
ingenuitate uagatus eſt, ſemper enim poſteriorem famam ſequimur,[c]
quod præter Corneum,[d] doctiſſimus etiam Gozadinus opinatus eſt.[e]
1 Ego tamen contra ſentio, nãq; is qui ex matrimonio natus præſumi
tur, ſi etiam filij loco quandoq; habitus fuit, dicitur nedum proprieta-
tis ius, quod ex natalibus oritur, ſed & quaſi poſſeſſionem ex ea re ade-
ptus,[f] merito cum utrunq; penès ipſum ſit, inuitus inde eiici non po-
2 terit,[g] Cedit enim ſemper fama natalibus,[h] & prior parentum obſer-
uatio, quæ ſtat à matrimonio, & delictum excludit, alijs contrarijs ge-
ſtis præferenda eſt, negligimus etenim hic famam contrariam natali-
bus, non quia plerunq; & poſſeſſionem perturbare, atq; etiam proprie
tatẽ probare, apta non ſit,[i] ſed quoniam, cum ea in dubio rebus ueris
conuenire cenſeatur, hic cum de proprietate conſtet,[k] iam illi locus
amplius eſſe non poteſt, contra ueritatem iuris teſtimonio probatã.[l]
Cum igitur ius proprietatis quæſitum filijs ex matrimonio non poſ-
ſit inuertere, minus certe & poſſeſſionem ualebit adimere, cum nec cõ
traria parentum aſſertio, filios inde ualeat deijcere,[m] nunq; cum &
proprietati coniuncta ſit, facile ſe ipſam ab aliena iniuria & apprehen
3 ſione poſſit tueri. Nam quod dicitur, ultima prioribus derogare, uerũ
id eſt, cum ea omnia nouiſſime concurrunt, quæ initio rei gerendæ af
fuerunt,[n] tunc enim ſecundum naturam eſt, quo quid uinculo inductũ
eodem etiam diſſolui,[o] Verum cum non ita omnia conueniunt, tunc
præualet proculdubio, quod priore loco factum eſt, idq; quod ſubſecu
tum fuit, quanuis aduerſus præcedentia uideatur, quia tamen non ijs-
dem adminiculis munitum apparet, reijci ſolet, Veluti ſi tibi aliquod
4 ius, mei unius opera eſſet acquiſitũ, uellemq; id deinde contrario actu
reuocare, non enim id mihi amplius te inuito licebit,[p] eo quod opor
tuit tuum quoq; nunc, ſicuti initio conſenſum interfuiſſe,[q] alioquin
quod contra ego, te nolente egerim, irritum totum eſt, quanuis nouiſ
ſimo loco factum. In propoſita igitur quæſtione, licebit quidem parẽ-
5 tibus, eum quem ut alienum ſemper reſpuerunt, ut uerum deinde fi-
lium agnoſcere, eo uolente, non tamen è contrario qui filius aliquan
do habitus fuit, poteſt inuitus ex illa poſſeſſione detrudi[r], atq; ita uere
Felinus loquitur,[s] quod nec Corneus etiam negaſſe uidetur, qui in
exẽplo à ſe tradito, nunquam illum, ut iuſtum filium obſeruatum fuiſ
ſe præſupponit. Quin etiam & Gozadinus ea poteſt ratione defendi,

a l. pacta nouiſſima. C. de pact.
b Felin. c. per tuas de prob. nu. 14. ÿ amplia ſec.
c l. ſi mater. C. ne de ſta. defunct.
d. cõs. 1. uol. 3.
e cons. 13. nu. 40.
f Dec. d. c. p tuas. nu. 4.
g Bart. l. filium, de his qui ſui ſunt.
h Abb. c. transmiſſæ, in fi. Qui fil. legit.
i Corn. d. cons. 1. litera. b. 2.
k d. l. filium.
l Bal. d. l. nu. 11.
m l. 1. §. 1. cũ Glo. ad Carbon.
n d. l. pacta nouiſſima.
o. l. nihil tam naturale. de reg. iur.
p l. fin. de pact. l. cũ à ſocero. C. de Iur. dot.
q l. ab emptione, de pact.
r Guil. bened. cap. Rainutius. uer. quæ filiũ nu. 15. in 3. par.
s in d. c. per tuas nu. 17.

quod de commodo filij agebatur, ut posterior tractatus præualeret, qui casus longe à nostro diuersus est, cum nos quæramus, an in eius odium, id inspiciendum sit, quod ultimo loco actum est, tũc enim omnino affirmamus, si domi ex uxore sit natus, atq; illi se ut filio, parentes aliquo tempore præbuerint, non posse amplius illum inuitum, uel mille deinde coniecturis aduersantibus, ex illo statu deturbari, quam & Alexandri fuisse sententiam proculdubio contenderem.[a] Planè
6 si filius ipse postquam primo sub alicuius, ut parentis uixit patrocinio, inde ab eo eiectus, in alterius se domum & curam contulerit, aliumq; loco patris habere ceperit, cum ipse met sibi ius suum imminui patiatur, incipiatq; nouam sibi in alio solo possesionis causam quærere, non amplius audiendus uidetur, si iniquum ergase prioris parentis iudicium uelit accusare, cum ipse ultimis his obsequiis sponte consentiendo, anteriora omnia gesta prorsus uideatur improbasse.[b] Fingamus nunc parentum testimonium cum uiciniæ
7 opinione pugnare, quid erit respondendum? Solet potior multo semper esse parẽtum assertio, quàm quæcunq; uel publica fama, hæc enim naturalem illam erga filios dilectionem, nobis semper ob oculos proponit, illa quãdoq; unius uel improbioris hominis uoce excitata, inde per multorũ ora latius fusa, adhuc sæpe errore & mẽdacio nõ caret[c].
Vnde dicitur, Tam ficti prauiq; tenax, quàm nuntia ueri.
Quod si aliquem ut filium quis enutriat, atq; in eum paterni omne genus officij conferat, alius illum filium appellet tantum, atq; ex se ge-
8 nitum prædicet, dubitandum planè non puto, quin educatio isthæc uti ueræ erga liberos pietati magis consentanea, nudæ filij appellationi non sit præponenda,[d] quemadmodum de eo dicitur, qui se uti parentem omnibus in rebus gerebat, filium tamen illum à se susceptum negabat, res enim & facta, uerbis ac cuicunq; nominationi sunt præferenda.[e] Eliditur tamen & hæc ipsa præsumptio, quoties cum ualidiori concurrit, ueluti quod quis domi natus sit, idem tamen ab alio educatus, cũ enim nataliũ causa proprietatem respiciat, educatio uero aut nominatio possesionem,[f] nemo ignorat proprietatem pluris quàm possesionem esse æstimandam.[g] Quæ omnia, uti cæteris in rebus duo testes sufficiunt,[h] sic & ipsa duorum testimonio recte probabuntur,
9 traditũ.n. est, filiorũ causã hac sola authoritate optime posse defẽdi.[i]

a in d. cõs. 88. uol. 7.

b Fel. d. c. per tuas nu. 14. uer. sed istud, et Ruin. cõs. 52. in. 5. nu. 9.

c c. ostius cũ Glo. de elect.

d Bal. l. nõ ignorat C. qui accus. non pos. nu. 14.

e l. si instituta. §. 1. de inoff. test. l. si posthumus. §. fin. de lib. & posth.

f Dec. d. c. per tuas nu. 4.

g c. cũ dilectus, de causa pos. et proprie.

h l. ubi numerus, de testib.

i Castr. l. errorem. C. de testa. Dec. cons. 272.

An illegitimi se ex certo patre natos probare posint.

1 Illegitimi sparsim geniti putantur iure ciuili.

2 Hodie Iure can. aluntur, & patrem ostendunt.

3 Quibus coniecturis eum agnoscant.
4 Natus ex muliere, quã quis sũptibus suis sustinet, an p̃sumatur eius filius.
5 Quid si ex ea, quam quis sæpe cognouit.
6 Quid de eo qui natus est domi ex ancilla.

CAP. XXVI.

EXISTIMANT multi quæcunq; de filijs probandis, legibus
tradita sunt, ea ad iustos tãtum & legitimos pertinere, aut ad eos
quoq;, quos leges non improbarunt, naturalesq́; appellati sunt.[a] Reli-
1 quos enim aduersus legum præcepta procreatos, illo idcirco auxilio
destitutos aiunt, quod ij nullo certo parente, sed uulgo concepti existi
mantur,[b] unde & Spurij & ἀπάτορες proprie nominari solent.[c] Quis au
tem eum ut filium uelit asserere, quem lex non ex se, sed sparsim ex col
lectitio ueluti semine genitum putet? Etenim si ut diximus hæc ipsa
filiorum probatio, iuris ut plurimum coniecturis nititur, quid ine
ptius esset, quam eo illum tueri præsidio, quod totum in eius odium
& iniuriam natum, paratumq́; uideatur? Ius enim contra hos omnia
in deteriorem ferè partem interpretatur, quomodo hi, ergo ex regu
lis aut præsumptionibus iuris in hac re unquam poterunt adiuuari?
Quæ Igitur supra de filijs probandis disseruimus, ea legitimorum tan
tum propria, nec cum his quicquam commune habere uolunt. Sed
hæc ego summo quidem Iure ciuili recepta crediderim, quo isti omni
2 humanitate indigni habentur, nec filij etiam nominantur,[d] Absunt
hæc tamen longe ab æquitate Pontificia, quæ quanuis omnem com-
plexum, uxorio uno excepto, damnet, non tamen inde natos, omnis
prorsus cõmodi expertes esse patitur, quin cũ alimenta saltẽ, eis hoc iu
re debeantur,[e] negare haud possumus, et in his illã filiorũ quasi posses
sionem esse spectandam, alioquin superuacanea hæc Iuris Pontif. san-
ctio redderetur,[f] colligimusq́; hoc aperte multis ex locis, ubi & Spurij
in quasi possessione constituuntur, & patrem certum uidentur demõ-
strare.[g] Nos quoq; ex uarijs Doct. responsis superiori capite multa at
tulimus exempla, quæ ad illegitimum quem alicuius filium proban-
dum, idoneo possint esse argumento,[h] Adeo ut ea ferè omnia, quæ de
legitimis filijs supra sunt disputata, & ad hos pertinere posse uerius ui
3 deatur. Si quis enim ab aliquo uti Spurius filius nominatus, enutri-
tus, tractatusq́; proponatur, atq; ita de eo publice homines sentiant,
quin hic ab illo deinde paterni officij iure alendus sit, minime dubitã
dum est, cum ex ijs ius quodammodo filij adeptus uideatur, quo am-
plius priuari illum non decet. In eo tantum hos fateor quoad hanc
rem à legitimis differre, quod habent illi potissimam semper præsum
ptionem, quæ oritur ex contracto parentum matrimonio, ex qua ne
cessario ferè se filios semper probare solent, quanuis alia repugnarẽt

a Ang. cons. 191. Ias. 102. in. 4.
b l. uulgo. de sta. hom.
c §. si aduersus. Insti. de nupt.
d Auth. ex complexu.
e c. cũ haberet. in fi. de eo qui dux. in matrim.
f Dec. c. per tuas. de proba. 1. col. Gozad. cons. 13. nu. 47. 55. Paris. cons. 10. nu. 35. in 2.
g c. transmiss. qui fil. sunt leg. c. michael, et to. tit. de fil. præsb. Bal. d. l. uulgo.
h Anchar. cõs. 225. Alex. 88. in. 7. Corn. 1. in. 3.

a diximus. s. cap. 24. indicia[a], Hi cum ex matrimonio non sint profecti, tali non poterunt auxilio uti contra parentes. Sed tamen & alia pro his coniectura recepta est, quæ uice illius sit, quæ pro matrimonio facit in legitimorum fauorem, traditum enim est, si quis mulierem quamcunque apud se consuetudinis gratia domi propriæ alat & retineat, partum inde editum illius ferè semper Iudicandum, quanuis & ab aliorum concubitu illa interim non abstinuisset, quod ad uxoris & concubinæ exemplum

b Abb. c. per tuas. 1. col. inductum est[b]. Hincque si quærat aliquis, an mulier quæ non eadem in domo cum aliquo degebat, sed eius tamen sumptibus alio in loco sustinebatur, filium susceperit, cum ad eam illi uni tantum uiro non cæteris liber aditus pateret, ipsa tamen furtim et alijs iungi consueuisset, sitne pater ille potius censendus, cuius stipendio mulier alebatur, an communis uero omnium partus, qui cum ea uersati essent, quasi uulgo & is conceptus, Responderem ego, illum filij parentem declarandum, in cuius manu mulier erat, cuiusque dominatu regebatur, quãuis & alijs sui 4

c Dec. d. c. p tuas. in. 1. copiam quandoque fecerit[c], Introducta est enim hæc præsumptio ad matrimonij similitudinem, in qua satis habet quis docere se domi ex uiro & uxore simul habitantibus natum, licet aliæ aduersentur con-

d l. miles §. defuncto, de adult. iecturæ[d], Vnde & cum hic arbitratu suo mulierem retineret, filios susceptos ei adiudicabimus, quod & is cum illa habitare diceretur, licet non omni temporis momento cum ea uersaretur[e], & negotiũ hoc

e l. si quis ita. de cõdi. et dem. satis domi factum uideatur, ex quo domicilij appellatio & ad domum siue conductam, siue gratis aut hospitio receptam, recte refer

f l. lex Cornel. §. domũ, de iniurijs. tur[f]. Quod si nihil de hac istius in mulierem potestate appareat, seque non ei uni tantum fœmina addictam esse uoluerit, tunc ex eo 5 quis aliquem ut filium agnoscere cogendus non erit, quod cum ea

g Alber. in. l. filium quandoque rem habere consueuerit[g], Nec enim uerisimile est, quæ alicuius libidini patere cepit, eandem etiam non plurium uirorum periculum facere uoluisse, licet ipsa ex certo tantum parẽte genitum

h Alex. cõs. 157. in 5. assereret[h], Sicuti nec is uti pater eo solo iudicatur, quod eius ancil- 6

i Bal. d. l. filium. 2. col. la domi apud se filium pepererit[i]. Si tamen probare ea posset, cum illo uno tantum sibi commercium intercessisse, tunc filius omnino reci-

k Alci. Reg. 3. præsum. 37. piendus uideretur[k]. Sed hoc sanè manifestissimis esset rationibus demonstrandum, cum in dubio Doct. affirment, maximam esse pro mulierum libidine & incontinentia suspitionem[l], uideaturque hæc rara

l Alber. d. l. filium. Dec. d. c. p tuas. Alex. s. d. cons. auis, quæ unius tantum uiri consuetudine contenta sit, Quod & ego in his quidem, quæ pudorem suum iam ceperint abijcere, maxime probo.

In

In testamentis, an filii appellatione, naturalis contineatur.

CAP. XXVII.

CVM filius proprie is dicatur, qui ex uiro & uxore nascitur[a], dubitari solet, an eo nomine naturales quandoq; comprehendātur. Quæ quæstio quoniam late patet, ut quæ & hominum actionibus, & legū cōstitutionibus, & alijs plurimis negotijs possit applicari. Ideo cōmodū esse duximus, eam in capita aliquot partiri, ac primo ab hominū actionibus exordiri, quæ in hac re possunt dupliciter considerari, Quod enim à nobis profertur, aut ad ultimam pertinet uoluntatē aut ad aliū inter uiuos actum. Primo Igitur quomodo in testamentis, inde quemadmodum in contractibus hoc nomen accipiendū sit, differemus, quibus postremo & quam in legibus uel statutis interpretationem admittat, adiungemus. Solent Igitur testatores duobus ferè modis hoc filiorū nomine uti in testamentis, aut in conditionis uim, aut simplicis enuntiationis, quæ quoniam inter se differunt[b], erunt & ipsa separatim quoq; tractanda. Finge ergo testatorem ita dixisse, Titium instituo,
1 & si sine filijs decesserit, Caiū substituo, Quid si Titius naturales tantū filios reliquerit, hos ne Caium excludere dicemus? Ego omissis lōgissimis Doctorum in hac re controuersijs[c], quæ solæ per se iustum uolumen possent occupare, tam multa ab his in hac materia fuerunt cumulata, aut uerius implicata[d], distinguendum censeo uetus Digestorū ius à nouissimis Imper. constitutionibus. Si enim secundum prisca tem-
2 pora loquamur, credo sub ea conditione, olim nunquā naturales filios siue ex seruili contubernio, siue ex concubinatu fuisse comprehensos, Cuius rei argumento sunt leges quamplures, in quibus cum de filijs fit mentio, naturales tamen sub matrimonij specie natos, qui cæteris fauorabiliores esse solent[e], non aliter contineri uolunt, nisi ea fuerit & manifesta testantis uoluntas[f], Vt cum hinc uideamus ab his tunc tantum excludi substitutos, cum ita testator declarauit, iam inde apertū sit, in reliquis quibuscunq; casibus secus dicendum, regulamq; in contrariū potius statuendam. Hoc autem ego tunc ita factum existimarem, propterea quod ab intestato ij nihil eo tempore consequebantur[g], at ue-

a l. filiū. de his qui sui sunt.
b Bart. §. et quid si tātū. col. 2. Imo. l. ex facto. §. si qs rogatus. ad Trebell. col. 3.
c in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. in. c. in præsentia, & probat. in. l. generaliter. §. cū autē. C. de inst. & sub. ubi Ang. ait nō posse dari certā doctrinam.
d Paris. d. c. in præsentia, p. 20. col. Alex. Rip. latissime. d. §. si quis rogatus.
e diximus. s. cap. 14.
f l. fin. de Iur. delib. l. cum pater §. uolo, de leg. 2. d. l. ex facto. §. si quis rogatus.
g Auth. quib. mod. nat. sui. in princ.

ro in ſubſtitutionibus cum liberorũ fit mentio, hi regulariter tantum 3
uocati cenſentur,qui ſubſtitutos ob legitimam ſucceſsionem ualeant
excludere,[a] Receptum etenim communiter illud eſt, conditionem il-
lam,ſi ſine liberis,filiorũ ipſorum fauore appoſitã ſemper eſſe,[b] ut tam
etſi ex teſtamento ijs quidem uerbis non uocentur,eis tamen ius ab in
teſtato ſuccedendi, unde ſubſtitutos excludant,ſit reſeruatum,[c] quo
fit ut in his conditionibus,neceſſario de ijs tantum filijs ſit intelligen
dum,qui ab inteſtato ualeant hæredes eſſe,[d] niſi forte aut teſtato-
ris, aut facto ipſorum proprio excludantur,[e] alioquin ſi lege pro-
hibente non poſſent ſuccedere,tunc nec fauorabilis talis conditio illis
unquam haberetur,nec hi recte filij dicerentur, cum legitimi ab inte-
ſtato non eſſent ſucceſſores,quod proprium filiorũ eſt,[f] Credoꝗ abſꝗ 4
ullo ſcrupulo hanc Martiani ſententiam in quodam reſpõſo extitiſſe,[g]
dum de tali conditione loquitur,quãuis ibi Accurſius, filios eos quoꝗ
in hac conditione contineri dixerit, qui ex teſtamento tantum capa-
ces ſint,licet ab inteſtato non admittãtur, quod ſane aduerſus reſpon
ſi illius mentem arbitror,tum rationibus ſupradictis,[h] tum quia uer-
bum,hæres,[i] in dubio de eo accipitur,qui ab inteſtato uocatur.[k] Con
cludo itaꝗ filios in conditionibus eos comprehendi tantum,qui ab in
teſtato ſuccedere apti ſint (exceptis adoptiuis liberis, quorum gratia
fideicommiſſo facile fraus fieri poſſet,[l] et paucis alijs caſibus,quos in-
fra attingemus) hacꝗ ratione, olim ad naturales filios talem condi-
tionem non pertinuiſſe, quod hi ab inteſtato legibus non agnoſceren
tur.[m] Hodie uero cum nati in ſeruili conſortio,cum primum ad liberta
tẽ peruenerint,à Iuſtiniano æque ac legitimi fuerint approbati,[n] cre 5
diderim in his iure optimo omnia ac in iuſtis filijs eſſe obſeruanda, ab
hisꝗ et fideicõmiſſum extingui:[o] Naturales autem cæteros ex concu-
binis natos,qui ab inteſtato in duabus uncijs ſuccedunt,[p] pro eadem
etiam portione et ſubſtitutum ſemper excludere, quoniã quoad hanc
tantum partem,ubi quis de his aliter expreſſe non ſtatuit, eos libero-
rum loco lex habet,[q] iusꝗ nouum ita ad illos extẽdi debet.[r] Cũ enim
in ſubſtitutionibus,de his ſemper actum cẽſeatur, qui grauato poſſint
hæredes eſſe,[s] iam ſequitur ut pro qua portione,eos ut filios lex agno-
uit,ad eãdem et teſtator illos uocare uoluiſſe exiſtimetur.[t] Atꝗ ideo
quod obijciebat Decius,[u] in conditionibus uerba uere et proprie acci
pienda,[x] nec naturales uere filios eſſe,[y] ſatis ex hoc tollitur, quod hu-
iuſce portionis ratione,et hi filij habeantur ex legis conſtitutione, ad
cuius normã cũ et teſtator omnia ſua negocia dirigere præſumatur,[z] 6

a Soz.l. cum auus de cond. et dem. nu.65. uer. mihi uidetur. Tiraq. l.ſi unquã. C. de reuoc.don.uer.ſu ſceperit liberos. num.86.
b Alex.conſ. 109. et 185.in 2.Curt. conſ.46.
c l.lucius. ij. cum Glo.in fi. cõiter prob.ꝗ hær.inſt. Dec. l. i. C. de pac. num.15.
d arg.d.Glo.in. l. lucius. Zuchar. l.i.C.de pac.nu. 70.
e Bart.l.filius fã. §.cũ qs.in fi. de leg.1.
f l.ſi matre.C. de ſuis et legit. et §.1.Inſti.de hær. quæ ab inteſt.
g l. filius fam. §. cũ qs.ꝗ leg.1. et ibi dicti.Bar.cir ca fi. conuenit opiniõi noſtræ.
h Glo.d.l. lucius. Soz.d.l.cũ auus. nu.65.
i ꝗ quo in dicto.§. cum quis.
k Bart.l.3.§.de il lo,pro ſocio.
l l. fideicõmiſſum, de cond. et dem. Dec.conſ.399.
m Auth.qb. mod. nat.ſui,in princ.
n Inſti.de ſeru.co= gn.in princ.
o arg.l.i.§.lex fal cidia. ad.l. falc.
p Auth.licet.C.de nat.lib.
q facit.l.fin.C. de confir.tut.
r d.§.lex falcidia.
s d. l. filiusfam.§. cum quis.

t d.l.hæredes mei.§.cũ ita,et ſoz.d.l.cũ auus.nu.65. u in c.in præſentia.nu.31. x l.q hæredi.de cond.et dem. y d.l.filium,ꝗ his qui ſui. z Bart.l.ut iuſiurandi.§.i.de ope.liber.

propterea

propterea illius mentem, et in his conditionibus uerborum anteponimus proprietati.[a] Hanc quidem diſtinctionem ſi ſequamur, quam ego doctiſsimo Præceptori meo Auguſtino Beroo placuiſſe ſcio[b], ita & Bartolum Panormitano, quos inter ſe acriter diſsidere ferunt, licebit cõciliare, ut alterum ex priſcis legibus, quæ naturales ab inteſtato nõ admittebant, alterum ſecũdum ius nouiſsimum loquutum dicamus[c].

Sunt tamen hæc in teſtatorum cõditionibus, de quibus agimus, nõ legum accipienda, quæ iuſtam ſobolem ſemper exquirunt, atq; à teſtã-
7 tium uerbis longe diuerſæ ſunt[d]. Et teſtatorum etiam quotiens eorũ mens non aliter expreſſa fuit, alioquin dubium non eſt, & uulgares hoſce naturales, & olim, & hodie ſubſtitutis potiores haberi potuiſſe, ſi ita defunctus uoluiſſet, Cuius mens ex eo deprehendi ſolet, ſi illũ grauauit, qui non niſi naturales filios poterat ſuſcipere[e]: Cum enim de facto tantum impleri poſsit hæc conditio, æque iam uidetur, ac ſi uere & proprie fuiſſet obſeruata[f], cum uerba ſecundum eius conditionem ſint intelligenda, in quem conferuntur[g]: Idem & ſi de iis in alia parte teſtamenti mẽtionem feciſſet, cum aliquo eorum commodo & honore[h], aut eo in loco Municipalis lex, naturales æque ac legitimos ad ſucceſsionem uocaret[i], aut teſtator ipſe naturalis eſſet, qui probabiliter eiuſmodi ſobolem non debuit contemnere[k], aut ſi genere & dignitate inſignis quiſpiam, infimum aliquem, & obſcurum hominem per fideicommiſſum ſubſtituiſſet, Sat enim ex eo conſtat, nõ eſſe ſibi humiles, abiectaſq; perſonas idcirco odioſas, quod longe à ſua ipſius ſanguinis
8 claritate abſint[l]. Atq; hæc ita in filiis maſculis grauatis communiter ſunt recepta, ſecus in fœminis traditum eſt[m], quorum naturales filios, ueriſimile uix unquam eſt à teſtatore uocatos, cum abſq; turpi pudicitiæ nota ſuſcipi nequeãt, in mulieribuſq; maior quàm in uiris, uitæ honeſtas ac caſtitas requiratur[n]. Sed ego cum ſupra docuerim ex Scæuolæ regula, quoſcunq; aptos ab inteſtato ſuccedere, eoſdem & conditionem illam extinguere[o], adduci non poſſum ut credam, naturales filios matri nihil prodeſſe, cum ei legitimi ſemper hæredes exiſtant[p]: Etenim ſi lex concubinatum permittit, & naturales filios ſic matris iuſtos ſucceſſores probat, ut & ſi illuſtris fuerit, adhuc tamen illi dedecus non putet, quos ſimul cum legitimis filiis hæredes habeat[q], Quid probabilius eſt, quàm teſtatorem, ad hãc legis conſtitutionẽ ſe tacite conformaſſe[r]? Quæ enim ex hoc matri ignominia oritur, ſi lex eos quàm maxime fouet? Immo cum filij ſpurii eius qui fideicommiſſo grauatus eſt, nunquam ſubſtitutum excludant, eo quod filii non poſſunt appellari[s], crederem ego ſi fæminæ hoc fideicommiſſum ſit iniunctum, quæ ſpurios non tamen ex damnato coitu genuerit, ab ijs etiam ſecundum

a l. in cõditiõibus, de cond. & dem.
b in.c.in præſẽtia.
c Bar.d.§.ſiquiſ rogatus.nu.2.Abb. c.in præſẽ.nu.13
d l. generalr.§. cũ aũt.C.de inſt.& ſub.ubi Iaſ.nu.6. ait hanc cõem ſol. et Alex.d.§. ſi quis rog.nu.11. 12.Soz.d.l.cum duas.nu.61.65.
e l.hæred.§.fin. ad Trebell.
f arg.l.pen.C.de cond.ins.
g l.plenũ.§.equitij de uſu & hab.
h l. qui filiabus.l. ſi ſeruus plu.§. fi.de leg.1.Bar.d. §.ſi quis rogat.
i Bart.l. hæred.§. 1.ad Treb.Alc.d. §.ſiqs ro.nu.10.
k Dec.d.c.in præſentia.nu.36.
l Ripa.d.§.ſiquis rog.num.16.
m Bar.d.l. hæred. §.fin.Abb.c. in præſẽtia. nu.21.
n Glo.l. palam.§. quæ in adult. de rit.nupt.
o d. l. filiusfam.§. cum quis.ſecũdũ uerũ intell.
p §.uulgo. Inſt.de ſucc.cogn.
q l.pe.C.de Orfit.
r l. hæredes mei.§. cũ ita. ad Treb. ubi Bart.Alex.
s Bart.§.ſiquis rogatus.num4.

a d.l.pen.C.ad Orfit.
b Imo. Alex.d.§.si quis rogatus. num.7.
c Paris.d.c.in præsentia. de proba. num.53.54.

Iustiniani distinctionem[a] substitutum posse excludi,& hoc casu tãtum, 9
ratione scilicet matris,filii nomen etiam in spurijs admittetur. Sed æquius in hac re fortasse fuerit,ad Imolæ & Alex.distinctionem recurrere[b],ut fœminæ conditionem consideremus,quæ fideicommisso grauata est,esset ne testatoris filia aut extranea, ut si filia,sanè ex præsumpta patris mente, naturales minime uocati censeantur, sin extranea, tunc supradictæ nostræ sentẽtiæ sit locus, Quod & aliis rationibus nõ inepte à recentioribus confirmatum est[c].

Quomodo accipiatur conditio,Si sine liberis,ei iniuncta qui religionem profitetur.

1 Grauatus, si sine lib. intelligitur de iis quos habere potest.
2 Natus ex religioso, seruus efficitur paternæ ecclesiæ.
3 An vllo casu, posſint religiosi filios iustos quærere.
4 Quando dicatur imposſib. quod pẽdet à voluntate Principis.
5 An ecclesia sit loco filii.
6 Clericus potest filios adoptare,& num. seq.
7 Filii adopt.nõ excludunt substitutum.
8 Conditio,Si decesserit sine lib. an sit duplex,uel simplex.
9 Conditio necessaria quæ dicatur,et quo modo impleatur.

CAP. XXVIII.

d l.hæred.§.fin. ad Trebell.
e Ang.l.si quis posthumos de lib. & post.
f Auth. ex cõplexu.
g Bar.d.§.si quis rogatus.Dec.c.in præsent.nu.33.
h tot.tit.de cohab. cler.et tit.de fil. præsbyt.
i c.cũ multæ.15. q.ult.
k Glo.d.c.cũ multæ.Abb.c.i.in fi. de treg. & pa. Fab.§.seruitus. Inst.de iur.pers.
l resþõsio ad.l.hæredibus.§. fin.
m arg.l.si cui, de seruit.
n Ripa d.§.si quis, no.19.
o c.2.c. ex tenore, qui fil. sint leg.
p Glo.c.de illo.32. Dist. & .c. cum olim,ubi Abb.de cler.coniug.

MAIOR in ea specie cadit dubitatio, cum quis sacris initiatus, hæres institutus est,grauatusq; idem si sine liberis decesserit, hæreditatem alii restituere: Cum.n.supra statuerimus, conditionem hãc plerunq; naturales filios complecti ex testatoris uoluntate, propterea quæstio nunc est,an de spuriis uerisimile sit eum sensisse his uerbis, eo quod is qui religioni nomen dedit,illegitimos tantũ,non amplius iustos filios posſit procreare, conditio autẽ à testatore de his filijs utiq; 1
accipi soleat,quos grauatus gignere aptus erat[d], Quã sententiã Ang. fuisse,literis proditũ est[e]. Mihi tamẽ ea nunquã placuit,cũ filiorũ nomẽ spurijs nequaquã cõueniat[f],nec in illis,cõditio ea,si sine lib.unquã impleatur[g],nec credendũ sit, de tã nefaria prole à defuncto cogitatũ, quã suscepisse,summũ esset illi clerico dedecus, summaq; ignominia[h], cum & filij huiusmodi, serui eiusdem ecclesiæ, cui pater ministrabat, 2
perpetuo esse teneantur[i],quanuis consuetudo hodie aliter obseruet[k]; præsertimq; cum alias admittant hæc uerba interpretationes[l], & longe honestiores, quibus in dubio hærendum est[m]. Dixerunt alii[n], de ueris & propriis filiis hanc conditionem intelligendam, nec à uerborum proprietate recedendum, posse enim & eum qui religionem 3
profiteatur,legitimos acquirere filios,siue ex probabili quodã matrimonio,quod putatiuum dicitur[o],siue ex summi Pont.indulgentia, qui eum legibus soluat,ac ius illi connubij permittat[p]. Et si fortasse dicat quis,id imposſibile in iure haberi,proptereaq; nõ considerandum,cum

Pontificis

Pontificis consensus sit expectandus[a], Respondent illi, quod sicuti Spu
rij institutio collata in id tẽpus, quo is natalibus restitutus fuerit, uali
da esse censetur,[b] quanuis hæc restitutio solius Principis authoritate
fiat[c], sic & uolunt eam conditionem hunc sensum recte posse admitte-
re, & si ad eam implendã supremi Principis uenia sit necessaria. Sed mi
hi nec ista probãtur, cũ ei qui diuino cultui se iã dedit, nunquã aut per
raro, idq; ex grauissima aliqua causa, ius matrimonij Põtifex soleat per
mittere[d], Quæ uero adeo difficilia sũt ut à Principe impetrẽtur, ea & im
possibilia utiq; solent in iure existimari[e], At quod impossibile est, id
4 & nullum est[f], Non ita quidem[g], & cætera omnia sunt, quæcũq; a prin
cipe peti necesse est, multa sunt enim in quibus permittendis, sa-
tis eum benignum regulariter solemus experiri, ueluti in natalium re-
stitutione plurimis in casibus, ut uulgo constat[h], & ideo quãuis spe-
cialem eius iussum exigant, non tamẽ impossibilia censentur, cum hæc
sæpe concedi consueuerint[i]. Cum Igitur quãtum uel ad matrimonij
leges uiolandas, uel personis minime idoneis concedendas attinet,
hoc totum difficillimum negocium, idest impossibile dicatur[k], non
crederem conditionem illam si sine lib. ad hunc casum trahendam, in
ter quẽ & nataliũ restitutionem multum interest, ut modo dixi, & qui-
dam quoq; simili ferè exemplo adnotarunt[l]. Quod autem de putati-
uo matrimonio dictum est, non potest id huic facto ulla ratione cõ
uenire, cum iustus nullus error patrem clericum queat excusare, qui
conditionis suæ satis erat gnarus & prudens[m], in huiusmodi uero ma-
5 trimonio error & maxime probabilis necessarius esse soleat[n]. Bar-
tolus uero credidit[o] hanc conditionem in ijs filijs intelligendam,
quos loco iustorum liberorum lex habet, scilicet in ecclesia, quæ instar
filij est, cum quis ei se dicauit[p], quam opinionem plurimi deinde se-
cuti sunt[q]. Sed et de hac Decius dubitauit[r], ego quoq; subsisto. In
primis, quia uerum id non est ecclesiam esse loco filij, nam & si ita uul
go prædicetur, apud eruditos tamẽ hoc nunquam receptum est[s], De
inde quia cum testatoris uerba sub conditione sint prolata, uidentur
ea secundũ conditionis naturam interpretanda, quæ rem incertã signi
ficat, à futuroq; euẽtu pendentem[t], Ast qui religioni se deuouit certus
est omnino de status sui fine, cũ ille institutũ uitæ cursum nequeat de-
6 serere[u], ecclesiaq; ipsa nunquã moriatur[x]. Quarta fuit in hac. q. opi
nio[y], ut filij legitimi tantum hoc est adoptiui excludant substitu-
tum, nec enim clericis uidetur interdictum tales sibi liberos assumere,[z]

a l. apud Iulianũ. §. fin. de leg. i.
b Ang. Imo. l. illa institutio, de hær. instit.
c l. i. de nat. rest. Bart. l. non ambigitur, in fi. de legibus.
d c. cum ad monasterium. in fi. de sta. mon. c. semel deo, de reg. iur. in yi. ubi Io. And. et alij.
e d. l. apud iulianũ. §. fin. Bart. l. fin. C. de sẽt. pas. col. 2.
f l. impossibilium. de reg. iur.
g Responsio ad d. l. in tempus, de hær. inst.
h Auth. quib. mod. nat. eff. leg. Doct. c. per uenerabilẽ & in §. & quid si tantum.
i Castr. Aret. l. continuus. §. cũ quis. de uerb. obl. arg. l. 1. §. permittitur, de aq. quot. æst.
k Abb. c. super eo de cond. app. & c. cũ ad monasterium, de sta. mon.
l Ias. l. apud Iulianum. §. fin. nu. 16. de leg. 1.
m arg. l. fi. pro suo l. quãquã ad uelleian.
n c. fin. §. 1. de clãd. desp. Abb. c. 2. qui fil. legit.
o Bart. l. hæredibus. §. final. ad Trebel.

p §. sed & hæc præsenti Auth. de sãct. ep. c. in præsentia, de probat. q Alex. l. si quis posthumos. nu. 8. Paris. cũ multis. c. in præsentia nu. 47. r d. c. in præsentia. nu. 32. s Bart. Auth. nisi. C. ad Trebel. Bal. l. filiũ, de his qui sui sunt, Fel. c. in præsẽtia. nu. 74. t Bart. l. 1. in princ. de cond. & dem. u c. semel đo. de reg. iur. 6. x c. liberti. ij. xij. q. ij y Bal, Imo. Alex. l. si quis posth. de lib. & post. arg. ilius. l. z l. si pater. §. fi. de adopt. Abb. c. 1. de cogn. leg.

Immo cum non alios nisi hos honeste filios habere possint, uolunt hãc proculdubio uoluntatem testantis extitisse[a], ut ob hos legitimos filios deficiat fideicommissum. Sed ego nec hoc sequor: uideo enim generaliter id constitutum, ne hi adoptiui contra substitutum admittantur,[b] puto, quia fideicommisso facilè fraus fieri posset[c], quæ quidem suspitionis ratio, eo rectius hic quoq; cadit, quo facilius huic multo erat quàm cæteris filios adoptare, cum sciret is se non alios iustos liberos habere posse[d], Responsumq; id quod ab eis in hanc rem adducitur[e], alium & longe à præsenti diuersum casum respicit[f], dubitoq; id etiam, an qui ad sacros ordines adsciti sunt, possint amplius liberis uel legitimis tantum operam dare[g]. Vltimam quinto loco sententiam proditam reperio, quæ Augustini Beroi Præceptoris clarissimi fuit[h],
Vt cum hæc conditio duas habeat partes, Si decesserit, & sine liberis, 8
ualeat eatenus quatenus impleri potest[i], Et ita quoad illa uerba, si decesserit, extet utiq; conditio, tunc cum morietur: Quoad illa uero, si sine liberis, quia hoc impossibile est, non adiecta potius habeatur, ne quod utile, per inutile uitietur[k], Qua ex re concludit, intelligi hunc Clericum grauatum post mortem statim hæreditatem restituere, nec quicquam illa uerba, Si sine liberis, aut obesse, aut prodesse. Ego uero nec Præceptori in hac re omnino subscribo: est enim unica tota illa conditio, cum ea qualitate[l], si sine liberis, propterea nec scindi potest, quia detracta qualitate, conditioni satisfactum non intelligitur[m], Quin cum hanc conditionem simplicem esse fateatur, fieri non potest, ut eam in illis tantum uerbis accipiamus, Si decesserit, certum est enim eum omnino moriturum[n], at conditiones incertæ esse debent, in futurumq; tempus collatæ[o]. Iam nos quid dicemus? Ipse
hanc quæstionem ex Bartoli uerbis decidi posse arbitror, qui huius- 9
modi conditiones necessarias uocat, & pro puris haberi inquit[p], Videtur enim in hoc facto quid simile fuisse expressum à testatore, ut clericus ille, si liberam uult hæreditatem, cogatur filios quoq; suscipere, & si non susceperit, ueluti pœnæ nomine eam alii restituere teneatur, Sed prior conditio, iure utiq; impossibilis est, aduersus clericorũ honestatem, uotũ, & bonos mores[q], ergo alia quæ priori est cõtraria, scilicet si non susceperit liberos, necessaria dicetur, cum necessarium id sit, cuius contrarium est impossibile[r], Cum uero quælibet necessaria conditio, pro pura habeatur[s], sic sequetur etiam ut clericus hic pure post mortem restituere hæreditatem grauatus sit, ut Bartolus met declarauit[t], nec multum à præcedenti Præceptoris distat opinione. Quæ tamen intelligenda sunt, ubi non ante alios legitimos aut legitimatos filios clericus habuisset, ii enim semper substitutum excluderent[u].

a arg. l. 2. de lib. et post. et. l. si quãdo, de leg. 1.
b l. si ita quis §. fi. de leg. 2.
c l. fideicõmissum, de cond. & dem. Dec. cõs. 399.
d arg. d. l. si pater §. fi. de adopt.
e sid. l. quis posthumos.
f Ripa. d. §. si quis. num. 35.
g arg. c. i. ne cler. uel mon. Port. Insti. de adop. nu. 5.
h in. c. in prẽsẽtia. pag. 101.
i l. qui dotẽ, ff dot. præleg. l. serui electiõe. l. stichũ qui. de leg. 1.
k c. utile, ff reg. iur. in. 6.
l Bart. l. aurelius §. idẽ quæsiit. ff liber. leg. in fi.
m l. titius, de mil. test. l. 2. ff aur. et arg. leg. Bart. l. ex facto, ff uulg. & pup. col. 2.
n l. i. ff cõd. et dm.
o l. itaq;, si cert. pet. Bart. d. l. i. in princ.
p Bart. l. i. in prin. de cond. instit.
q arg. l. filius, de cond inst.
r Bal. l. non qcqd, de iudic.
s l. si pupillus §. sub conditione, ff nouat.
t Bart. d. l. i. ff cõd. inst.
u Doct. d. l. si quis posthumos.

Filij in testamento pure nominati, an de naturalibus intelligantur.

CAP. XXIX.

SEQVITVR quotiens de filijs testator mentionem facit, de ijs quid simpliciter statuendo, ut si bona aliquot, se filijs suis relinquere dixerit, aut simili modo filios pure in testamento nominauerit, tũc enim si quærimus, an eo nomine & de naturalibus senserit, lõge aliter quidem, quàm in præcedenti capite existimo statuendum, cum multum intersit, quoad uim uerborum, sit ne oratio pure, an sub conditione prolata[a]. Nunc igitur ego multipliciter distinguendum, uariosque casus considerandos putarem. PRImus sit, cum testator filijs suis aliquid se pure relinquere dicit, adsuntque illi nedum naturales, sed & iusti
1 filij: Et credo ego naturales tunc eo nomine non contineri, quin à legitimis excludi, tum quia uerborum proprietati hærendũ est, quæ natos tantum ex matrimonio filios uocat[b], tum quia naturales extantibus legitimis, ueluti extranei ab intestato habentur[c], ideo nec eos cum
2 alijs simul admitti æquum est[d]. SECundus sit, ubi tempore testamẽti extarent liberi, alij iusti, alij naturales, post uero ante aditam hæreditatẽ legitimi decessissent, naturalesque dein solum superessent: Puto & hoc casu naturales non successuros, eo quòd cum semel testator de ueris filijs senserit, amplius ab hac eius concepta significatione discedendum non uidetur, cum præsertim sermo illius pure prolatus, ad tẽpus testamenti non mortis referri soleat[e], & quia cum naturales initio ex mente testatoris non comprehenderentur, quãuis post legitimi sublati sint, nunquã tamen naturales uocati intelligi possunt[f], cum & uoluntas mutata nõ præsumatur, nisi quis hãc de naturalibus interpretatiõnẽ admittat, ut ita actus potius sustineatur[g], quod tamen durum est.

TERtius sit, quando dũ testamẽtũ fieret, nulli legitimi aderant, sed naturales tantum, post uero antequã fato fungeretur, & legitimos procreauit: Adhuc existimo naturales nõ admitti, etsi initio de iis forte testator potuerit cogitare, coniectura enim paternæ uolũtatis hoc suadet, ut si dum testabatur, filios se ueros habiturum existimasset, iis
3 planè bona sua fuisset relicturus[h], uerisimileque est satis, si de hac re

a Bart. §. & quid si tantum. Alex. d. §. si quis. nu. 15. 16.

b l. filium, de his qui sui sunt. l. 2. §. legitimos. ff de exc. tut.

c Auth. licet. C. de nat. lib.

d Arg. not. p Bart. l. ut iusiurandi. §. si liberi, nu. 5. in fi. ff de op. libert.

e l. si ita, de aur. et arg. l. fin. §. 1. de leg. 2. Dec. in sim. cons. 95. col. 4.

f arg. l. quod initio ff reg. iur. l. q res §. areã, ff solut.

g l. quotiens, de rebus dub.

h l. titius. §. lucius, de lib. & posth.

interrogatus fuisset, eum ita utiq; responsurũ[a], cum desideria morien-
tium, ex arbitrio uiuentium colligamus[b], Videmusq; in multis simili-
bus exemplis, adgnascentibus nouis liberis, uoluntatem testatoris mu
tatam, semper à lege præsumi[c]. QVArtus sit, cum testamenti tempo
re, naturales tãtũ extabant, post uero & legitimi procreati ab eo sunt,
qui tamen & ante aditam hæreditatem periere, ita ut naturales adhuc 4
soli supersint: Sentio omnino naturales hoc casu successuros[d], nihil
enim iis impedimento legitimorũ natales esse debuerunt, ex quo mo-
riente patre, ipsi antea è uita cesserant, nec media tẽpora hæredi recte
instituto quicquam nocere solent[e], adest præterea mens testatoris, qui
de his initio sensit, ut mox dicam. QVIntus sit, cùm nulli legitimi
unquam nati sunt, testatorq; filios pure nominauit, cum naturales tan
tum haberet, qui iam in lucem prodierant: Credo proculdubio tunc
naturales ab eo uocatos intelligi,[f] cũ uerisimile sit de his eum sensisse,
quos præ oculis habebat,[g] & ubi sermo dispositiue ut dicunt Doctores
prolatus est, in eo latior multo & benignior, quàm ubi sub conditio-
ne, fiat interpretatio[h]. SEXtus sit, cum testamenti tempore natura-
les tãtum aderant, sermo tamen testatoris, de filijs dispositiue loquẽs,
refert se non ad præsens sed futurum tẽpus, Exempli causa, si uelit fi- 5
lios suos in certis bonis succedere post mortem alicuius, aut euenien-
te aliqua conditione: Puto hic, quando casus ille extiterit, si & alii iu-
sti liberi nati erunt, tunc naturales ab iis sanè excludi, eo quod quotiẽs
in futurum euentum confertur oratio, tempus euenientis cõditionis,
non dispositionis attendatur[i], Et quia probabilis hæc est mens testato
ris, ut & modo attigimus[k], Quod si eueniente conditione, soli adhuc
naturales existant, qui & tempore testamenti nati erant, non dubi-
to tunc ad eos bona pertinere[l], atq; ita testatoris uoluntas de quibus
nam filijs senserit, à futuro euentu declarationem sumet[m], prout de cõ 6
pendiosa dicitur substitutione, quæ secundum uarios casus nunc fidei-
commissaria, nunc uulgaris, nunc pupillaris, usq; initio fuisse fingitur[n],
quod & in pupillari tacita, quæ sub expressa continetur, cum mater po
stea de medio sublata est, dici solet[o]. VLTimus sit, cum testator filios
pure nominauit, tunc tamen filii adhuc nulli nati erant, Vt quia
Titium instituit, grauauitq; eundem, post mortem filiis suis hæredita-
tem restituere, qui Titius, liberos tunc nullos habebat, sed deinde natu
rales tantum, non legitimos suscepit: Mihi uidentur hoc casu natura-
les minime uocati[p], quoniam hæc uerba ad cõditionem magis quàm 7
simplicem dispositionem referuntur, si quidem tacite subintelligitur,
ut filiis restituatur, si quos habuerit[q], quocirca cum de cõditione aga-
mus, succedit regula, ut naturales filiorum nomine non contineantur,
nisi

a Glo. l. tale. §. fin. de pact.
b l. quoniam. C. de nat. lib.
c l. si unquã. C. de reuoc. don. Bart. l. Titia. §. imp. de leg. 2.
d arg. l. posthumus. in princ. & inius. rup. test.
e l. si alienũ. in fin. de hær. inst. & l. sed et si. §. solemus. ff. eod.
f l. lucius. §. fin. de leg. 2. & arg. l. hæred. §. fin. ad Treb. & l. quib. dieb. §. dominus, de cond. & dem.
g Glo. l. plenũ. §. equitij. uer. sensisse. de usu & hab. Ripa. §. si qs rogatus. num. 12.
h Bart. Alex. §. & quid si tantum.
i Alex. cons. 26. in fi. uol. 3. & 12. in 4. Dec. cõs. 253. col. fin. & 299. num. 8.
k in. 3. casu.
l ut in præc. casu.
m arg. l. sed & si quis. §. interdum, de usufr.
n Bart. l. centurio. col. 3.
o Bal. l. fin. C. de inst. & subst.
p arg. l. generaliter. §. cum autem C. de inst. et subs.
q l. interdum, de uerb. obl.

8 nisi secus de uoluntate testantis appareat[a]: Atq; ita Vlpiani legem interpretor, qui in posthumi institutione, posthumum tantum ex uxore, uocatum dixit[b], quoniam & hæc institutio sub conditione est, scilicet, si posthumus nascetur[c], ast in conditionibus, uerborum proprietas maxime solet attendi[d]. Ex quibus patet, quantum Imolēsis uterq; & reliqui sint decepti[e], qui in soluenda hac Antinomia tantopere insudarunt, unde materiam hanc in innumeras, & illas obscuras sectio-
9 nes distinxere. Non omitto, quod Panormitanus & cæteri tradidere[f], si testator liberorum uerbo usus fuerit, nunquam naturales uenire, eo quod liberorum uerbum iuris sit, nō naturæ,[g] at uero filius, ad naturales aptius referatur[h]. Ipse tamen id uix ausim approbare, cum hæc tam subtilis differentia legibus recepta non uideatur, animaduertamusq; utrunq; uerbum etiam in hac materia promiscue plerunq; capi, & qui modo liberi dicti sunt, eosdem statim filios uocari[i]: Deinde si liberorum nomen, sub se filios, nepotes, pronepotes, ueluti genus cōplectitur,[k] Sanè sicuti filios, naturales dici certum est, ut & ipsi fatētur, sic igitur & liberos eodem sensu accipi posse necesse erit, nam cui speciei nomen conuenit, eidem & proprie generis uocabulum aptum esse debet, cum genus de eo omni prædicetur, ad quod & species pertinet.[l] Vtuntur tamen hoc liberorum uocabulo authores sæpe pro iustis tantum filiis. Quintil.[m] Nisi forte & hic finitionē mouet, an liberi sint etiam non legitimi: Et Catullus loquens ad Hymæneum.

Nulla quit sine te domus,
Liberos dare, nec parens,
Stirpe dicier.

a l.cū pater.§.uolo, de leg.2.l.fin. de iur. delib.
b l.placet, de lib. et posth.
c l.i.in fin. de cōd. & dem.
d l.qui hæredi.l. mœuius, de cond. & dem.
e Imo. Alex. d.§.si quis rog. nu.16. Ias.d.l.placet num.17.
f Abb.c.in præsentia.nu.22. Doct. d.§.siqs rogatus
g l.liberorum, de uerb.sign.
h l.tutelas, de cap. dimin.
i l. lucius. in fi. de leg.2. & d.§. si quis rogatus.
k d.l. liberorum.
l l.semper in generalibus ubi Dec. de reg.iur. Bart. Rub.sol. matr.
m lib.3. cap.8.

Emphyteosis Titio & filiis concessa, an ad naturales pertineat.

1 An filiorum appellatione contineantur fœminæ ex proprietate verborum.
2 In contractibus nomine filiorum ueniūt naturales iam nati, nisi ut nu.6. & seq.
3 Naturales quandoq; succedūt in feudo.
4 Alteri quando liceat stipulari.
5 Stipulatio pro se & filiis, intelligitur ordine successiuo.
6 Naturales nondum nati, nō veniunt nomine filiorum.
7 Fœmina naturalibus, & quandoq; spuriis acquirit emphyteosim.
8 Extantibus legitimis, naturales excluduntur.
9 Naturales ad feuda non admittuntur, & quare.

CAP. XXX.

QVID uero in contractibus, an filiorum uerbum etiam ad naturales extendemus? Finge stipulatus quis est emphyteosim sibi & filijs: utrum ne naturales his uerbis comprehendentur? Negant Angelus, Decius, & quidam alij,[n] tum quia in cōtractibus uerba stricte & proprie accipi debent[o], naturalis autem proprie non est filius[p], tū

n Ang.l.generaliter.§.cū aūt. Bal. l.filiū, de his qui sui, Dec.c.in præsentia.nu.40.
o l.qcquid astringendæ, de uerb. obl.
p l.filium, de his qui sui sunt.

quia in dubio uerba ſemper cōtra ſtipulātē interpretamur,qui legē po
tuit apertius cōſcribere[a], Exēplo illud eſt,& maxime ſimili,quod cū ap 1
pellatione filij,& fœminæ quoq; cōprehēdi regulariter ſoleāt[b],emphy
teoſis tamē alicui & filijs cōceſſa,ad fœminas nō dicitur pertinere[c], eo
quòd uocabulū id filii,illas nō adeo proprio ſenſu,ſed ui magis exten-
ſionis cōplectatur[d],quanto ergo magis & naturales his uerbis excludi
debebunt? Quam ſententiam quandoq; & Bartolus ea ratione com-
probauit[e],quod ſcilicet pater ijs cum extranei ſint,non potuit ſtipula-
ri[f], quemadmodum nec mater filio.[g] Contrarium tamen à pleriſq; eſt
approbatum,uideturq; hæc crebrior ſententia[h]. Ego quoniā nec hos,
nec illos omnino ſequor,ut clarius tota hæc res conſtare poſsit,ſic cen
ſeo pronuntiandum. Si quis ſibi & filijs fuerit ſtipulatus,ſiquidē tūc 2
naturales habebat,& de ijs omnino actum cenſeo, Primum, quia uer-
ba hæc ſimpliciter ſunt enuntiata,quæ ex proprietate & naturales cō-
plecti apta ſunt[i],Deinde,quia etſi ea non eſſet uerborum proprietas,
in conuentionibus tamen contrahentium uoluntatem potius quàm
uerba ſpectaremus[k],ex eo autē hunc naturalibus ſtipulari uoluiſſe hoc
caſu colligimus,atq; in ijs utrunq; ex contrahentibus cōſenſiſſe, quod
ſcilicet ſoli tunc hi filii ipſi ſtipulanti aderant[l],quod optimum eſt uolū
tatis argumentum,ut Caſtrenſis tradidit:[m] Nam & cum aliàs natura- 3
les in feudo non ſuccedant[n],ſi tamen quis naturalem filium habens, ſi-
bi & filiis præſentibus & futuris ſtipuletur, naturalis etiam admitte-
tur[o], quoniam contrahentium mentem ex præſenti eorum ſtatu,& cō
ditione colligimus[p], Quo circa uerba hic contra ſtipulantem non de-
bemus interpretari,cum de mente conſtet[q], & nō impropio ſenſu, ſub
iis naturalis etiam contineatur[r], cum filius, naturæ ſit nomen[s], natu-
raq; omnibus æque communis ſit[t], & ij tantum filij appellari non poſ
ſint,qui ſpurij ſunt,non naturales[u]. Minus repugnat Bartoli argumē 4
tum,nam ut & ipſe alio in loco docuit[x], licet cuilibet ſuper re ſua, uel
quæ futura ſit ſua,alteri ſtipulari[y]. Hinc crederem tūc & in his id ob- 5
ſeruandū,quod & in iuſtis filiis ſolet,ut ſcilicet ordine ſucceſsiuo poſt
mortem tantum patris admittātur[z], quo tempore res uere illius iam
effecta fuerit[a], Quanuis.n. hi non omnino iuſti ſint filii,in quibus tan
tum ſucceſsiuus ille ordo ſpectari ſolet[b], non tamen prorſus & extra-
nei cenſentur,retinentq; filiorum quandam imaginem[c], Veriſimileq;
eſt multum,patrem illis gradatim,ideſt poſt mortem ſuam, non prius
fuiſſe ſtipulatum[d], ad exemplum legitimorum filiorum, ne aliàs plus
hac ſtipulatione hi naturales,quàm cæteri ueri filij conſecuti dici poſ-

a l.ueteribus, de pact.
b l.ſi quis ita, de teſt.tut.l.ſi ita ſcriptū, de leg.2.
c Archid.c. ſi quis ſuadēte.17.q.4. Rom. cons. 35. Alex.61.in .1.
d l.pronūtiatio,in princ. de uerb.ſi gn.l. quisquis.§. i.& §.filias.C. ad.l.Iul.ma.
e Bart.d.§. ſi quis rogatus.
f §.alteri. Inſt. de inut.ſtip.
g l.debitor, in fin. ad Trebell.
h Alex.d.§.ſi quis. num.22.
i l.lucius.§.fin. de leg.2.
k l. in conuentionibus,de uerb. ſig.
l Marſil.l.i.§. ſi ſeruus,de quæſt. num.9.
m Caſt.d.§.ſi quis. nu.5.facit.l. hæredibus.§.fin. ad Trebel.
n c.i.§. naturales, ſi de feu. fuer. contr.int.dom.
o Aluar.d.§.naturales,col.5.
p l.plenū.§. eqtij, cū Glo.de uſu & hab.Ripa.d.§.ſi qs.num.12.
q l. fin.C. quæ res pign.obl.
r l.lucius in fin. de leg.2.
s l.tutelas,de cap. dimin.
t l. hos accuſare.§. fin.de accuſat.
u Auth. ex complexu.
x Bar.l.qđ dicitur in fi.de uerb. y l.publia,depos.l.pe.C.ad exhib.Bal. Alex.§.ſi ſtipuler in.9.Fallē. z Doct.l.gallus.§.quidā recte. a Alex.§. ſiquis.nu.22. b c.Rayn.ubi Abb.nu.5.Ias.§.quidā recte.nu.24. c c.fin.32.q.4.Auth.licet.C.de nat.lib. d Afflic.Decis.99.

ſint[a]. Declaro tamen ſupradictam regulam[b],ut ita demum naturales contineantur,ſi tunc extabant,cum ſtipulatio inita eſt,alioquin ſi poſt id tempus in lucem fuerint ſuſcepti, ſecus arbitrarer: ceſſat.n. tunc mentis coniectura,de qua ſupra,ſtipulatioq́ ipſa ſub conditione cõcepta cenſetur, ſcilicet ſi filii naſcentur[c],ut ſuperiori capite diſſeruimus, in conditionibus autem uix unquam à uera & propria uerborum ſignificatione ſolemus recedere[d], Accedit quod in conditionibus ii uocati cenſentur,qui ab inteſtato hæredes eſſe poſſunt[e], filiis enim ut hæredibus ſtipulamur[f], Sed cum hi legitimi nõ ſint hæredes[g],merito nec ad emphyteoſim uocati intelligentur,niſi forte ſecundum eam diſtinctionem,quæ ſupra à nobis latius relata eſt[h], quæ ratio ceſſat, quoties tempore ſtipulationis iam nati ſunt:tunc enim conſtat iis omnino patrem acquiri uoluiſſe.
7 Atq́ ideo affirmo, quod ſi fœmina, ſibi & filiis hanc emphyt.fuerit ſtipulata,ſemper naturales,quandoq́ & ſpurios contineri,quoniam quoad matrem,nihil ii à legitimis differunt,atque ei ab inteſtato ſuccedunt[i].
8 Tunc etiam ex pronuntiato noſtro naturales admitti negamus, quoties uel tempore ſtipulationis,uel poſt, legitimi filii supereſſent, cum enim hoc filiorum nomen diuerſas perſonas complectatur, ordine ſucceſſorio ii prius ſemper uocati intelliguntur,quorum ab inteſtato potior eſt cauſa[k], ideo æquum eſt, ut & hoc caſu,naturales à legitimis excludantur,qui & in adeunda hæreditate,iis quocunq́ caſu longe ſunt inferiores[l].
9 Rurſus & ad naturales hæc tunc non pertinere dicuntur,ubi de feudi agitur ſucceſsione[m], ad id enim naturalibus non licet aſpirare,ſeu ob rei ipſius, ſeu domini fortaſſe concedentis dignitatem[n].

a Paris.c. in præſentia.nu.91.
b Vide quæ diximus cap.præced.
c l.interdũ,ꝗuerb.ob.l.i.in fin.ubi Bar.num.25.de cõd.& dem.
d l.mœuius,ꝗ cõd.& dem.
e l.lucius.2. cũ gl. de hæred. inſt.l. filiusfam.§.cum quis.ſecundũ ue-rũ intel.de leg.1.
f Glo.l.ſi tibi §. pactus, de pact. Alex.d.§.quidã recte.num.8.
g §.fi. Auth.quib. mod.nat.ſui.
h s.cap.27.
i §.nouiſsime. Inſti.ad Orfit.l.pe. C.eod. Abb.c. in præſentia.nu.24
k Bart.l.iusiurãdi §.liberi. de ope. libert.Soz.§.quidã recte.num.4.
l Auth.licet.C.de nat.lib.
m c.i.§.naturales. ſi de feu.fuer.
n Doct.d.§. naturales.

Emphyt.eccleſiaſtica, an ad naturales tranſeat, an etiam ad legitimatos.

1 Naturales abſq́ peccato ſuſcipi non poſſunt.
2 Eccleſia naturalibus eſt fauorabilior quã ius ciuile.
3 An legitimati adhuc cenſeantur infames.
4 Emphyt.eccleſiaſtica illegitimo conceſſa, etiam ad eius naturales deſcendit.
5 Emphyt. acquiri poteſt ſpurijs loco alimentorum.

CAP. XXXI.

1 POSTREMO limitant ſupra traditam regulam omnes[o] in emphyteoſi eccleſiaſtica,quam ad naturales idcirco nolunt pertinere, quod huiuſmodi filii abſq́ peccato concipi nequeant[p],quod cum maxime eccleſia abhorreat[q], ueriſimile non eſt,de tali ſobole eam unquã cogitaſſe. Ego tamen in hoc ſubſiſto,aut enim de naturalibus nondum natis loquimur,aut de natis iam, cum emphyteoſis concedebatur: Priore caſu,communem quidem limitationem ſequor, nõ tamen

o Doct.§. ſiquis rogatus, et Canon. c.in præſentia.
p c.meretrices.32. q.4.
q c.fin.de præſcri.

communi ratione, ſed ea de qua modo egimus, quod in talibus filijs conditio ſubintelligitur, ſi naſcentur[a], quæ res facit, ut de iuſtis tãtum filijs uerba hæc accipiantur. Aut uero de iam natis quærimus, & ipſe quidem contra ſentio: Primo, quia peccati in his committendi nulla uertitur amplius ſuſpitio, ex quo iam erant procreati: Deinde quia etſi qua peccati adeſſet dubitatio, neſcio cur eam magis in his, quàm in cæteris priuatorum bonis uelimus uindicare, cum omnibus generaliter concubinatus hodie ſit interdictus[b], Quod ſiquid in alterutro 2
diſcriminis eſſet conſtituendum, facilius forte hi, quoad eccleſiaſtica, quàm profana bona poſſent obtinere[c], ſiquidem uidemus eccleſiã multo quàm alias leges his benigniorem & propenſiorem[d]: nec.n. quoad eam quid intereſt, quomodocunq; quis natus conceptúſue ſit[e], cum ea cuiuſq; uirtutes, uitiáue tantum reſpiciat, quæ nõ ex ſemine, ſed ex propria uoluntate contrahuntur[f]. Cum igitur in priuatis certum ſit, eam peccati ſuſpitionẽ nihil officere, quominus naturales quandoq; ad emphyteoſim admittantur, cum ex illa conditione, nulla delinquendi patribus præbeatur occaſio, ut aduerſus Ruinum[g], recentiores late & ſubtiliter oſtenderunt[h], cur in eccleſiaſticis bonis diuerſum ius conſtituemus? cum præſertim hodie quoad ſucceſsionem, ius ciuile tãtum obſeruetur[i]? Contrariam tamen opinionem, ut modo dicebam, eatenus Doctores affirmant, ut licet quis natalibus reſtitutus eſſet, adhuc tamen ab eccleſiaſticæ emphyteoſis ſucceſsione excludendum cenſeãt[k], 3
quoniam adhuc & legitimatis infamiæ quædam nota inhæreat[l], quam maxime eccleſia deteſtatur[m], Sed hoc intelligendum eſt, niſi per ſubſequens matrimonium legitimatus fuiſſet, cum tunc nihil prorſus à ueris, & iuſtis filijs differat[n], Aut niſi expreſſe ad bona eccleſiaſtica eſſet legitimatus[o], ab eo uidelicet qui ſuper rebus eccleſiæ poſſet ſtatuere, qualis eſt ſolus Pontifex,[p] atq; ille cui ab eo ſpecialiter hæc facultas cõceſſa fuit[q]: Cum enim Pontifex & de ipſis matrimonii initiis & origine poſsit decernere[r], cur non & infamiam quamlibet, ac turpitudinis maculam delere[s]? Hoc tamen, ut dixi, eſſet ab ipſo Pontifice exprimendum, nec ſufficeret generaliter legitimorũ iura dediſſe, ſed de bonis eccleſiaſticis mentio inprimis eſſet facienda[t]. Addidit etiam Baldus[u], quod ſi initio hæc emphyteoſis ab eccleſia illegitimo alicui pro 4
ſe & filiis fuerit conceſſa, eius deinde & naturales filios in ea poſſe ſuccedere, quoniam ex hoc conſtat, huiuſmodi hominum genus ab ea nõ omnino deſpici: Sed hoc plerïq; reprobant ea ratione, quia ſi naturalis quiſpiam grauatus fuerit, ſi ſine liberis deceſſerit, hæreditatẽ reſtituere, non tamen deficiet hæc conditio ob naturales tantum[x], uerum ob

a l.interdum, de uerb.obl.
b c.nemo. 32. q.4.
c de bonis tantum loquor, non ſacris ordinib. aut ſacerdotiis, quæ illegitimis nunq̃ dantur.c.i. ij. de fil.præsb.6.
d arg.c.cũ habere.t.in fi. de eo q̃ dux. in matr.
e c.dominus.56. Diſt.
f c.naſci.ead.Diſt.
g Ruinus.§.et quid ſi tantum.
h Rip.§.ſiquis.nu. 50.& l.ſi unq̃. nu.78.Pariſ.c.in preſẽ.nu.47.49
i Abb.c.tanta.qui fil.leg.col.2.
k Bal.l. general.§. cũ ãt.Imo.l.quod dicitur, de uerb. ob.Alex cõſ.94. in.1. Dec. 171. in princ.
l de hoc an uerum ſit dicam infra cap.55.
m Alex.l.3.de lib. & po.num. 7.
n §. dubitatũ Authẽ. de inc.nupt. Anch.229.Alex. §.ſiquis.nu.18.
o Glo.c.i.§.naturales ubi Doct. ſi d feud.fuer. Alex. 87.in.2.
p c.per uenerab.q fil.leg.c.bene q̃ dẽ.96.Diſt.
q c. q̃d trãſl'onem cũ Glo.d of.leg.
r c.tãta, q fil. leg. c.nõ d̃bet, d̃ conſang.& aff.
ſ Soz.l.gallus.§. ſi eius.nu.5.c.in no tuit, cũ Gl.d̃ ele.
t Glo.d.§.nã les.c. cũ Vinton.cũ Glo.de elect. u Bal.c.quæ in eccleſiarũ, d̃ cõſt.nu.51. x l.generaliter.§.cũ autẽ, ubi Iaſ.in fi.C.d̃ inſt.& ſubſt.

iustos & legitimos liberos[a]. Ego tamen cum Baldo sentio, & ad argumentum respondeo, procedere id in conditione tacita, quæ à lege fuit inducta, ut successio ad filios transmitteretur[b], Quocirca naturales non comprehendit, quoniam frustra in iis subintelligeretur, cũ ab intestato hæredes esse non possint, ut acutissime & latissime à Sozino traditum est[c], Hic longe diuersum est, ex quo illegitimus est is qui stipulatur, unde elicitur concedentis animus, qui talẽ sobolem nõ asper-
5 natur[d]. Hæc autem omnia in proposita tantum quæst. affirmamus, ubi de filiis solum mentio facta fuit, Quod si expresse pater emphyteosim sibi, & filijs suis naturalibus, aut etiam spuriis stipulatus esset, tunc sunt qui dicant, emphyteosim illis recte acquiri, quod alimentorum loco censeatur, & pro ea tantum parte iis sit decernenda[e].

a l. generaliter §. cũ autẽ, ubi las. in fi. C. de inst. et subst.
b l. cũ acutissimi. C. de fideic.
c Soz. l. cũ auus. num. 65.
d Ripa §. siqs. nu. 66. Bal. d. c. quæ in ecclesiarum.
e Afflic. Decis. 99.

Vtrum in lege communi uel municip. filiorum appellatione, illegitimi comprehendantur.

1 Variæ opin. in quæst. proposita.
2 Testamẽ. inter filios naturales factum cũ duobus tantum testibus non valet.
3 Quando filii nomine veniat illegitimus.
4 Immunitas concessa patri ob numerum filiorum, intelligitur de legitimis.
5 An verum sit vnquam illegitimos legitimis fauorabiliores esse.
6 Maior pœna à maiori plerunq; bono oritur.
7 Exempla varia vbi nomine filiorũ non continentur illegitimi.
8 Regulariter filii nomen ad illegitimos non pertinet.

CAP. XXXII.

ARDVA inprimis, & difficilior cæteris[f] illa est disputatio, an in legis dispositione, filiorum uocabulo naturales contineantur: Qui
1 dam[g]. n. ociose nimis distinxisse uidentur, ut in legis dispositione contineantur, in hominis secus: Alii[h] considerandum esse duxerunt an negãdo, an uero enunciando lex disponeret: Alii[i] latius differentes, actũ naturalem à ciuili, delictum patris à filii, incommodũ eius ab alio secreuere: Plumbinus[k] quoq; naturalẽ materiam à ciuili, fauorem ab odio, rursus quod odium ratione niteretur, ab alio seiungendũ arbitratus est: Ioan.[l] Imol. adeo uerbose locutus est, ut non sit expeditum ex regula aliqua loqui ex eius distinctionib9, & subdistinctionibus, sed quod de norma lesbia aiunt, regulam ad factorum euentus inflectere doceat: Alex. uarios quandoq; casus cõsiderauit, multipliciterq; distinxit[m], alibi pro regula constituẽdum censuit[n], filiorum appellatione naturales non uenire, subinde tamen de ea limitandum, cum lex pœnam filijs imponeret[o], uel cum ratione naturali niteretur[p], Sed cum legamus filiam cuius pater artem ludicram exercuerit, senatorio uiro nubere nõ posse,
2 nec id in naturali locum habere[q], uelintq; pleriq; testamentũ duorum testimonio munitum inter naturales filios, irritum haberi[r], & tamen

f Alex. l. ex facto §. siqs rogatus, ad Treb. nu. 25.
g Cy. l. cum pater §. uolo, de leg. 2.
h Bal. l. libertinũ. C. de int. matr.
i Castr. d. §. siquis rogatus.
k In disput. Statuto pis. ult. pag.
l d. §. siquis.
m cons. 60. in. 2. num. 18.
n d. §. siquis nu. 31.
o Glo. c. statutum 2. de heret. in. 6.
p l. parentes, de in ius uoc.
q l. lege. §. i. de rit. nupt.
r l. Ale. d. §. siquis. nu. 45. & in §. ex imperfecto: C. de testam. Dec. cõs. 610.

naturali ratione inter iustos filios admissum sit[a], quo iure in ore duorũ stat omne uerbum[b], uixq; sit legem inuenire, quæ naturali aliqua ratione non fulciatur[c], nõ sat firma uidetur Alexãdri doctrina, ut alia omittam quæ in contrarium adduci possent. Alia etiam Cyni Iacobiq; distinctio quæ communiter recepta asseritur[d], non satis præsentem explicat difficultatem. Panormitanus paucis rem absolui posse existimauit[e], nempe ut attendamus uerbis ne legis aut ratione naturales comprehendantur. Et Bartolus[f] nil temere diiudicandum, sed materiam subiectam, & mentem disponentium attendendam credidit, quod & doctissimus Alciatus cõprobauit in familiæ uocabulo[g]. Alii alia etiã tradiderunt[h]. In tanta igitur difficultate, Felinus cum immẽsum uideret pelagus, pedem retulit, seq; ei committere ausus non est[i], unde & nos subsistimus. Quod si nostram sententiã proferre cogamur, à Bartolo & Panormitano, in idem propè conuenientibus, doctissimis & fidissimis iuris nostri interpretibus recedere non auderemus, ut ex subiecta materia diiudicemus, spectemusq; & uerba[k], & rationem legis[l], ut si ex- 3
pressa sit ratio, uel una & certa adduci possit, ubi de filio lex loquitur, eaq; uigeat in naturali, sine dubio naturalem contineri dicamus, quia hic nulla est extensio de persona ad personã, sed legis dispositio, & cõprehensio[m], ut communiter approbant iuris interpretes[n]: lege.n. cautum dicitur, non solum quod uerbis, sed & quod mente, & sentẽtia cõprehẽditur[o], Quod si nec uerba, nec ratio expressa, uel unica inclusa, naturales complectatur, à uerbi propria significatione, quæ filium ex iustis tantum nuptiis procreatum appellat[p], recedendum non arbitrarer[q]: Et breui hac Bartoli & Panorm. distinctione, omnia quæ per Doctores congeruntur & inuoluuntur, digeri & componi posse arbitror.

Sit igitur pro regula, In legum dispositione, filios eos accipi, qui iusti sunt[r], non naturales[s], Vnde statutum quod extãtibus filiis masculis fœminas à successione repellit, de naturalibus non intelligitur, sed de le-
gitimis[t], & dicimus immunitatem patri ob numerum filiorũ concef- 4
sam, tunc demum locum habere, si iusti sint[u], Et cum filiam cuius pater ludicram artem exercuit, Senatorio nubere lex prohibet, de ea intelligendum quæ iusta sit filia, non etiã cuius pater naturalis tantum artẽ illam secutus sit[x]: Ex quibus cernere est, iustis filiis, patris uel honorẽ,
uel turpitudinem, & prodesse & nocere, illegitimis non æque. Vnde 5
& dictum illud, à Doctoribus sæpe iactatum[y], nũquam illegitimis magis quàm legitimis subueniendum, ne castitati luxum, libidinemq; anteponamus, non semper utiq; firmum erit. In uniuersum quidem fateor, dictum id, locum obtinere posse[z], Verum cum ad particularia quædam inde deriuantia respicimus, nonnunquam secus est: Ecce enim

a d.§.ex imperfecto, ubi Doct.
b c. cũ esses. c. relatum, de testam.
c c. erit ãt. 4. dist.
d Alex. d.§. si quis. nu. 28. 30.
e in. c. in præsẽtia, in. 1. Glo. uersic. nunc attende.
f Bart. l. tutelas, de cap. dim. l. pronunt. §. familiæ, de uerb. sign.
g d.§. famil. ad fin.
h Corn. cons. 9. in 4. litera. c. Ruin. cons. 9. in. 4.
i Fel. d. c. in præsentia. nu. 33.
k l. nõ aľr. de le. 3. l. labeo, ď sup. le.
l l. nominis. §. i. de uerb. sign.
m l. his solis. uer. satis tacite. C. de reuoc. don.
n Cast. Ias. l. ǭuis. nu. 6. C. ď fideic.
o d. l. nominis.
p l. filiũ, de his qui sui sunt.
q d. l. non aliter. d. l. labeo.
r d. l. filium.
s l. senator. cũ gl. l. liberos, cũ Glo. de senator.
t Tiraq. l. si unq̃. nu. 48. uer. susce. liber. C. de reuo. don.
u l. 2. §. i. de excus. tut.
x l. lege. §. i. de rit. nupt.
y Alex. in d.§. si q̃s. Doct. in. c. in præsentia. Auth. de rest. & ea quæ par.
z d. Auth. de rest.

enim cum quid alicui beneficii, & muneris loco conceditur, quis eum
non dicat, cæteris qui eius participes non sunt, longe esse fauorabilio-
rem? plerunq; tamen lucrum id, incommodum aliquod subsequitur[a],
quod à præcedenti beneficio seiungi nequit[b], facitq; ut cæteri, ad quos
6 id commodum non pertinuit, gratiosiores ideo esse uideantur, quod
eo onere sint liberati, cũ tamen res lõge aliter se habeat, siquidẽ maior
pœna, à maiori etiã plerunq; bono descendit, ut ait Bartolus[c]. Sic &
iustus filius, non ideo quod patri acquirat[d], illegitimus sibi[e], ille sub alie
no iugo, hic sui iuris sit, ideo absolute fœlicior erit illegitimus, cum in
uniuersum longe sit melior iusti conditio, qui omnia patris bona cape
re poterit, honores, dignitates, quæ illegitimo interdicũtur: Atq; hæc
ego ita declaranda censeo, licet aliqui aliter senserint,[f] Sic interdictio
7 facta patri, ne seruos alienet in adulterio filiæ, de iusta filia intelligi-
tur[g], Sic lex permittens patri inter liberos duobus testibus testari, solũ
in iustis filijs locum habet[h], Et lex Muncipalis cogens quoscũq; de om
nibus sibi relictis, aliquid soluere fisco, exceptis filijs, naturales non exci
piet, cũ enim ea sit ratio excipiẽdi filios, quia magis quod suũ iã erat[i]
consequi, quã lucrum quærere uideantur, nec naturalibus paterna hæ-
reditas, præter alimenta debeatur[k], merito aliud ius in eis statuendum
fuit, nec à uerborum proprietate recedendũ. Nã si aliàs uidemus, ubi
eodem uerbo plura significãtur, quæ sine ulla suspitione, & delicto, à iu
re sunt approbata, uerbum tamen ipsum absolute prolatum in nobilio
ri tantum sensu capi[l], quo magis id in casu nostro dicendum fuerit,
ubi alterum delictum sapit, nec nisi certis casibus tali nomine dignum
existimatur[m]? Ex his infertur, si lege Municipali pater filij cõdemnatio
nem redimere teneatur, de iusto intelligendum[n], ea enim uidetur fuis-
se statuendi ratio, quia iure patriæ potestatis à filio emolumentum ca-
pit[o], & iure patriæ potestatis potuit eum compescere[p], ideo & incom
modum, & mollioris suæ educationis pœnas, non iniquum est eum susti
nere[q], qui enim potuit rebus prospicere, & euentus quosdam impedi-
re, si hæc omisit, culpæ reus est[r], Sic quoq; si lege uel rescripto, Regi cõ
cedatur, ut ipse cum filijs intra domesticos parietes facere rem diuinã
possit, hic illegitimi filij non comprehendentur, cum generaliter hoc
cæteris sit interdictum[s], nec enim est uerisimile, quos ecclesiastica con
stitutio detestatur, & à sacris repellit[t], eos generali lege uel rescripto in
8 rebus diuinis adiuuari[u]. Et generaliter ubicunq; non erit expressa ra-
tio, uel certa assignari possit, qua naturalis comprehendatur, siue com
muni, siue Municipali lege, de filijs fiat mentio, de iustis intelligemus,
ne à uerbi proprietate, aut à regula facile recedamus[x].

a Bal. l. q̃d fauore, in. 7. limit. C. de legibus.
b l. i. §. pro secũdo C. de cad. tollen.
c l. i. C. de dignit. lib. xij. nu. 88. & Felin. c. cũ q̃dam de Iureiuran.
d l. placet, de acq. hær.
e l. fin. ubi Doct. C. de natur. lib.
f Parisius. c. in presẽtia. nu. 81. in fi. & seq.
g l. 3. C. de adulter.
h Dec. cons. 610. Alex. & Natta in. §. ex imperfecto. q. 14.
i l. in suis, de lib. & posth. Dec. l. fin. nu. 11. 12. C. de edic. diu. adr.
k Auth. q̃b. mod. nat. sui. §. ãtepẽ.
l l. 1. §. 1. si ag. uect. uel emphyt.
m facit. c. fin de rest. spol. in. 6. arg. l. hoc leg. de leg. 3. et. l. fin. C. de his q̃ uẽ. æta.
n l. Alex. d. §. siqs. nu. 30.
o d. l. placet. l. 2. 3. C. de patr. potes.
p d. l. 3. C. de patr. pot.
q l. secundũ naturam, de reg. iur.
r l. quod quis ex, et. l. qui non facit, de reg. iur.
s Glo. Clem. 1. de baptis. Alex. d. §. siquis. num. 25.
t c. p uenerab. in fi. q̃ fil. leg. c. 1. & toto tit. de fil. presb.
u c. fin. de rest. spol. in. 6. arg.
x Glo. l. omnis diffinitio. Bart. l. quotiens. si quis. caution.

Quando in legib. nomine filiorum, ueniant illegitimi.

1 Illegitimi patrem in ius sine uenia non uocant.
2 Filij patrum exempla solent imitari.
3 Pater iniuriam illatam naturali filio potest prosequi, & contra.
4 Statutum de causis compromitten. inter patrem et filium, pertinet etiam ad naturales.
5 Intell. l. 3. C. d. adult.
6 Cur mater inter naturales filios cũ duobus testibus testetur, non pater.
7 Appellatione filiorum, in dubio non ueniunt illegitimi.
8 Ex communi usu loquendi, secus.
9 Aliud est dici, filium, simpliciter, aliud dici, filium spurium.

CAP. XXXIII.

VBI uero expressa erit in lege ratio, uel certa deprehendi poterit, quæ ad illegitimos pertineat, tunc & de ijs actum in lege dicemus, quanuis illi expresse non sint nominati [a], Vnde & multo magis hoc affirmabimus, quando uerbis etiam legis absq; alia interpretatione contineantur, Ecce ait lex: parentes in ius sine uenia uocari non licere, [b] hic sanè, cum nulla alia sit ratio, nisi quod honorem ijs 1
haberi æquum est, qui nobis benefici adeo fuere, ut eis uel uitam uel libertatem acceptam feramus [c], merito & naturali patri eum honorem deberi dicendum fuisset, quanuis lex non expressisset [d], Sic & in matrimonijs cum pudor naturalis attendatur [e], merito inter naturales etiam ac illegitimos obseruatur [f], Sic & fraudis suspitio, cum impediat matrimonium inter tutorem et eius filios, in potestate uel extra potestatem, uel etiam extraneos hæredes, uel filios præteritos, uel exhæredatos [g], ideo & naturales comprehendet [h], ex sententia legis remouentis eos, in quibus inest fraudis aliqua suspitio, propter affectionem & cõmunem naturam tutoris in eos [i], Pari ratione coercentur filij naturales ob paternũ læsæ maiestatis crimen, quia in filijs simi 2
lia metuuntur [k], at potissimũ naturales & illegitimi paternæ nequitiæ sunt imitatores [l], qua ratione si statuant ciues, ut rebelles, exules, hæretici, cum filijs, ab officijs, honoribus, & urbe arceãtur, naturales quoq; filij excludentur [m], eo quod illa exclusionis est ratio, quia paterna exẽ
pla ueremur, Sic naturalis pater, iniuriarum agere poterit aduersus 3
eum, qui filiũ naturalem læserit, quoniam ea cõpetit actio, quotiens ijs iniuria infertur, qui potestati aut affectui nostro subijciuntur [o], sed naturales quoq; ad dolorem ignominiamq; nostrã pertinẽt [p]. Nec aliud dicendũ est, cũ lex permittit filiũ pro patre agere, uel è cõuerso, ea. n. est ratio, quod confidit lex fideles futuros naturali illa affectione & pietate, quam interdum in naturalibus maiorem intuemur [q]. Sic & lex Pompeia de parricidijs, uel alia quælibet infesta filijs, qui patrem occiderunt, naturales etiam arctabit, quod affectionem lex consideret [r] & naturam communem [s], qua etiam inductum est, ut accusare naturalis possit, et patris necem uindicare [t], expressa enim

a l. nominis et rei §. 1. de uerb. sig.
b l. 4. ff in ius uoc.
c l. 2. C. de in ius uoc.
d l. parentes, de in ius uoc. Ias. §. pœnales. Inst. ff act. num. 60.
e l. adoptiuus. §. i. de rit. nupt.
f d. §. i. et. l. et nihil eod. tit.
g l. non est. l. nõ solum. l. libertũ 2. de rit. nupt. ubi expressa ratio.
h l. libertinũ. C. de interd. matr.
i d. l. libertũ, d. l. nõ solũ. et. l. hos accusare. §. fin. ff accusat.
k l. qsquis. §. i. C. ad l. Iul. maiest.
l c. literas. i. et fi. de fil. presb. c. si gens. 56. Dist. Alex. d. §. siquis rogatus. nu. 25.
m Alex. post Imo. d. §. siquis. nu. 31. licet Bald. cum Ang. quãdoq; aliter, ut ibi.
o l. i. de iniur.
p l. 3. 2. 1. ĩ fi. ff lib. cã. l. adoptiuus. §. i. uer. pudor, ff rit. nup. cũ. l. i. §. usq; adeo pudorẽ de iniur. Alex. d. §. siquis. nu. 38.
q Alex. d. §. si quis nu. 39. et seq.
r l. i. in prin. C. de his qui par.
s l. hos accusare. §. i. de accus.
t Bar. l. 2. ff accus.

ratio,uel certa quæ exprimi poteſt, hoc operatur,ut ſupra demonſtra
4 tum eſt. Hinc cum Paulo, Alexandroq́[a] exiſtimarim, cum lege Muni cipij cauetur, ne filius cum patre in iudicijs ordinarijs conſiſtat, ſed in communes amicos compromittat, naturales quoq́ contineri,[b] quandoquidem honorem et reuerentiam quæ patri debetur,[c] à ſtatu entibus conſideratos ueriſimile eſt, et quoniam inter tales domi congruentius res tranſigitur:[d] Generaliter ergo à regula recedemus,quo tiens expreſſa ratio in noua lege,uel certa, diuerſos nos trahet,[e] Nec quenquã mouere debet,quod mater in cuius poteſtate filia nõ ſit,quæ
5 adulterium commiſit, ſeruos ſuos intra legitimum tẽpus manumittere nequeat,& tamen pater naturalis poſſit,[f] nam cum uerba legis ſu per hac re diſponentis,& ſentẽtia, uel ratio quæ forte fuerat expreſſa, ſint ſublata Imperatoris teſtimonio, affirmantis, &uerba & ſentẽtiam legis,iuſtum tantum patrem arctaſſe,[g] credendum eſt, nec diuinãdum à nobis aduerſus Imperatoris teſtimonium,[h] Quin illa Imperatoris ſanctio maxime noſtrã hãc diſtinctionem firmat in præſenti materia, ut ſcilicet legis uerba,ratioq́ potiſſimũ inſpiciatur. Nec rurſus quod
6 ſupra diximus,teſtamentum à patre factũ duobus tantum teſtibus inter naturales liberos,non ſubſiſtere,cũ in matre aliud ſit, abſonum uideri debet,et ſi Speculator,[i] Imola,& recẽtiores quidam[k] aliter ſenſiſſe uideantur,nec.n.ratio certa eſt,eadem in patre naturali ac matre,ſiqui dem matris etiam naturalis bona,ab inteſtato filijs uel ſpurijs debentur, niſi ſit illuſtris,[l] unde et ei,ac per eius lineam cognatis, coniuncti dicuntur,[m] at ſecus in patre naturali,[n] Conſtitutionis autem Imperato riæ,[o] ea uidetur fuiſſe ratio,ut inter liberos teſtamentum duobus teſti bus ualeret,quia nihilominus ab inteſtato ad eos peruentura eſſet hæreditas,[p] Ideo cũ certa ratio non urgeat, à regula non fuit receden-
7 dum.Nil ergo in re dubia conſtituemus,ſed ſubiectam materiam, uerba, & ſententiam nouæ uel antiquæ legis cõſiderabimus,& ſi certa ra tione ducemur,ut etiam naturales filios nominemus, id faciemus, ſin ratio aperta non ſit, ſed uaria uel multiplex afferatur, tunc à regula non diſcedemus,[q] Quæ quidem ego ita ſe de iure habere arbitror.

Quod ſi communis uſus loquendi in filiorum appellatione diuerſus
8 eſſet, illegitimosq́ etiam æque ac legitimos complecteretur, ei tunc magis ſanè quam legum rationibus et regulis eſſet deferendũ,tuncq́ nulla eſſet dubitatio, in quacunq́ diſpoſitione,ubi de filijs fieret men tio,et de his actum eſſe,[r] Nam & in teſtamento ſi naturales filij nomi nentur,ueniunt etiam ſpurij,ob communem uſum loquendi,[s] quanuis proprie ſpurij à naturalibus ualde differant. In eo tamen cauendum
9 erit, ne decipiamur, an ſpurij ex communi uſu loquendi filij ſimplici-

a d.§. ſiqs rog.nu. 33.
b Mar. Blanc. in Tract.de cõprõ. q.3.nu.7.13.
c l.2.C.đ i ius uoc. l.parentes.C.eo.
d l. congruentius. C.de patr.pot.
e l. ſiquis tutor.§. quid ergo,de rit. nupt.
f l.3.C. đ adulter.
g d.l.3.
h l.1.§. hoc etiam. C.de uet.iur.enu cle.
i Spec. in tit. de In ſtr.ed.§.cõpendio ſe,uer. quid ſi pa ter nãlis.Imo. d. §. ſiquis.
k Nata. in Repet. §.ex imperfecto q.14.in fi.
l l.ſi qua illuſtris, ubi Docto.C. ad Orfit.
m Felin.c. ſunt & alij, de reſcr.nu. 51.
n Alex.d.§. ſiquis nu.41. 42.
o d.§.ex impfecto.
p Iaſ.l.hac conſulatiſs.C.q teſt.fac. nu.4.Dec.nu.37.
q Glo.l.ois diffininitio, de reg. iu.
r Bart.l. pronũtiatio.§. 1.đ uer.ſig. et. l. fin. C. eod. Ang.conſ. 30.An char.187.col.fin.
s Iaſ.conſ. 51. in.3.

ter,an uero filij ſpurij nominentur, et ita cum hac adiectione ſpuriorum, Nam tunc ſi ſtatutum de filijs tantum loqueretur, forte nec ex communi uſu continerentur,ex quo uulgo non filij alicuius ſimpliciter,ſed filij illius ſpurij uocãtur, qua in re multi errare ſolent,ut Angelus reſpondit[a], Remoto uero hoc communi uſu,tunc difficillimã omnino hãc quæſtionẽ eſſe cenſeo,pro qua tamen decidẽda,clarior mihi & expeditior præ cæteris noſtra hæc ſententia uiſa eſt, quam duplici tantum capite complecti uolui, quod ex his duobus ueluti fontibus cæteræ omnes quæſtiones manant,quæ ſane infinitæ ſunt, ob idq; ſingulas latius perſequi non libuit,quod operæ pretium non putaui,cum ad hæc duo capita,omnia facillime & breuiſſime redigi poſſint, longius in unaquaq; ſeparatim diſputãda,tẽpus fruſtra conſumere,quod nimis ocioſi hominis eſſet,et acutioribus ẽt ingenijs fortaſſe moleſtũ.

a Ang. conſ. 401. col.fin.

An.L. Si unquam.C.de reuoc.don. habeat locum in illegitimis filiis.

1 Naturales æque ac legitimi à patre uiderentur diligendi,et nu.7.
2 Legitimatione filij donatio nõ reuocat.
3 Naturalis præteritus à patre non impugnat teſtam.niſi ut nu.10.
4 Vbi lex ſubaudit filios,ſemper intelligit de iuſtis.
5 Liberorum nomen iuris eſt.
6 Naturales non uidentur filij.
7 Quare ſi nãles ſecundum naturã ſunt,affectio patris erga eos non præſumatur.
8 Naturales pro qua parte reſcindere donationem poſſint.
9 Naturales, & ſpurij quandoq; reuocant donationem matris.
10 Ratione alimẽtorum,ſpurii p̃teriti, patris teſtamentum reſcindunt.

C A P. XXXIIII.

CAIVS Martius liberorum ſobole carens, ex mera liberalitate & munificentia, bona ſua omnia Sempronio donarat,aliquotq; poſt diebus filium ſibi illegitimũ quæſiuit:Dubitatum eſt,an ex Conſtantini conſtitutione[b], hæc donatio eſſet reuocanda. Qua in re Doctores reperio,uarie prout & in præcedentibus fere omnibus quæſtionibus ſenſiſſe,Namq; Oldradus uir grauiſſimus ob legitimam tantum ſobolem, repeti donationem factam tradidit[c], qua in ſententia Baldus etiam ſæpe fuit[d]: Alexander,in ſpurijs quidem id ipſum affirmauit,eorum procreatione donationem minime reuocari, aſt de naturalibus ualde dubitauit,nihilq; de ijs certo pronunciare auſus eſt[e]: Ripa aperte diſtinxit[f], naturales filios perinde ac legitimos donationẽ antea factam, ſtatim irritam reddere,ſpurios non reddere: Recentiores deinde alij indiſtincte uoluerunt[g], quoſcunq; filios ſeu naturales ſiue ſpurios nihil donationi iam factæ nocere,cum id tantum in legitime natis ſeruetur. Ex quibus res ſatis dubia uideri poteſt: quod tamen ad ſpurios attinet,in his & omnes conſentiunt,et ego quoq; affirmo,eos

b l.ſi unquã.C. de reuoc.don.
c Oldr. conſ. 278 col.fin.arg.l.qui libertinus.§.pen. de oper.liber.
d Bal. c. innotuit. nu.8.de elect. et cõſ.129.in 2.col. fin.
e Alex.cõſ. 40.in 4.nu.14.
f in d.l.ſi unquam nu.65.73.
g Tiraq.d.l.ſi unquam: uer.ſuſceperit liberos.nu. 45.51.

ad infirmandam talem donationem minime admitti, nisi ut infra dice mus, Sed de naturalibus, uidebatur Ripæ opinio prima quidem fronte satis esse probabilis, illos scilicet donationē prorsus ualere infringere, nō solū quod uidemus, naturales à legibus, plurimis in rebus ut filios agnosci [a], cum et eis ab intestato certam successionis partem, in bonis paternis tribuant [b], uerum etiam quia cum illa Constantini sanctio ea solum nitatur ratione, quod uerisimile nō est patrem si existimasset, se liberos habiturum, ita res suas extraneis uoluisse donare [c], cadit hæc
1 quoque præsumptio erga naturales filios, si quidem affectio hæc parentum in liberos, ex iure naturali potius quā ciuili spectatur [d]: Ast iure naturæ nulla fit differētia inter legitimos & illegitimos [e], æqualisque erga oēs pietas et beneuolentia patris esse censetur [f], igitur et exēplo legitimorū filiorū à naturalibus tota hæc uidetur donatio retractanda.

Ego tamen hanc sententiā, aut consulendo, aut iudicādo nunquam sequerer, credo.n. legitimos opus esse filios adgnasci, ut ius perfectum donationis rescindatur, suntque innumera, quæ hoc recte probent argumenta, quæ tamen ego uti nō ualde necessaria in præsenti missa facio.
2 Considero uero id inprimis, dubitare Doctores solere, an si post donationem legitimetur filius, ex hoc donatio reuocetur, frequentiusque omnino concludere, non reuocari [g]: Quod si id in filio natalibus restituto ita obtinet, quis iam locus erit quæstioni de naturali tantum, cui benignum illud principis lumen nondum affulsit, sed nube adhuc illa circumfusus iacet? Volunt hi quoque, actus inter uiuos difficilius multo, quam ultimas uoluntates rescindi [h], Sed certum est filium natura-
3 lem à patre præteritum in testamento, siue ante, seu post testamētum natus fuerit, illud impugnare non posse [i], cū ei non debeatur legitima ab intestato, quæ sola ius nobis tribuit aduersus iudicium patris [k], Quo minus ergo donatio cuius fauore ut sustineatur, multa aduersus regulas iuris sunt recepta [l], hac sola naturalis filij procreatiōe rescindetur? Accedit quoque, quod ubi lex mentem alicuius interpretatur, ut filios
4 suos in aliquo actu excludere noluerit, quanuis de ijs nihil ibi expresserit [m], semper de iustis et legitimis filijs intelligit, nō naturalibus [n], Vnde in hoc differre dicunt [o], An conditio illa, si sine liberis, à testatore fuerit prolata, an uero tacite à lege subintellecta, quod priore casu quandoque & naturales ex mente cōprehenduntur [p], posteriore nunquam. [q] Sed cū in casu nostro, hæc conditio (ut si filij nascentur, donatio nulla sit) à lege subaudiatur [r], Propterea fatendū est legitimos oportere fi-
5 lios nasci, non naturales tantum. Omitto hic etiā liberorū nomen [s], iuris esse, & ideo de iustis tantum intelligendū, cum uerba secundum ius non factū accipi debeant [t], Omitto & quæ alias diximus de legum

s de quo in d. l. si unquam, ibi, postea susceperit liberos. t l. 4. §. condēnatū de re Iudic.

a l. parentes, ubi Bal. ff. in ius uoc.
b Auth. licet. C. de nat. lib.
c Arg. l. cum auus de cond. & dem. l. cum acutissimi C. de fideicō.
d l. lucius. §. amicissim. de exc. tut. l. hos. §. pen. de accus. l. adoptiuus §. seruiles, ff. rit. nupt.
e §. natura. Auth. qb. mod. nat. sui.
f Bal. c. quæ in eccles. de cōst. col. fin. Anchar. 225. col. pen.
g Bal. l. ij. ī fi. C. si in fr. patr. Ias. Rubr. de lib. & post. nu. 4. Tira. d. l. si unquā uer. susceperit nu. 58.
h Bart. l. tale pactum, in fi. ff. pac. Tiraq. l. si unquā uer. libertis. nu. 52.
i Glo. l. 1. uer. nāles et Bart. de cōtra tab. Alex. cons. 74. in 2. ī fi. Gui. pap. q. 632. col. fin.
k l. oīmodo. l. quoniam. C. de inoff. test.
l l. siquis argentū §. fin. C. de dona.
m prout in d. l. si unquam.
n l. generaliter. §. cūaūt. C. de inst. et subst.
o Alex. §. siqs rogatus nu. xi. 12. Ias. d. §. cū autem num. 6.
p l. ex facto. §. siqs roga. ad Trebel.
q d. §. cū aūt.
r Bar. l. titia §. imperator, ff. leg. 2.

interpretatione,cum ostẽdimus ubi leges de filijs,aut liberis mentionem faciunt,in dubio de legitima tantum sobole hæc omnia accipienda[a],Prætereo & illud,quod cum illa cõstitutio[b],sit aduersus regulas iuris[c],debet strictissime accipi,& in uero tantum ac proprio, non ficto casu impleri[d]. Quid plura? extat ferè huius ipsius facti, aut parum certe absimilis,Dioclitiani Imperatoris decisio[e],qua cauet ut filij aut nepotes ex legitimo matrimonio nati inofficiosam donationẽ possint accusare,quasi sentiat[f],alios illegitime natos ab hac re exclusos esse, ut uerba illa satis innuunt.Non obstat ergo,quod & naturales, filij uide- 6
antur,eo quod in certis bonis ab intestato patri succedunt, Immo .n. hæc ratio suadere uidetur,hos filios non esse, cum in omnibus bonis non sint hæredes patri,ut filij solent, nec eius nobilitatem, aut agnationis ius retineant[g],nec eis quicquam de bonis patris eo inuito debeatur[h],quæ omnia à uera filiorum conditione longe sunt aliena. Ita ut dici possit, quanuis ab intestato quandoq; duas paternæ hæreditatis uncias capiant,id pietatis potius causa ita eis cõcedi, quã quod ut filij tractentur,& tales iure habeantur. Alia etiam ratio in contrarium adducta, quæ adstruit eandem parentum charitatem & dilectionem 7
in naturales,ac legitimos, nullatenus uera est, Nam iure naturæ omnes et nomine & re ipsa erant uere legitimi, nec talis soboles adhuc in lucem uenerat,ut aliàs ostendimus[i], Aut si qui erant eo quoq; tempore illegitimi,potuisset tũc tantum supradicta ratio procedere,si adhuc natura ipsa pristinam illam tam uariæ libidinis,incertiq; concubitus libertatem retinuisset,Ast ubi legibus scriptis,huic passim uaganti hominum libidini,frenum iniectum est, ad certosq; fines hæ hominum coniunctiones redactæ, certe limitata quoq; & affectio paterna in ijs tantum filijs esse censetur,quos lex probat,cũ unusquisq; ea uelle & cogitare præsumatur,quæ secundum leges sunt[k],ob idq; fit, ut cum naturaliũ lex nullam ferè rationem habeat[l],nec pater quoq; de jis ualde solicitus fuisse existimetur[m], Quæ sanè coniectura eo magis hodie probanda est,quo constat tales filios absq; graui peccato concipi non posse,ex quo concubinatus nunc quibuslibet interdictus est[n]: Quis.n. aliquem præsumat,de ea re in dubio cogitasse,quæ æternæ saluti summum esset dispendium allatura? Occurrit mihi nunc tamen alia opi- 8
nio,de qua me antea late disputasse memini[o], Vt dicamus,pro qua parte naturales ad successionem ab intestato uocantur, pro eadem etiam ut filios iure haberi,& propterea sicuti conditionem illam,Si sine liberis,quoad duas uncias extinguunt,sic quoq; donationem hanc pro eadem portione posse reuocare, ut semper patris uoluntatem ex iuris dispositione interpretemur,Quam quidẽ sententiã,cũ aliàs pluribus rationibus asseruerim,si quæ ibi dicta sunt, forte subsistunt, credo ex ijs

quoq;

a l.ij.§. legitimos, de exc. tut. et s. cap. præc.
b d.l.si unquam.
c .l.pfect. C.de dõ. quæ sub mo. l. si donationẽ.C.de reuoc.don.l. sicut. C.de act.& obl.,
d l.3.§. hæc uerba ubi Bart.de neg. gest.
e l.si totas.C.de in off.donat.
f arg.à contrario.
g Bart.Ias.l.fin.3. col. C. de uerb. sign.
h l. fi.C.de nat.lib.
i .cap.1.et 2.
k l.hæredes mei.§. cum ita.ad Trebell. ubi Bar. Alex.Sozin.
l d. l. generaliter §.cum autem.
m Tiraq. d.l.si unquã.uer. donatione largitus. nu. 247.
n c.nemo.32. q.4.
o cap.27.

quoq; præsentem quæstionem adiuuari posse, ad quæ hoc caput reijciendum erit.
9 Hæc uero ita se habent in naturalibus filiis ubi à patre donatio facta est, Ast si mater hanc liberalitatem exercuisset, posteaq; naturales suscepisset, credo tunc in totum donationem reuocari, quia et hi in uniuersum ab intestato illi succedunt[a], Idemq; dicendum erit de spuriis, dum tamē ex damnato concubitu non sint, eos matri quidem quoad reuocandam donationem prodesse, quia & ei possunt succedere[b], patri uero, quia ab eius legitima hæred. repellūtur, nihil prodesse[c]. Hodie tamē cū & spuriis à patre necessario semper ali
10 menta debeantur[d], dici potest ratione alimentorum, nunc & hāc donationem patris quoad eā partem rescindi, quia & quoad hāc partē testamentū illius à spurio impugnari potest[e], Aut alia ratione ei iudicis officio consulendum erit, ut donatarius ex rebus donatis illis ad uictum necessaria subministret[f], Vnde et inferri potest, si pater antea spurio filio donasset, quantum ratio alimētorum ei debitorum exigeret, susceptis deinde legitimis filijs hoc ipsū non reuocari, quia ei necessario soluēdum fuerat[g]. Et in sūma, quæ alias de successione naturaliū & spuriorū diximus[h], eorum multa & huic quæstioni ualde conuenire posse, ex illisq; ea quæ huc pertinent, sumenda esse putamus.

a l.pen.in fi.C.ad Orfit.
b d.l.pen. cū illius Dist.
c Ripa.d.l.si unq. nu.65.66.
d c. cum haberet, in fi.de eo q dux. in matrim.
e Dec.l.1.C.de cō tratab.nu.11.
f Ripa.d.l.si unq. nu.71.
g Ruin.cons. 124. in.1.col.fin.
h cap.38.& seq.

An iure Digest. naturales parētibus succederēt, & an ciues Rom. haberentur.

1 Naturales usq; ad Constantinum ignoti.
2 Et tamen in Digestis nominati.
3 Alciati opinio de naturaliū successione.
4 Contra Alciatum probatur, ante Antoninum naturales successisse.
5 Naturales quidam non ciues Romani
6 Apud Græcos, an naturales ciues censerentur, quid apud Rom.
7 Olim nisi ciuē Rom. hæredē à ciue Rom. institui potuisse.
8 Ciuis quomodo quis dicatur.
9 Illegitimos sequi matris originem.
10 Omnes subiectos Pop. Rom. hodie ciues Rom. esse
11 Dignitates illegitimis Romæ permissas.
12 Multa constituta ab Imp. quæ tamē in Digestis reperiuntur.
13 Iure ueteri naturales semper ex testamento successisse.
14 Apud Græcos certam bonorum portionem nothis concessam.

CAP. XXXV.

AGGREDIAMVR iam successionum uberrimam materiam, inprimisq; arduam illam quæstionem pertractemus, an olim naturales filij à parētibus possent hæredes institui, aut aliquid saltē ex eorū testamēto capere. Habemus.n. leges aliquot sic inter se repugnātes ut nō immerito Doctores nostri in re tā obscura facile titubātes, nihil certi aut explorati super hac re scriptum reliquerint. Et quē planè uel Iuris peritissimū non hæc torqueret controuersia, ancipitemq; redderet? Cū Iustinianus in Nouellis suis Cōstitutionibus, naturalium nomē

priscis Romanorum temporibus,usq; ad Cōstantinum penitus negle 1
ctum & ignotum fuisse asserat,eumq; primum de his,in legibus suis mē
tionem fecisse[a], Idem uero alibi affirmet,primos Valentē & Valentin.
de iis cœpisse in constitutionibus suis curā suscipere[b], Nos autē contra 2
hæc,eos in Digestorū libris sæpius memoratos legamus,non unoq; in
loco,nunc à patribus hæredes in uniuersum institutos[c], nunc cū legiti
mis simul successisse[d],nunc ijs fideicōmissa relicta[e], nunc super illis Se
natus cōsulta aliquot habita fuisse[f],quarū rerum cum Iabolenus, Pau-
lus, Hermogenianus,& alii authores fuerint,mirū est satis , quomodo
hos usq; ad Cōstātinum ignotos fuisse dicat Iustinianus,& deinde pri
mos Valentē & Valētinianum nominet,qui in eos benefici extiterint,
quos ducentorū aut amplius annorum spatio post eam Iurisconsulto-
rum ætatem,in imperium adscitos,historiarum monumentis traditū
est. Caute igitur interpretes nostri egisse uidentur,qui cum difficilem
hunc nodum satis cōmode solui nō posse animaduerterent,pleriq; uel
intactam prorsus quæstionem reliquere,uel cōmentitiis quibusdā opi
nionibus,nec relatu dignis,rem totam inuoluere conati sunt, uel hoc
se omino ignorare,aperte sunt professi[g]. Vnus Alciatus diuini uir in 3
genij,& omni doctrinæ genere præstantissimus,uisus est Antinomiam
hanc,noua quadam temporum distinctione seruata , apte concilia-
re[h]. Tradidit is enim,usq; ad Antonini Pii tempora, nunquā cum na
turalibus testamenti factionem fuisse , propterea quod huiusmodi filii
latinæ seu libertinæ conditionis censerentur, & ut Iustinianus ait[i],
ὡς ἔκφυλόν τι καὶ παντελῶς ἀλλότριον τοῦ πολιτεύματος,idest tanquam peregrini , &
ab omni ciuitatis iure alieni , qui nihil ex Romani ciuis testamento
capere poterant[k], Postea uero quam Antoninus , quibuscunq; popu
lo Rom. subiectis , ius etiam ciuitatis permisit , peregrinosq; in ciuiū
numerū cooptauit[l], ex eo tēpore naturales agnitos ait, cōcessūq; tunc
patribus eos cohæredes iustis filiis dare , uel substituere, aut arbitratu
suo quoquo modo eis legare[m]: Quæ deinde libera naturalibus filiis re-
linquēdi facultas , cum plerunq; legitimis liberis graue afferret detri
mentum , primum Constantinum eam inquit quibusdam casibus co-
arctasse , atq; iis patribus , qui insigni aliqua dignitate essent præditi,
id interdixisse[n], quod & inde à Valentiniano magis angustatum ,
mox ab Arcadio & Honorio , tandemq; Iustiniani constitutione
prorsus fuit immutatum , qui unciam duntaxat eis relinqui posse san
xit , si alii legitimi extarent , alioquin ex asse etiam hæredes institui[o].
Hæc Alciatus , quem tamen ego in hac re nunquam probarim , quā 4
uis ingeniose satis hæc scripta uideantur . Vult is inprimis an-
te Antoninum cum naturalibus filiis testamenti factionem nunquā
fuisse

a Auth. qbus. mod. nat. sui. in princ.
b §. discretis. d. Auth.
c l. fi. de Iur. delib.
d l. lucius , de uul. & pup.
e l. lucius. §. fin. de leg. 2.
f §. fin. Inst. ad Tertyll. et §. pen. ad Orfit.
g Alex. Ias. Rip. d. l. lucius de uulg. in princ.
h Alcia. parerg. 4. cap. 5.
i Auth. qbus mod. su. in princ.
k l. 1. l. nec apud. C. de hær inst. l. l. in orbe , de sta. hom.
m lucius, de uulg. l. lucius §. fin. de leg. 2.
n l. 1. C. de nat. lib.
o Auth. licet. C. de nat. Lib.

fuisse, Sed quæso, non ne Trebatius ait, naturalem libertinum hæredem institutum filij appellatione comprehendi[a]? qui Trebatius tot annorum spatijs ante Antoninum extitit, cum usq́ ab Augusti temporibus & ante eius etiam imperium florere cœperit, ut Cicero[b], Suetonius[c], & Iustinianus ipse testatur[d]? Nonne & Tertyllianum Senat. cõs. quod Adriani tẽporibus factũ est[e], Antoniniq́ fasces præcesſit, de spuriorum succesſione sæpe locutum est[f]? Nonne & Doctores omnes, spurios affirmant olim à quibuscunq́ omnia capere potuisse excepto solo patre[g]? Ait secundo loco, post Antoninum statim, licuisse parentibus eos hæredes instituere. Sed quid tam aperte, contra Imperatoris nostri uerba dici poterat? Inquit enim Iustinianus[h].

Naturaliũ nomen Romanis legibus non erat in studium, & alienum omnino à Repub. putabatur, à Constantini uero temporibus, in Constitutionum scriptũ est libris. Ergo nõ post Antoninũ hoc

5 receptum est; sed tantum post Constantinum. Tertio scribit ante Antoninũ, illegitimos filios, ciues Romanos habitos nõ fuisse: Ego uero ita argumẽtor, Aut de ijs loquimur, qui ex externis mulieribus suscipiebãtur, & eos quidẽ ante Antonini cõstitutionẽ[i] ciues nõ fuisse fateor, nõ tamẽ quia naturales tantũ essent, sed quod ex iis procreati, cũ quibus cõnubij ius non erat, atq́ ex duobus Romanis ciuibus nõ essent orti, unde ius ciuitatis acquiri solebat: Si uero de aliis Nothis accipimus, ex duobus Romanis ciuibus genitis, citra tamen matrimonii fœ

6 dus, Ego sanè nuspiam reperio eos ciues censeri non potuisse. Legimus quidem apud Athenienses, Nothos olim à censu & aliis ciuilibus muneribus fuisse exclusos, nec in gente adscriptos[k], dicitur tamen Pericles eam legem deinde abrogasse[l], Et quicquid apud Græcos seruatum fuerit, mihi sat est, neminem ex probatis authoribus laudari, qui apud Romanos tale ius fuisse, commemoret. Quin quantum coniecturis & argumentis quibusdam assequi licet, rem contra potius se habuisse sanè comperimus. Ait Quintilianus[m], Nothus ante legitimum natus, legitimus filius sit, post legitimum natus, tantum ciuis. Quod & si exempli causa relatum ab eo sit, uerisimile tamen est, eum non adeo fictis & falsis exemplis usum fuis-

7 se. Si uerum etiam id est, quod notat pro Cecinna Cicero, olim à ciue Romano institui neminem potuisse, nisi & is Romanus ciuis esset[n], hinc satis constare potest, illegitimos ex ciuium numero non exclusos, cum & ij ex testamento capere posſent[o]. Videmus quoq́ concubinatum, unde naturales oriuntur, legibus damnatum nunquam fuisse[p], quin eam coniunctionem, minime turpem aut inhonestam olim existimatam[q], Cur ergo inde genitos filios, ciuitate priuatos

a l. fin. de iur. ꝺ lib.
b ad quem scribit Topica.
c in Augus.
d Insti. de codicill.
e Inst. ad Tertyll. §. 1.
f §. fin. eod. tit. l. 2 in prin. ff. eod.
g Alex. l. 6. ꝺ uul. nu. 4.
h Auth. qbus. mod. nat. sui, in princ.
i de qua in. l. in orbe, de sta. hom.
k Demosth. cõtra Aristocrat. & contra Macartatum.
l Plutar. in Pericle, in fi.
m Lib. 3. cap. 8. et lib. 7. cap. 8.
n Vigl. Inst. de hær inst. in prin. ℣. permisſum.
o l. fin. ꝺ iur. delib. & §. fin. ad Tertyll.
p l. 3. & to. tit. de concub.
q l. masſurius, ĩ fi. ubi Alcia. ꝺ uerbo. sign.

uolumus arbitrari? præsertim uero cum nemo hoc literis scriptum reliquerit, quod si uerum fuisset, uix credendum est, ab omnibus ita silentio transigi potuisse. Scimus nos præterea Senat. consulta olim de ijs locuta esse[a], quæ tamen ad ciues tãtũ pertinebant, cum peregrini & exteri Romanorum legibus non uterentur, sed ἀπόλιδες uiuerent[b]. Ac 8
cedit quoq; quod natale solum, ciuem cuius sit loci, satis per se demonstrat,[c] (nisi forte aliter legibus Municip. caueatur) præsertim si & pater inde originem suam ducat[d], nec enim quis sine ciuitate nascitur, cum & in uico ortus, eam habeat patriam, cui uicus ille subest[e]: quod si pater fortasse incertus esset, tunc maternam eum sequi originem certum 9
est, ut proprie de his uulgo conceptis leges tradidere[f]. Si igitur ex Rom. parentibus Romæ quis nasceretur, cur non & Romanus ciuis statim iudicaretur, aut propria, aut materna saltem origine, quanuis non ita legitime conceptus esset? quam enim aliam ille ciuitatem habere potuit, cum ingenuus natus sit[g]? Quid plura? Tam etsi illegitimi quõdam ciues non essent, quod tamen ipse non concesserim, uerum tamẽ nunquam fuerit, Nothos omnes generaliter Antonini Constitutione 10
agnitos & adiutos fuisse. Cum enim is, quoscunq; Populo Rom. subiectos ciuitate donasset, ita ut qui ex patre uel matre alienigena genitus esset, dum tamen sub Romanorum ditione, is in ciuium quoq; numero cẽseretur, quod antea non licebat[h], Nescio quid ijs naturalibus aut Spurijs ea constitutio potuerit prodesse, qui ex duobus ciuibus concepti essent, cum Antoninus ijs tãtum hoc tribuerit, qui antea nati erãt uel ex utroq;, uel alterutro tantum patre aut matre non ciuibus Romanis. Quod si nihil de his Antoninus sensit, legimus nos tamẽ Spu 11
rios ad maximas dignitates euehi potuisse[i], quod absq; ulla dubitatiõe admittit Vlpianus[k], tanquam id ita semper apud Romanos seruatum fuisset, nũ hinc liquido probatur, eos quocunq; tẽpore ab alijs ciuibus nõ fuisse segregatos? cũ publici honores & munera, non nisi Romanis ciuibus decernerentur[l]. Sed longum nimis esset, si singula, quæ contra totum id Alciati caput, ubi de hac re agit, aliàs collegi, nũc recenserẽ. Quin ista quoq; me hercle nunc referre quasi suppudebat, tanta est mihi aduersus eius commentarios loqui, religio: Coegit tamen ueritatis indagandæ studium ut hæc qualiacunq; proferrem, & calamo liberius indulgerem, cum & ipse uerioribus me rationibus à quocunq; conuinci, dum ueritas ipsa emergat, facile sim passurus. Vt Igitur ad propositum redeamus, cum tota huius quæstionis difficultas in eo uersetur, quo pacto scilicet dicat Iustinianus, naturales nunquam usq; ad Constantinum cognitos fuisse, cum nos in libris Digestorum, tam multa de ijs, uarijs in quæstionibus legamus. Ego in tanta legum perplexitate

a tit. ad Tertyll.
b l. 1. C. q̃ hęr. inst. l. 1. §. ij quibus. de leg. 3.
c l. ciues. C. de incol. lib. x.
d l. aßumptio, cũ Glo. ad Municip.
e l. qui ex uico, ad Municip.
f l. 1. in fin. l. eius qui. eod. tit.
g d. l. 1. in fi. ad Munic. Fel. c. rodulphus. de rescr. nu. 26. 27.
h Auth. ut lib. de cæt. §. fin.
i l. generaliter. §. 1. l. Spurij. de Decurion.
k d. §. 1. ℣. nulla bitatio est.
l l. 3. §. 1. de mun. & hon.

xitate, quæstionem hanc aliàs ea solebam ratione diffinire, quam à cla
rissimo doctissimoq; Iurisconsulto Mariano Socino iuniore accepe-
ram, pluribusq; in locis uerissimam esse animaduerteram. Dicebat
12 is[a] fieri plerunq;, ut quæ Iustinianus & recentiores Imp. de nouo sanxis- a in l. 1. de leg. 1.
sent, etiam in Digestorum libris ita constituta reperirētur, nec idcirco
aut mendacij Iustinianum arguendum, aut ullam inter ea repugnantiā
existimādam, sed quod cum id Iustiniano maxime curæ fuisset, ut quo-
ad eius fieri posset, leges omnes ad concordiam redigerentur[b], non du b l. 1. §. nulla. C. de uet. iu. enucl.
bitasse deinde eandem sententiam, cuius author ipse fuisset, nunc Vl- c d. l. 1. §. hoc etiā & §. sed neq;.
piano, nunc Paulo adscribere, ut ita facilius leges ueteres cum recen-
tioribus conuenirent[c], ut in legatorum materia, & multis alijs locis fa d l. 1. de leg. 1. cum l. 2. C. com. de le. l. si nō mortis, de inoff. test. cum. l. omnimodo. C. eo. & l. ij. de inius. rup. cum. l. hac cōsultiß. §. si quis C. de testam.
cile est animaduertere[d], Quorum ego authoritate motus, id quoq; in
præsenti dubitatione affirmari posse putabam, ut quicquid in ueteri-
bus libris, de naturalibus filiis instituendis cautum reperiretur, id totū
ex quadam ueluti nouarum legum præsensione dictū esset, idq; à Iusti
niano & Compilatoribus, non à ueteribus illis Iurisc. conscriptum fuis
set, req; uera naturales ipsos, non nisi à Constantino & Valentiniano
primis esse agnitos. Cum tamen mihi deinde ingens se legum sylua
in Digestis offerret, ubi de naturalibus hæredibus institutis fit men- e l. ex facto §. si quis rogatus. ad Trebell. l. 6. l. lucius, de uul. l. cū pater §. uolo. l. lucius §. fi. de leg. ij. l. fin. de Iur. de lib. l. natural. de conf. tut.
tio[e], Sat consentaneum uisum non est, quod Constantinus primus ca-
uisset, id tot locis nunc in Trebatium, nunc in Iabolenum, Labeonem,
Paulum, & alios reiici, cum quæ supra in contrarium attulimus, ea uix
uno tantum in loco, & tanquam παρέργως dicta reperiantur. Itaq; in
13 aliam sententiam huic penitus repugnantem transii, statuiq; mecū om
nino, & ita cōcludo, iure etiam ueteri naturalibus filiis aliquid in testa
mento relinqui, quādoq; & in uniuersum hæredes institui potuisse, Mo
uit me cum tot Iurisconsultorum supra relatorum authoritas, qui hoc
sæpe attestantur, tum uero in primis, quod cum digestorum iure, ii me
morari soleant, cum quibus testamenti non erat factio[f], nuspiam ta- f Glo. §. legari. Instit. de lega.
men de spuriis hoc traditum comperimus, sicuti hodie deinde quia suc
cedere eis interdictum est, uariis in locis manifestissime declaratum
14 extat. Huius rei & illud argumento est, quod sicuti apud Athenienses,
bona nonnulla Nothis semper relinqui potuisse legimus[g], sic & apud g Demost. contra Aristocrat.
Romanos, aliquid simile licuisse, satis est uerisimile, cum eos à Græ
cis legum & consuetudinum suarum primordia sumpsisse notum sit[h]. h §. & non inelegāter. Inst. de iur. nat. gen.
Et hæc res mea quidem sententia, parum dubitationis haberet, dum il
la non obstarent, quæ antea memorauimus, quæ ut omnino submo-
ueantur, ea nos, quoniam subtiliore indigent speculatione, altiusq;
repetenda sunt, propterea in sequens caput latius declaranda dif-
feremus.

Quis primus de naturalium succesſione apud Rom. aliquid sanxerit.

CAP. XXXVI.

SI naturales filios iure Digeſtorum inſtitui potuiſſe uolumus, & parentibus ſucceſsiſſe, quomodo ergo eos uſq; ad Conſtantini tempora ignotos & neglectos fuiſſe tradit Iuſtinianus[a]? Rurſus, ſi hoc Cõſtãtino tribuimus, quomodo deinde primos Valẽtem & Valentin. in eos humanitate uti cepiſſe idem Iuſtinianus ſcripſit[b]? Sunt enim hæc tria 1
inter ſe, è Diametro, ut aiunt, pugnantia, nec facile conciliari poſſe uidentur, Quocirca nil mirum eſt, ſi hactenus interpretes omnes, in hac re explicanda, ualde ingeniis cecidiſſe uidentur, cum re uera & acutisſima iudicia, hæc perplexitas ſuperet, & neſcio an quid æque prima fronte obſcurum & implicitum, noſtra hæc iuris ſcientia contineat. Nos tamen aliorum difficultatibus minime deterriti, quos alij fluctus traijcere nõ potuerunt[c], facile Deo duce euadere poſſe ſperamus, ſi tamen æquus nobis iudex lectorq; contingat. Diximus ſupra iure ueteri, naturales à patribus hæredes inſtitui ſemper potuiſſe, Nunc illud addimus, recte id etiam ſe habere, quod Iuſtinianus dicit[d], Naturalium nomen Romanis legibus uſq; ad Conſtantinum, ignotũ omnino fuis- 2
ſe, eumq; primum de ijs, in Conſtitutionibus ſuis mentionem feciſſe.

Ego enim ſic hæc interpretor, Romanorũ legibus nihil unquam uſq; ad Conſtantinum, de naturalium ſucceſsione cautum fuiſſe, nec in eorum honorem, nec in contumeliam, propterea quod illi tunc temporis, ut noui quidam homines extraneorum numero habebantur, Vnde neceſſe uiſum non fuerat, quicquam de ijs legibus conſtituere, prout nec de cæteris, qui alieni erant, & nobis non coniuncti: Interim uero 3
nihil prohibebat, quominus hæredes inſtituerẽtur, nã ſicuti extraneis, ſic et eis, quiduis legari licebat, Ab inteſtato ergo non quidem admittebãtur, quoniam de ijs nihil lex ſtatuerat, & hoc eſt quod Iuſtinianus ait[e], Naturalium nomen Romanorum legibus uſq; ad Conſtantini tẽpus neglectum fuiſſe: Nã quæ ab inteſtato nobis deferuntur hæreditates, illæ ex lege proprie obuenire dicuntur[f], at in teſtamentis, hominum potius ſtudium uerſatur, ideo ex teſtamẽto recte capere poterãt, id enim lege non erat interdictum, & huc pertinẽt omnia ea exempla, aliàs

a Auth. quib. mod. nat. ſui. in prin.
b §. diſcretis. d. Aut.
c Alex. Iaſ. Ripa. l. lucius. de uulg. & pup.
d in d. Auth. in princ.
e d. Auth. in princ.
f l. lege obuenire, de uerb. ſign.

aliàs à nobis relata, quæ ostendunt & institui, & iis legari, & per fideicommissum relinqui licuisse: Hæc tamen quoad patris successionem tantum, locum habebant, cuius ratione ii non filij ab intestato, sed alieni censebantur, & quoad hanc partem à legibus non nominabantur: Ast quoad matrem pertinebat, ut filios olim etiam a legibus agnitos credo, cum illi ab intestato hæredes esse possent[a], & senatuscō sulta eos ad successionem expresse uocarent[b], quod quidem potuit ita fortasse admitti, quod mater semper certa erat[c], & cognationis iura cum illo retinebat, pater non æque, nam & ἀπάτορες quoad eum ij uidebantur, nisi quatenus ipse met, non legis uinculo, sed sponte & uolens, se illis parētem exhibuisset: Leges igitur illos ut terræ filios quoad patrem negligebant, nec ulla fuerant mentione dignati, illis nec successionem deferendo, nec etiam interdicendo[d], quæ ita se usq; ad Cōstantinum habuere. Constātinus uero, qui ut rerum potitus est, animum statim ad multa ueterum moderanda, aliaq; de nouo constituenda adiecit: Cum leges seuerissimas quàm plures tulisset, ut Eutropius, Victor, Sabellicusq; referunt, dicitur is quoq; primus de naturalium successione, de qua nihil à legislatoribus eousq; fuerat sancitum, constituisse: Cum enim tunc omnibus passim liceret parentibus, in naturales filios, quæ uellent bona conferre, edidit duas ille leges, alteram, qua senatorum & uirorum illustrium cum infimis personis connubia damnauit, eorūq; filios exclusit, quæ & adhuc extat[e], alteram, qua naturales filios quicquā ex patrum, seu testatorum, seu intestatorum hæreditate cōsequi prohibuit, hocq; modo primus de naturalib9 sanxisse dicitur, eo quod expresse patribus interdixit, nequid iis relinquerent, quod antea ut extraneis licebat[f]: Et hæc deinde multis post annis usq; ad Valentis & Valentin. imperium sic seruata sunt. Postquā uero ad imperii fastigium hi fuerunt euecti, tunc ceptum est cum naturalibus multo mitius agi, quā antea per Costan. leges liceret. Quapropter posterior illa ei9 cōstitutio, qua naturales filii expellebātur, abrogata statim est, ex aliarūq; legū albo penit9 deleta, unde nec hodie ulla ampli9 eius extāt uestigia, nisi quatenus de ea ab alijs Imp. fit mētio[g]. Cōstituerunt igitur hi, ut naturalib9 filijs, ubi legitimi alij nō superessēt, tres unciæ à patre relinqui possent, ubi & alij legitimi extarēt, uncia tantū. Quæ cōstitutio integra adhuc in Cod. Theod. legitur, cuiusuerba hic etiā uolui adscribere, ut ex his, unusquisq; cognoscat, uera esse quæ modo diximus, uidelicet Cōstan. naturales filios penitus exclusisse, primosq; Valen. & Valentin. illos ad successionis partē inuitasse: Ait enim Valēs[h].

4 (margin, at "bantur: Ast quoad matrem")
5 (margin, at "tinum habuere")
6 (margin, at "tea ut extraneis")

Placuit manentibus cæteris, quæ de naturalibus liberis Constantinianis legibus cauta sunt, hæc tantummodo temperare, ut is qui

a l. 2. unde cogn.
b l. 1. §. sed uulgo. ad Tertyl.
c l. quia semper, de in ius uoc.
d l. naturali. de cō firm. tut.
e l. 1. C. de nat. lib.
f facit. l. fi. C. eod. uer. quasi sacris.
g in Nouel. Mart. tit. de matrim. sen. §. fin.
h in. l. 1. de nat. lib. in. C. Theodos.

hæredẽ,hæredis'ue filios,ex legitimo matrimonio, uel nepotes qui filiorum loco habiti sunt,patrem quoq; matrémue dimittit, si ex cõsortio cuiuslibet mulieris naturales susceperit,unam tantum bonorũ suorum, & hæreditatis unciam naturalibus uel mulieri donandi, aut relinquendi habeat facultatẽ: Si quis uero nullo, ex his quos excepimus,superstite moriatur,atq;ex muliere,quã sibi adiũxerat,naturalẽ,pluresue dimittat,usq; ad tres tãtũ uncias, tã in mulierẽ,quã in naturales,quo maluerit,iure trãscribat. Dat. Grat.& Probo COSS.

Hac lege lata,postea Arcadius & Hon.idem quoq; statuerunt, paucis tamen adiectis,quæ in Valentin.lege non cõtinebantur, quæ & hodie in Codice nostro extant[a], Tandemq; & Theodos.iunior, noua constitutione prædicta omnia confirmauit, ut in Theodos.Codice legitur, cuius uerba hæc sunt[b].

a l.matre.C.de nat.lib.

b l.2.C.de nat.lib. in.C.Theodos.

Naturales liberi, eorumq; matres, nec parentum arbitrio in successionibus,cæterisq; modis, quib⁹ rei mobilis uel immobilis dominiũ confirmatur,passim & sine legis distinctione congrua permittãtur, nec tamen legis quæ nuper lata est,asperitate premantur, cum satis sit secundum priorẽ cõstitutionẽ,aut extãtibus iustis liberis,aut etiã non extantibus,id tantũ consequi,si patris deferatur arbitrio, quod per eam iusta moderatione decretum est,cæteris quæ de eorum matribus,libertis,libertinisq; per nouam constitutionem decreta sunt, in sua manentibus firmitate. Dat.Tauro,& Felice C O S S.

Meminit & huius Constantini asperitatis,contra naturales, Theodosius in Nouellis suis[c]. Ex quibus omnibus intelligimus, quæ antea 7
adeo difficilia,& inter se contraria uidebantur,satis nunc plana, & simul composita reddi, nec ullum amplius scrupulũ in his reliquũ esse: cum uerũ primo sit, De Naturalium successione usq; ad Constantinũ nihil legibus cautum fuisse: Verum illud etiã Valentẽ & Valentin.primos naturalibus indulgere cepisse: Falsum illud uero,sicuti multa alia, 8
quod Alciatus dixit[d], Constãtinianã legem à Valentiniano restringi, cum immo ex ea naturales cepti sint adiuuari,exclusaq; Cõstantini seueritate,magnum naturalibus ob hanc,commodum fuerit impartitũ.

c §.illi etiã parti. In Nouel.Theo. tit.d bon.decur. & nat.fil.

d parerg.lib.4. cap.5.

Vera & noua declaratio.l.lucius.de uulg. & pupill.

1 An substitui naturalis legitimo possit pupillariter, aut vulgariter.
2 Error omnium interpretum in hoc verbo,naturales.
3 Naturalis pro filio vero & iusto.
4 Filio naturali non fit pup.substitutio.

CAP. XXXVII.

CVM supra statuerimus iure ueteri naturales ex testamento patri succedere potuisse,quod pluribus ex locis cõstat, iã id sequitur ut intelligamus,

intelligamus, certa ne esset in hac re determinata portio ad quam ad-
mitti possent, an uero in libero parentum arbitratu positum, qua libe-
ret eos benignitate promereri: Qua in re explicanda, offert se nobis
inprimis Pauli responsum quoddam enucleandum, unde Doct. nostri
hanc quæstionem colligere solent[a], in quo tamen percipiendo, ii tam
procul à recta aberrarũt, ut nedũ in re proposita ualde sint decepti, ue-
rum & in multos alios deinceps errores grauissimos inciderint, quos
recentiores quidam subodorati, cum nec tamen ipsi loci asperitatem
euadere satis commode nossent, necessarium esse aliquid in hac re diui
nare professi sunt[b]. Res autem sic se habet: Nã dum quærimus, quæ
nã olim naturalibus filiis bona possent relinqui, uix possunt Doct. nec
multis cum cauillationibus, & coniecturis inter se conuenire, idq́ in
causa est, quod traditum quandoq́ dicunt, naturalem filium à patre
1 substitui non potuisse alteri legitimo filio intra pubertatis annos, ita
ut ex pupillari illa substitutione, & pupilli & paterna omnia bona si-
mul consequeretur, propterea quod illum lex integram parentis hære
ditatem cernere prohiberet[c]: Alibi uero à Paulo responsum, naturalẽ
filium cum legitimo à patre institutũ, & ei uulgariter potuisse substi-
tui[d], quæ plane contraria apparent, quin contra iuris rationem, eo
quod si in naturali filio uulgaris admittitur substitutio, cur non & ma
gis pupillaris, cum per illam directo quis testatori, per hanc ipsi pu-
pillo quis hæres existat[e]? Quanuisq́ nonnullas huius rei rationes af-
ferre conati sint[f], non sunt tamen illæ satis dignæ quæ referantur, tam
facile omnes reiici possunt, quod & nonnulli absq́ magno labore fe-
cerunt[g]. Huius igitur rei difficultas omnis, ab hoc Pauli responso
pendet, quod usq́ ad hæc tempora tam perperam ab omnibus acce-
ptum est, ut nihil tam alienum ab eius mente dici posit, quàm id
2 quod interpretes nostri cogitarunt, uel potius somniarunt. Cum
enim in eo de naturali filio mentio fiat, tum statim sibi Doctores om-
nes persuasissimum habuerunt, de illo naturali intelligendum, qui ex
concubinatu susceptus est, superq́ eo uarias quæstiones struẽtes, tum
omnia deinde, ueluti super labanti & arenoso posita fundamento, ui
3 tium facere ceperunt. Error igitur ille fuit, quod ibi naturalis pro
uero & iusto filio accipiẽdus fuit, idest pro naturali & legitimo simul,
non naturali tantum, quod & apud bonos latinos authores sæpissime
in hac significatione reperitur[h], ut cum Suetonius in Tiberio inquit,
filiorum neq́ naturalẽ Drusum, neq́ adoptiuum Germanicum patria
charitate dilexit: Et in iure etiam extat hoc eodem sensu[i], sicuti & na-
turalis pater, pro uero & legitimo parente[k]. Maxime autem cum
leges de adoptiuis qui legitimi tantum uocantur, & aliis iustis fi-

a l.lucius, de uulg. & pup.
b Ripa.d.l.lucius. nu.3.in fin.
c l.si is qui.de uul.
d d.l.lucius.
e Inst. de pupil. in princ.
f Bal.Ang.d.l. lucius. Alex. Cast. d.l.si is qui.
g Ripa.d.l.lucius.
h diximus, cap.18.
i Gl.l.quoties idẽ. de reg.iur.
k l.si pater naturalis, de adop. et §. at hi.Inst.de hæred.quæ ab intest. et §.sed hodie, de adopt.

a l. nō pot. q̃ adop. l. 1. §. suos. de suis & legit. l. 1. in prin. de bon. pos. cōtr. tab. et Inst. de hæred. qua ab int. §. minus.

b l. 2. in princ. de uulg.

c Inst. de patr. pot.

d Bar. l. 2. de uulg. num. 2.

lijs loqui uolunt, semper ferè animaduertas, hos naturales simpliciter appellari[a], quod proprie & in præsenti lege contingit: Hanc autē germanam esse illius interpretationem, loquiq; proculdubio Paulum de uero filio, non naturali tantum, inde aperte patet, quod in fine respōsi ait, liberos eos si eiusdem ætatis fuissent, nedum uulgariter sed & pupillariter intelligi substitutos: Quomodo uero pupillaris filio natu- 4
rali tantum fieri potuit, cum eos quibus ita substituimus, in potestate esse necesse sit[b]? naturalis autem initio sui iuris natus, in patris nunquā sit potestate[c], eiq; hoc genus substitutionis minime conuenire omnes alibi fateantur[d]? Sed rem clarissimam pluribus demonstrare, operæ pretium non est: Planè ita tolluntur omnes doctorum scrupuli, sic facile nodi omnes ab his compositi, dissoluuntur.

Naturales filii, quomodo olim, q̃uo hodie succedant.

1 Naturales olim extraneorum numero à legibus habebantur.
2 Leges loquentes de eo qui solidum capere non potest, q̃uo sint declarandæ.
3 Quid Constan. Valent. Theodos. de naturalium successione constituerint.
4 Naturalis, cui pater vnciam reliquit, an præter eam alimenta possit petere.
5 Q̃uo naturales ab intestato succedant.
6 Naturales matri succedunt, perinde ac legitimi.
7 Naturales præteriti à patre in testamēto, an possint id impugnare.
8 In successione naturaliū, an seruetur ius canon. aut ciuile.
9 Naturales ex seruili consortio, quomodo succedant hodie.
10 Cur fauorabiliores aliis videantur.

CAP. XXXVIII.

PROPOSITVM paulo ante id nobis fuerat, ut ageremus de naturalium filiorum successione, quod negocium cum iam aggredi uellemus, multa se nobis in ipso uestibulo obtulere, quæ aditum quasi præstruxere, proptereaq; maiore apparatu necessarium fuit, & prius à recto itinere paulo diuertere. Nunc uero semitam repetimus, & quod supra admonuimus, hoc quoq; loco asseueramus, nihil quod meminerim, iure ueteri, de naturaliū successiōe in paternis bonis cautū fuisse, eo quia, quoad hanc partē, extraneorū numero à legibus cēsebātur,[e] Quo fiebat, ut si pater nō alios legitimos habuisset liberos, lice- 1
ret ei, utiq; in uniuersum illos hæredes sibi relinquere[f], quod si & legitimos suscepisset, tunc & naturalibus, aliquid quidem relinqui potuisse, uulgo aiunt[g], cæterū esset ne in eo certus modus, aut lex præfinita, quātum ii capere possent, in hoc multi dubitauerūt. Ego ita existimo, cū nihil de iis ueteres leges sanxissent, potuisse eos extraneorū exēplo, reseruata iustis filijs legitima portione, in reliquum deinde recte à patre institui[h], Quod. n. prohibitum expresse non reperimus, cur non permissum potius censeamus? præsertim uero in naturalib⁹ filijs, quos lex uetus & si nō uocauit, nō improbauit tamen[i]. Quoniā uero huic sentētiæ contrarium

e facit. l. naturali. de conf. tut.

f l. oēs. §. lucius. quæ in fr. cred. l. fin. de iur. delib.

g Doct. l. lucius. de uulg.

h l. cū quæritur. l. parentibus. C. de inoff. test.

i l. 3. ubi Bart. de concub.

contrarium quoddam responsum adduci solet[a], quod in ore est om-
nium, & Doctores ualde fatigauit, ex quo colligunt, certos olim ac
lege constitutos fuisse successionis horum naturalium modos. Ego
2 ad hoc, & si qua huiusmodi reperiuntur, respondeo, Vbi lex, de eo
qui solidum capere non potest, loquitur[b], id non in naturali filio intel
ligendum dico, prout Doctores aiunt, nam nec lex hoc inquit, nec
de eo accipi potest, Verum damnato in metallum, deportato, aut pe-
regrino talia uerba conueniunt, quibus præter alimenta nihil licuit
relinqui[c], aut saltem aliis exemplis ea declaranda puto, quæ passim in
iure occurrunt[d], cum specialiter de naturalibus nihil exprimant. Sed
hæc olim. Constantinus autem, qui in naturales summa, ut diximus[e],
usus est acerbitate, cum primus deinde sanxisset, ne cui naturales
non solum ab intestato legitimi non essent hæredes, uerum nec ex te
stamento quicquam possent capere, propterea intra id tempus nun-
3 quam alicui hi naturales ullatenus successisse leguntur. Secuta sunt
Valentis & Valentiniani tempora, qui mitius cum naturalibus agere
ceperunt, patriq; permiserunt, ut si non alios legitimos suscepisset fi-
lios, & utroq; esset parente orbatus, tres uncias naturalibus, cum eo-
rum matre communicandas ei liceret relinquere, alioquin unciã tan-
tum, uel soli concubinæ semiunciam[f], Et constitutionem hanc Arca-
dius & Honorius[g], inde Theodosius & Valentin. confirmauere[h]. Iu-
stinianus autem horum omnium multo humanior, primum quidem
sex uncias, legitimis nullis liberis extantibus, eos consequi posse per-
misit[i], post etiam, rem omnem à ueteri illa seueritate ad summã man
suetudinem traduxit. Sanxit enim, ubi quis sine legitima prole de-
cederet, eum naturalibus filiis, omnia bona sua, uel uiuentem largi-
ri, uel in testamento posse relinquere excepta ea portione, quæ super-
stitibus parentibus debetur, Vbi uero cum naturalibus & alii iusti fi-
lii adessent, tunc naturales ad unciam tantum uocari concessit, cæte-
rum quod ultra id esset, legitimis deferri[k]. Vnum tantũ excepit casum
quo nec uncia naturalibus legari posset, ubi scilicet legitimus filius mi
nus, quàm unciam à patre adeptus esset, noluit enim legitimos ulla in
re naturalibus inferiores haberi[l], Quod si pater nec unciam eis reliquis
set, nec ullam de ijs mentionem in testamento fecisset, iussit nihilo-
4 minus eos ab hæredibus ali[m], quæ & hodie in usu sunt. Sed oritur
dubitatio. Pater in testamento hæredes sibi legitimos filios suos
instituit, naturali unciam tantum legat: naturalis præter unciam,
& alimenta sibi ab hæredibus decerni postulat, An hæc iure de-
bentur? Et sanè non puto, nam cum pater, naturales filios om-
nino alere teneretur[n], nunc quam eis unciam in testamento re-

a l. si is qui ex bo-nis. de uulg.
b ut in. l. ex facto §. fin. ꝗ uulg. l. cogi §. hi q, ad Trebell. l. si is qui. de her. inst.
c l. 3. de his quæ pro nõ scr. l. pe. ꝗ cap. dimin.
d l. i. C. ꝗ sec. nup. Auth. præterea. C. und. uir. et ux. l. i. et fin. de bon. dam. l. 3. ꝗ interd. & releg.
e cap. 36.
f §. discret. Auth. quib. mod. sui. & l. 1. de nat. lib. in C. Theod.
g l. 2. C. de nat. lib.
h l. 2. in. C. Theod. de nat. lib.
i l. human. C. eod.
k §. nos igitur. Auth. quib. mod. sui.
l l. cõium. §. fin. C. de nat. lib.
m Auth. licet. C. eod.
n §. pen. cum Glo. Auth. quib. mod. nat. sui.

liquit, uidetur compenſandi potius animo legaſſe[a], ex quo alimenta illa neceſſario legis uinculo iis debebantur[b], tum etiam quia non aliter hoc alendi onus patri,& conſequenter eius hæredibus incumbit,niſi quatenus aliunde ſe nequeũt filii ſuſtinere[c], Cum ergo unciam ſint habituri omnium bonorum,quæ eſt neceſsitas, ut illis adhuc alimenta conſtituantur? Et ſanè iure ciuili hæc alimenta petere nõ poſſunt, cum immo lex id prohibeat[d], minus quoq; iure canon.hæc expoſcent, cum iam uictui neceſſaria ſint conſecuti, Reliquum eſt igitur, ut ſola ea uncia contenti eſſe debeant. Sed hæc teſtamento facto ita ſe habẽt.

5 ¶Cum uero inteſtatus pater moritur,nullis aliis relictis liberis, tunc ad duas hæreditatis uncias & alimenta etiam, naturales hodie uocari ſolent[e], ¶At ubi alii iuſti filii patri extarent,aut adoptiui etiam[f],aut ſola legitima coniunx,his caſibus,naturales nihil ex paternis bonis præter alimenta conſequuntur[g], Vſq; adeo,ut etſi iuſti filii eam hæreditatem repudiarent,adhuc ſuperſtes uxor,naturales filios repellat, quod ita in uxoriæ dignitatis honorem fuit inſtitutum[h], Nepotes autem ex naturali filio nati,nunquam ab inteſtato,ſeu extãtibus,ſeu minus, alijs legitimis liberis,ad ullam portionem admittuntur[i], exceptis alimentis,quæ his perinde ac naturalibus filiis debentur[k].

6 ¶Atq; hæc de naturalium ſucceſsione in paternis bonis ſunt intelligenda,¶quod.n.ad matrem ſpectat,aliud eſt,cum ei in uniuerſum ab inteſtato ſuccedant[l], & inoſſicioſum etiam illius teſtamentum dicere poſsint[m],atq; à legitimis nihil prorſus differant,ita ut iis quoq; extantibus,adhuc tamen naturales cum aliis æque in hæreditate materna concurrant[n],quod cum iure ciuili apertiſsime ſit conſtitutum[o],ſunt tamen qui hoc minus recte aut iuste ſancitum,temere audeant clamare[p].

7 ¶Pater autem ipſe neceſſe non habet,ullam de illis in teſtamento mentionem facere[q],cum nec his legitima debeatur,nec præteriti tale rumpant teſtamentum[r],uerũ quod ab eo proficiſcitur,id totum meræ eius beneficentiæ acceptum ferendum eſt.

8 ¶Quæ ſanè omnia,& hodie iure Pont.firma eſſe ſciendum eſt,quanuis id,tales concubinarum conſuetudines ualde damnare uideatur[s],uerum cum ſucceſsionum materia propria ſit legum ciuilium[t], non dubitamus ius quoq; Pontificium ad eas redigere,& ſecundum ciuiles conſtitutiones interpretari[u], unde naturales utroq; iure ad parentum bona iuxta prædictas diſtinctiones uocabuntur. Obſeruandum tamen id eſt,non in omnibus paſsim naturalibus hæc ita ſe habere,ſed in iis tãtum,qui ex libero & libera concubina geniti ſunt,

9 At qui ex ſeruorum conſortiis prodiere,ſiue ex patre libero, & matre ancilla,ſiue ex utroq; ſeruo,aut matre libera,patre uero ſeruo, licet hi quoq; naturales appellentur[x],ſi tamen ſimul cum parentibus libertatẽ

fuerint

a arg.l. ſi cũ dotẽ §.ſi pater. ſol. matr.l.hmõi.§. cũ pater.de leg.1
b arg. not. p Dec. Auth. præterea. C.und.uir et ux. nu.11. Alex. d.§. ſi pater. num.4.
c Bar.l.libertis.2. §.i.de alim.& cib.leg.
d §.ne igitur. Authe. quib. mod. nat. ſui.
e §.ſiquis autẽ.cũ Glo.uer. uncias.
& Bar.§.cõſideremus.Auth.de trien.& ſem.
f Ang.§.fin. Auth. quib.mo.nat.ſui.
g Auth.licet.C. de nat.lib.
h Imo.Ripa.l. luci us.nu.6.de uulg. & pu.
i l.fin. in fin.C. de nat.lib.Ang.d. §.fin.nu.16.
k diximus,cap.47
l §.pen.Inſt.de ſuc.cogn.
m l.ſi ſuſpecta.§.i. de inoff.teſt.
n l.pe. in fin.C. ad Orfit. ubi Bal. Cor. et Cagn.nu. 34. 42.
o d.l.pen. in fin.
p Garz.tract.de ult.fin.iur.cano. num.125.
q l.fi.C.de na. lib.
r Glo.l.i.uer.naturales, & Bar.de cõtratab. Tiraq. l.ſi unq.C.de reuoc.do.uer. ſuſceperit.num.47.
s c.nemo.32. q. 4.
t c.fin.i.Diſt.
u Abb.c.tãta.q fil. leg.nu.12.Rip.l. ſi unq.C. de reu. do.nu.78.
x S.cap.13.14.

fuerint consecuti, hodie Iustiniani constitutione, tam soli, quàm si cum aliis legitimis concurrant, ad parentum successiones, agnationes, tutelasque uocantur, ac in omnibus legitimorum iura adipiscuntur[a]. His etenim lex ideo magis quã cæteris naturalibus fauere uoluit, ideo quod probabile est, hos uerum matrimonium si licuisset, fuisse cõtracturos, ast illos uoluntas sola à iustis nuptiis celebrandis cohibuit, Merito lex necessitatẽ, ut maiori dignã humanitate, mitius etiã prosecuta est.[b]

a Inst. de seru. cog. In princ.

b arg. l. i. §. merito. depos.

De parentum & transuersalium successione in bonis naturalium.

1 Mutua successio inter parentes & filios naturales.
2 Pater qui legitimos filios habet, an possit naturalibus succedere.
3 Vicissitudo in success. quomodo consideranda.
4 Naturales, nullos habẽt agnatos, sed cognatos.
5 Naturales inter se quando succedant.
6 De naturali vtrinque coniuncto, & vterino tantum.
7 In feudi successione, vtrinque coniunctus, non semper aliis præfertur.
8 Naturalis succedit fratri vterino æque cum matre.
9 Differentia agnationis et cognationis, an sit quoad naturales filios sublata.

CAP. XXXIX.

SED quæ modo diximus, naturalium tantum respiciunt successionem in paterna hæreditate. Agendum nunc est, quemadmodum contra, parentes atque ex transuerso latere iuncti, ad illorũ bona uocen-
1 tur. Et quoniam scimus, contraria omnia eadem ratione diiudicari[c], sicuti tradidimus naturales in duabus tantum uncijs patri intestato hæredes esse, ita & parentes ad filiorum suorum bona pro eadem portione admitti debent[d], eodemque argumento & mater, patre non extante totam hæreditatem filii consequetur, extante patre, illa decem un-
2 cias, pater duas legitimo iure capiet[e]. Hincque existimarunt multi[f], patrem qui legitimos filios susceperit, nullum amplius ius in naturaliũ filiorum bonis, ab intestato habere, propterea quod nec sibi, iidem naturales, extantibus aliis legitimis queant succedere, Quin patrem facilius ab eorum hæreditate repellendum, quo magis ipse in culpa fuit, cum omnia hæc patris, non filiorum uitio, crimineue contigerint[g].
3 Sed ego contra: Nam in successionibus admitto quidem, uicissitudinem esse seruandam, ea tamen ab initio in genere, non ex euentu spectanda est. Ait lex, Vbi pater absque legitimis liberis decesserit, naturalis succedat: Ergo cõtra, ubi naturalis sine filiis obierit, pater uocari debet, hæc. n. est uicissitudo, ut spectemus eũ qui prior defunctus est, an liberos ex se superstites reliquerit, an minus: In eo uero qui successurus est, cur id inspiciatur, cum ita sequeretur, nunquam alteri alterius hæreditatem obuenire posse? Finge etenim iam prædecessisse patrẽ,

c l. i. de his qui sui sunt.

d §. de nepotibus, Auth. quib. mod. sui. Dec. cõs. 311. in princ.

e Inst. de Tertyl. §. fin. & Auth. licet. C. de nat. lib.

f Mathes. de suc. ab intes. 2. memb. 2. artic. num. 9. Vbal. 2. par. nu. 23. Ang. §. præferuntur. Inst. ad Tertyl. nu. 17.

g Auth. de inc. nup. in princ.

plane sicut ex euentu hoc constat, eum non amplius filio hæredem futurum, sic & ea ratione dicendum esset, nec filium illi succedere debere, si euentum hunc, qui in persona successoris contingit, respicere uellemus, Sic & cũ frater fratri nullis extantibus descendẽtibus aut ascendentibus succedat[a], sequeretur quoq; ut si alter eorum liberos suscepisset, amplius alteri sine lib. decedẽti non posset succedere, eo quod cum ipse filios haberet, fratrem iam omni sibi succedendi spe exclusisset, cũ filii sui ante alios ab intestato uocentur[b], quæ tamen omnia quàm absurda sint, nemo est qui non uideat: Hoc igitur & casu, filii quidem legitimi, patri in eo proderunt, ut eius hæreditas ad naturales nõ perueniat, non oberunt uero, quominus is, illis naturalibus sine liberis decedentibus succedat, nam hoc tantum in eorum gratiam fuit constitutum, ut satis notum est, quod ita potius in odiũ conuerteretur. Quotiescunq; igitur naturales absq; filiis decesserint, pater etsi alios legitimos habeat, quomodocunq; semper duas uncias capiet, reliquum ad matrẽ iure legitimo pertinebit[c]: quod etsi pater prior obierit, tunc dubitandum non est, quin in solidum mater exclusis legitimis filiis sit hæres, cum naturali ipsi, cum agnatis patris nulla intercedat coniunctio, existimeturq; quoad illos in successione prorsus extraneus[d], adeo ut & si mater superstes non sit, in eius tamen hæreditate, hi qui per lineã maternam proximiores sunt, semper cæteris quibuscunq; à patre agnatis præferantur, nec illi ullo unquam casu admittantur[e], Quin & matre mortua, patre uero superstite crediderim eadem ratione patri duas tãtum uncias reseruari, cæterum proximioribus per lineam maternã cognatis deferri. Naturales autem inter se siquidem ex patris latere tãtum iuncti fuerint, nulla se omnino necessitudine attingunt, cum tũc liberi patrem & eius agnationem sequantur, cum legitime nuptiæ intercesserunt[f], hi uero omni agnationis iure carere dicũtur[g], ideoq; nullo proximitatis nomine ad mutuã successionẽ possunt uocari[h], Quod si ambo ex eadem matre editi fuerint, retinent tunc cognationis iura quæ à matre proficiscuntur[i], recteq; ut cognati inter se atq; alijs eodẽ ex fonte prodeuntibus succedere possunt[k], quod & multo magis esset affirmandum, si utrinq; tam ex patris quàm matris latere essent cõiuncti, licet semper ut cognati tantum non ut agnati ueniant: Atq; idcirco cum Mæuius qui alterum fratrem utrinq; coniunctum, alterum uterinum tantum, sed naturales ambos habebat, decessisset, cẽsebant omnes[l] ex communibus iuris regulis, utroq; latere iunctum uterino esse præferendum[m], cũ duplici nexu quis arctius, quàm simplici tãtum uinciatur: A qua tamen sententia ego longissime absum, cum ut supra diximus, in his naturalibus nulla prorsus agnationis habeatur ratio, & nec

Marginal numbers: 4 (at "matrẽ iure legitimo pertinebit"), 5 (at "gnatis deferri. Naturales autem"), 6 (at "cti, licet semper ut cognati").

a Auth. itaq;. C. com. de succ.
b Auth. in successione. C. de suis & legit.
c d. Auth. licet. & l. pen. C. ad orfit.
d §. filiũ. Auth. qb. mod. nat. eff. sui.
e l. si spurius. Vnde cogn.
f l. cũ legitimæ. đ sta. hom.
g d. §. filium.
h Glo. l. 2. Vnde cogn.
i §. fin. Inst. đ succ. cogn.
k l. si spurius. l. 2. Vnde cogn.
l Mathes. đ suc. ab int. in. 2. mem. 3. artic. princ. nũ. xi. & seq.
m Auth. cessante. C. đ leg. hær. §. si Igitur. Auth. de hær. quæ ab int.

nec minimum quidem cum patre uel eius cõsanguineis commune ha
7 beant aut annexum[a]: Tantum igitur matris attenditur uinculum, quo
niam alterum nihil ad rẽ facit, estq; alienissimũ, sicuti in feudo, utrinq;
coniunctus, aliis ex latere tantum patris consanguineis non præfertur,
quoniam in eo agnatio sola spectatur, cognatio negligitur[b], Qua ra-
tione & nunc uterinus tantum, æque cum alijs utrinq; coniunctis suc
-cedet, quoniam naturalis qui decedit, pari omnibus necessitudinis ne-
8 xu deuinctus est, ideo & æquas omnibus deferet portiones[c]. Et hoc ar-
gumento infinitas propè opiniones à Doctoribus communiter rece-
ptas infirmari posse puto[d], ueluti cum filium naturalem superstite ma-
tre à fratris uterini præmortui successione excludunt, eo quod lex fra-
tres tantum utroq; latere iunctos defuncto, simul cũ parentibus æque
ad successionem uocet, non qui altero tantum sunt connexi[e]: Illud.n.
eo casu ita à lege constitutum nemo non uidet, quod scilicet parens,
tanquam frater utrinq; coniunctus habeatur, qui semper quocunq; fra
tre uno tantum capite adiuncto, potior erit[f], At nos matrem natura-
libus filiis solo cognationis uinculo affinem esse affirmamus, pariq;
gradu & naturalem illi coniunctum esse[g], meritoq; neutrum alteri præ
ponendum: Vt & licet eodem in concubinatu, iisdem ex parentibus
uterq; filius sit procreatus, semper tamen unicum cognationis ius, nõ
duplex coniunctio consideretur. Planè mater quæ filios, alterum na-
turalem, alterum naturalem & legitimum suscepit, si legitimus dece-
dat, sola tunc naturali excluso, filio suo legitimo succedet, quoniã tunc
duplex adest uinculum, ciuile & naturale[h], atq; ita communi sententiæ
locus esse poterit[i]. Quid uero si quis dicat, hodie æque patri ac matri
9 naturales filios debere succedere, cum omnis agnationis & cognatio-
nis differentia in successionibus iam sit sublata[k], & sola naturalis causa
nunc inspiciatur[l]? atq; ita prædicta omnia quæ supra relata sunt iam
cessare, cum naturalis, qui iura cognationis cum matre retinebat, ob
æquiparationem factam & differentiam sublatã, idem & ueluti agna-
tus patri à legibus agnosci debeat? Quid respondendum erit? Ego sa
nè dicerem, eum qui ita existimet, longe falli: Sic.n. fieret, ut hodie na-
turalis filius, sicut legitimus, patri suo succederet, & cũ legitimo æque
concurreret in hæreditate: Sic & iura nouissima Iustiniani, ubi de natu
ralibus sanxit[m], iam omnia correcta essent, omnia immutata, quod uel
dubitare, maxime ineptum, & ridiculum esse censeo. Quod ergo con-
stituit Iustinianus, ut nulla hodie inter agnatos & cognatos differẽtia
seruetur, id in legitime natis tantum procedit, qui poterant ab intesta
to succedere: Ad naturales autem nõ pertinet, quod hi in minima uix
parte unquam succedunt patri, idq; potius pietatis cuiusdam causa

a d.l. cũ legitimæ. d.§. filium.
b Bal. c.i.§. his uero. de success. frat. Ripa. l. re cõiuncti. nu. 13.
c arg. Auth. post frat. C. de legit. hæred.
d Vbal. de suc. ab intest. in. 2. part. num. 24.
e §. consequẽs. §. si uero. Auth. de hę red. q̃ ab intest.
f Bal. Auth. defuncto. C. ad Tertyl. num. 8.
g Inst. de suc. cogn. §. fin.
h Auth. defuncto. C. ad Tertyll.
i Ang. §. fin. Auth. quib. mod. nat. eff. sui.
k §. i. Auth. d̃ hær. quæ ab int.
l Auth. in succ. C. de suis et legit.
m Auth. licet. C. de nat. lib. &. §. pe. et. §. discr. Auth. quib. mod. na. sui.

olimq́ cognati illi, poterant & aliis agnati esse: Ast hi nullos prorsus agnatos unquam habere intelliguntur: Merito ea constitutio de his il legitime natis, nunquam accipietur, quod & ingeniosissimus Faber in commentariis suis tradidit.[a]

a Fab. Inst. de seru. cog. nu. 5. Caccial. l. si qua illustris. col. 23. C. ad Orfit.

An spurii a patre institui in testam. possint.

1 Ex quolibet illegitimo congressu spurii oriuntur.
2 Spuriorum duo genera.
3 Mulieres quibuscum impune licet rem habere. & num. 6.
4 Spurii quidam à patre institui possunt, alii non possunt.
5 Quare spurii patri intestato non succedant.
6 Damnatus coitus quis dicatur.
6 Tria genera filiorum.

CAP. XL.

QVANTVM inter se differant naturales & spurij, licet adhuc sæpius ostenderimus, hoc uno tamen ex loco facile est intelligere, quod naturales quandoq́ patri hæredes esse possunt, spurii semper paterna indigni successione habentur[b]. Eo uero spuriorũ nomine cũ 1
omnes ii contineantur, qui ex illegitimis quomodocunq́ nuptijs sunt procreati[c], crediderunt etiã Doct. nostri, generaliter spurios cunctos à patris siue testati, siue intestati bonis arceri,[d] proptereaq́ & eos qui ex scortis, ancillis, aut infimis huius generis fœminis suscipiũtur, nihil ex patris testamento capere posse, eo quod ubi non iustæ concubinæ loco nobis mulier iuncta fuit, filij semper spurij, non naturales solent appellari[e]. Colliguntq́ hoc Doctores, & ex Iustiniani nonnullis constitutionibus[f], in quibus cum de Nothorum successione, siue ex testamẽto, siue ab intestato plura agat, attestatur is deinde sæpius, hæc se tantum de naturalibus filiis sanxisse, nec id beneficium ullo pacto ad alios uelle pertinere[g], Itaq́ spurios omnes penitus à paterna successione exterminatos uolunt, cum nec dignos quidem putarit, quibus alimenta relinquantur[h], unde & tam sæpe in iure legimus, spurios nihil cũ bonis patris habere commune[i], nec illi aut agnatos, aut consanguineos esse[k]: Quæ sententia communi Doctorum omnium calculo ita est confirmata[l], ut uix uideatur effugere posse temeritatis notam, qui non pedibus, manibusq́ in eam contendat. Sed Dij boni quàm procul ab omni abest ueritate & æquitate? Ego planè contrarium audacter affirmare nihil uereor, quod & recentiores quosdam sanè acute notasse uideo, Sed hi obiter tantum, & leui quod aiunt brachio id attigere[m]: Existimo namq́ non spuriis omnibus interdictũ, ne omnino patri succedant: sed quosdam tam ex testamento, quàm ab intestato quidẽ patri hæredes esse non posse, quosdam si instituantur, tunc ex testamento succedere patri non prohiberi. Sciendum. n. inprimis est, spuriorum 2
duo esse genera[n], alios quidem ex concubitu profectos, qui iure ciuili

b Auth. licet. C. de nat. lib.
c l. uulgo. de sta. hom.
d Bart. l. fin. de his quib. ut ind. 1. col. Alb. Rub. C. de nat. lib.
e Oldr. cons. 196. Bal. 129. in sec. et. 206. in. 3.
f Auth. quib. mod. nat. leg. circa fi. & Auth. de nothis, aliàs, quib. mod. nat. sui.
g Auth. de trien. et sem. §. consideremus. et. §. fi. quib. mod. sui.
h Auth. ex cõplexu. C. de inces. nupt.
i l. si spurius. un. cogn.
k Inst. de suc. cogn. §. fin.
l Oldr. cons. 196. Azo. in sum. C. de inc. nupt. in fin. Bart. l. fin. de his qui. ut ind. Goz. cons. 21. num. 23. Ang. in §. fi. Auth. quib. mod. na. sui. Bal. l. perpetuo, de cond. ob turp. cau. Afflic. Decis. 203.
m Alcia. pareg. 4. cap. 5. in fin.
n Glo. l. pen. C. ad Orfic. Alex. cõs. 174. in. 5. et Bar. l. fin. de his quib. ut ind.

accusari, grauiterq; uindicari solet, ueluti adulterium, stuprum, in-
3 cestum[a], Alios non adeo infames, ut qui ex uulgo prostitutis mulieri bus suscipiuntur, quarum congressus nulla pœna mulctatur[b], quales sunt & hi qui ex abiectis quibusdam & uulgaribus fœminis[c], uti ancillis, oriuntur, in quas propter generis obscuritatem, nec stuprum, aut adulterium, aut quid legibus prohibitum cadere potest[d]. Cum uero in his minorum, ut ita dixerim, gentium spurijs, multo minus, quàm in cæteris uitium notetur, cum illorum parentes, ijs dando operàm, nullam legibus pœnam fuerint promeriti: An non æquum est etiam, cum ijs mitius multo quàm cum cæteris agere, ut delicto
4 æqualis pœna ubiq; compensetur[e]? Equidē sic ipse sentio, sicuti odiosiores illi spurij, à bonis paternis quomodocunq; semper excludūtur, eo quod ex damnato coitu sunt progeniti, ita hos qui ex cōgressu permisso prodierunt, saltem in testamento à patre agnosci posse, in hocq; æquali cum cæteris iure non uti: Quæ opinio & ratione legis, & Iusti
5 niani uerbis, & alijs pluribus suaderi potest argumentis. Videmus spurios cuiuscunq; generis, à patris intestati succesione, duabus maxime de causis repelli, uel quia ex nefarijs nuptijs fuerint concepti, quas maxime lex odio habet, idcircoq; hoc exēplo patrem uoluit coercere, uel quia cum quis legitime natus non est, is & incerto patre, ac uulgo quæsitus existimatur, unde non tam facilè, cum ad alicuius succesionem ab intestato uocauit, ut quem incertum esset, filij ne loco eum pater habuerit, sit ne proprius an alienus, adsit ne an repugnet in ea re defuncti uoluntas[f]: Sed hæc duo in proposita quæstione nostra cessant, nam nec ex damnato eum concubitu ortum præsupponimus, minus etiam, incertum nunc patrem esse, cum ipse se met parentem illius declarauerit, certaq; eius ex testamento sit mens: Cur ergo capere ex eodem testamento prohibeatur, cum hic nulla legis ratio repugnet? Animaduertimus etiam cum de horum succesionibus loquitur Imperator, de intestato tantum patre mentionem facere[g]: Rursus cum modos præscribit ex testamento succedendi, nusquam tam legitimam concubinam, adeoq; certos filios requirere[h], quasi hoc aperte ipse nobis declarauerit, longe diuersam esse in hac re testati ab intestato causam: Probant & hoc idē supra in contrarium citata illius uerba[i], qui natos tantum ex nefariis congresibus, aut dānato coitu, quomodocunq; succedere uetat, quibus quidē uerbis spurios hos de quib9
6 nos in præsenti agimus, non cōprehendi sat manifestum est. Cum.n. damnatus tantum concubitus propriè is dicatur, in quē & criminalis accusatio intentari, & seuera etiam pœna infligi posit[k], Iam scimus spurios, qui ex meretricibus, aut humilioribus hisce fœminis su-

a §. itē lex Iulia. inst. de pub. iud.
b l. si ea. C. d adul.
c Crauet. cōs. 166. num. 6.
d l. quæ adult. C. d adult. Azo. in sum. C. de cōcub. Bart. Ang. l. si uxor, de adul.
e c. nō afferamus. 24. q. 1.
f Auth. de trien. et sem. §. considere mus. ꝟ. nam si hæc, circa fin.
g Auth. quib. mod. sui. §. siquis autē. & d. §. considere remus.
h §. ne igit, Auth. quib. mod. sui.
i d. Auth. §. fin.
k Soz. cōs. 148. & Bal. ibi in subscr. Salic. Auth. ex cōplexu. Seueri. & Cagn. l. pen. C. ad Orfit. nu. 13.

scipiuntur, nec ulli pœnæ affines esse[a], & talem congressum uere damnatum non dici[b], sequitur ergo Iustinianum de his in ultima parte minime locutum, nec hos exclusos esse, Quin cum ille filiorum tria genera distinxerit, legitimos, naturales, damnatos, ac damnatis quidem omnem penitus successionem interdixerit, hiq; ut modo ostendimus, dãnati proprie non sint, cæteris uero ex testamento capere permiserit, credendum est potius hos in naturalium ordine contineri uoluisse, cũ & ij large naturales nominari queant, tam etsi ex furtiuo quodam coitu sint procreati[c]: Nã cum euidentissimum sit, hos nec legitimos, nec damnatos esse, dicatq; Iustinianus se perfecte omnes filiorum species numerasse[d], nonne necessarium ferè est, hos in naturalium numero referre, cum alium non possint locum obtinere? Adiuuat hoc & exemplaris Græci authoritas, ubi de Nothis fit mentio[e], quod uerbum nedum naturales, & sed spurios cõplecti posse, aliàs latius explicauimus. Censeo Igitur spurios hos à patre recte institui in testamento posse, tũ rationibus prædictis, tum maxime, quod eorum natales, seu parentũ concubitus, nulla à legibus pœna mulctatur, quod argumentum est, eos non usq; quaq; iuri odiosos esse, & ita etiam alios insignes Doctores sensisse reperio[f]. Quæ si uera sunt, ea tamen semper obseruanda duco, cum pater eis quid uult relinquere, quæ supra de naturalibus tradidimus, an scilicet alios pater legitimos habeat filios, an uxorem, an cætera quæ antea copiosius relata fuerunt.

a Bart. Ang. l. si uxor, de adult.
b Dec. conf. 306. et 311. Alex. 139. in 1. Soz. 148. & l. gallus. §. quid si. num. 5.
c Dec. conf. 155. 1. col. Abb. c. p ue- nerab. q fil. leg. nu. 31.
d d. Auth. in fi.
e Auth. Græ. de Nothis.
f Salic. Auth. ex cõplexu. Alcia. parerg. 4. cap. 5. in fi. Crauet. cõs. 166. nu. xi. Boer. Decis. 127. nu. 6.

Nati ex pluribus concubinis possint ne à patre instituti, et spurii quomodo succedant matri.

1 Sit ne damnatus concubitus cum pluribus concubinis.
2 Naturales patrem in ius sine uenia non uocant.
3 Qui spurii succedant matri, & cognatis
4 Qui succedant spurio ubi nullos cognatos habet.

CAP. XLI.

CVM dicat Iustin. eos qui ex pluribus concubinis nati sunt, cũ quibus pater eodem tempore consuetudinem haberet, legibus odiosos esse, et à sua constitutione procul excludendos[g], Hinc quoq; nostra distinctio confutari uidetur, quam modo de spurijs retulimus, Voluimus siquidem eos spurios ex testamento uocari posse à patre, quos ipse ex congressu non damnato suscepisset, Sed cum hoc ipsum cum pluribus concubinis commercium, ad fornicationis accedat speciem[h], quæ legibus impunita est[i], Cur negat deinde Imper. quicquã talium concubinarum filijs benignitatis esse impartiendum? Ego ut obi-

cem

g §. si uero effusa. Auth. quib. mod. nat. sui.
h d. §. si uero.
i Abb. c. inter opera. de sponsal.

1 cem hunc amoueam, id diligenter puto considerandum, sit ne hæc libidinis species, de qua agimus, inter damnatos coitus referenda, Mihi enim ut plurimum sanè uidetur referenda, cum perspiciam Iure ciuili, ad ineundum cum honesta muliere concubinatum, pro testationem ut euitetur legis Iuliæ pæna, esse necessariam[a], Quod si cum pluribus quis uersari incipiat, difficillimum est hunc uel stupri aut adulterij crimen posse euadere, ex quo ius ciuile unius tantum concubinæ consuetudinem admittit, eamq́ cum denuntiatione, quæ cum uni semel facta est, iam cæteris nihil potest inseruire[b]: Ideoq́ nil mirum est, si tales liberos, ut ex damnato natos coitu expulit Iustin. quod cum præcedenti capite nostro consentit. Si tamen tales essent hæ concubinæ aut potius meretrices, adeo obscuræ & sordidæ, ut ijs nulla stupri nota impingi posset[c], tunc dicerem Iustiniani uerba nequaquā in his esse intelligenda, propterea quod illarum congressus extra legis pœnam sit, ut aliàs tradidimus, aut etiam generaliter forte id affirmarem, qualescunq́ essent hæ concubinæ, illarum tamen filios à testamento patris non excludi, cum ab intestato tantum rejiciat eos Imper. ob incertam forte prolem & indiscretam[d], non quotiens ex certo patris iudicio quid ad eos esset peruenturum. Mouetq́ me maxime, quod ijdem matri legiti-
2 mi successores approbantur[e], patrem etiam in ius sine uenia uocare non possunt[f], quæ res sanè demonstrant, illos non omnino nefarios habendos, nec cæteris ex punito concubitu prodeuntibus æquiparandos[g]. Et hæc sanè distinctio, ut consideremus, quales sint spurij, uulgares ne quidam, an ex damnatis nuptijs suscepti, ut primi ex testamento tantum agnosci posśint, ab intestato repellan-
3 tur, cœteri utroq́ remedio prorsus careant, sicuti patris ratione uidetur æquissima, ita quoad materna bona nullam habet dubitationem, siquidem fatentur omnes, spurium & uulgo quæsitum filium, semper matri succedere posse, nedum ex testamento, sed & ab intestato, dum tamen ex eo complexu ortus non sit, qui accusari iure posśit[h], hincq́ tam frequenter comperimus, illos legitimos matri, aut per eam lineam cognatis hæredes fieri[i], ab eaq́ eadem ratione esse educandos[k]. Recipit tamen & hæc regula declarationē, si enim mater illustris fuerit, & filios iustos susceperit, spurii à legitimis in successione excluduntur, ita ut nec testamento, nec donatione, quicquam ab ea capere posśint[l]: Quod si soli spurij matri illustri adsint, aut etiam cum legitimis, sed matri non illustri concurrant, utroq́ casu cōtra Accursij sententiam[m], eos matri succedere & uerius, & re

a l.iij.de concub.

b Bal. l. eam quā. C.de fideic. nu. 35.

c l.quę adulteriū.l. si ea. C. de adulter.

d ℣. & hoc dicimus.℣.nāsi hoc nō sanciuerimus. d.Auth.

e Bart.l.fin.de his quib.ut ind.nu.3.

f Imo.§.si quis rogatus. col.4.

g Alex.l.ij.in princi.nu.13.de in ius uocan.

h Glo.§. pen. Inst. ad Orf. & in. l. pen.C.eod.Ang. §.fin. Auth. qb. mo. nat.sui.Bar. l.fin. ꝗ his qb. ut indi.

i l.si spurius.l.ij.l. modestinus. nu. cogn. l. siue ing. Ad Tertyll.

k l. si qs à liberis. §.i.ꝗ lib. agnos.

l l.pen.C.ad Orfit.

m Glo.§.fin.Instit. ad Tertyll.

a Ang. d.§. fin. & d.Auth.§. fin.
b §. de nepotibus. d.Auth.
c Dec. cons. 311.1. col. Alex. 174. in 5. & 150. in. 2.
d Dec. c. at si cleri ci.§. de adult. nu. 18. de iudic.
e Capr. cons. 1. Quod uidetur cõ tra §. de nepoti bus. in. d. Auth.
f Bal. d. l. pen. C. ad orfic.
g l. quo tutela. ubi Glo. de reg. iur.
h Bal. Ang. Castr. l. nutritoribus. C. com. d succes.
i l. 1. C. de bon. uac. lib. x. & Crauet. cons. 138.
k Dec. cons. 311.
l cap. 43.

ceptius est[a], Et hæc omnia pari ratione seruanda erunt, si de succedendo ipsi spurio agatur[b], quoniam traditum est mutuas esse in hac re successionis causas[c], quanuis aliter in dispensatione, quæ strictissime accipitur, nec ob maiorem etiam rationem ad alium casum extenditur[d], non inepte quibusdam uisum sit[e]. Deficientibus autem omnibus per lineam maternam coniunctis, uxor spurio hæres erit[f], inde ad tutorem, iure suscepti muneris hæreditas perti- 4
nebit[g], dum tamen spurius intra decimum quartum annum, quo tempore sub tutela est, moriatur[h], alioquin semper deinde fiscus bona ea uti uacantia occupabit[i]. Quæ tamen intelligenda sunt ubi propria essent ea spurii bona, idest non à patre quæsita, alioquin si cõstaret id quod spurius detinebat, olim paternum fuisse, tunc eo mortuo, totum hæredibus legitimis patris esset restituendum[k], nisi fortasse id à patre in fraudem legis factum esset, secundum Distinctionem alibi à nobis traditam[l].

Spurii nati ex coniugato, & soluta, an parentibus succedere prohibeantur.

1 Adulterium iure ciuili quod dicatur.
2 Vxor maritũ suũ nec adulterii, nec stupri accusare potest.
3 Intell. l. 1. C. de adulter.
4 Maritus cũ alia fœmina non uxore congrediẽs, quãdo accusari possit.
5 Nati ex coniugato & soluta, nõ semper ex damnato coitu orti intelliguntur.
6 Cõstante matrimonio, concubinam habere non licet.
7 Non omnia quæ prohibentur, pœnã habent constitutam.
8 Adulterium iure canon. etiam ex parte uiri iudicatur.
9 Pœna incestarum nuptiarum, an Iure canon. locum habeat.
10 Adulterium iure Canon. uocatur quilibet illicitus concubitus.
11 Damnatus coitus, aliter Iure canon. aliter Iure ciuili sumitur.
12 In successionibus, Iura ciuilia seruantur etiam iure Canon.

CAP. XLII.

EST ergo illud, ni fallor, satis probatum, spurios qui ex damnato coitu orti non sunt, hæredes matri, quandoq; et patri esse posse, Verum incidunt quandoq; quæstiones, de uarijs coniunctionum generibus, quas sint ne damnatæ, aut minus ignoramus, cum eas certo loco constitutas non reperiamus: Vnde filij quoq; possint ne succedere merito dubitamus. Exempli causa, si maritus quispiã ex soluta aliqua muliere prolem susceperit, incertum uidetur filij ne illius hæreditatis capaces censeantur: Sozinus & Baldus eos succedere matri posse dixerunt[m], eo quod adulterium iure ciuili id non di- 1
catur, ubi cum soluta muliere nobis est negotium[n]. Nam tunc alterius torum non lædimus unde adulterium dictum uolunt[o], pro-

m Sozin. cõs. 148. Bal. Nou. ibi in subscrip.
n l. 1. C. d adulter.
o c. lex. §. 1. 36. q. 1. l. inter §. 1. de adult.

ptereaq;

pptereaq́ nec damnatum hunc concubitum esse aiunt, qui filijs suc-
cessionem debeat prohibere. Quæ Sozini ratio, si uera est, quanuis
ipse de matris disputet hæreditate, idẽ tamen & de paternis bonis di
cẽdũ esse sequeretur, ubi pater in testamẽto aliquid his relinqueret,
ut supra disseruimus. Cõtra uero integro consilio respõdit Decius[a],
qui uoluit damnatum hunc concubitum omnino dici, quod pœna
illi Iure constituta sit, non quidem adulterij, sed stupri, ut & Impera
toria constitutione expressum ait[b], & multi alij doctores tradide-
runt[c]. Ego uero, si credidit Decius uxori ius esse maritum suum cum
alia fœmina congredientem, stupri accersire, aut quicquam simile
2 ea constitutione caueri, longe quidem illum falli existimo, excludit
enim ille textus mulierem ab omni prorsus accusatione, nedũ adulte
rij, sed stupri: Nam cum lex Iulia de adulterio æque ac de stupro lo-
quatur[d], hæcq́ publica crimina sint[e], sequitur etiam eorum actiones
fœminis esse interdictas[f]. Vnde miror satis quomodo eam legem
in opinionem suam attulerit Decius, cum ibi de stupro nihil agatur
siue ab uxore, siue à quocũque alio accusatio proponatur, Quin hoc
solum ait ille tex. mulieres quanuis matrimoniũ suum à marito uio-
3 latũ uelint expostulare, accusationem tamen contra eum instituere
haud posse, Idest quãuis eius rei multas haberẽt probationes, quibus
maritum tori fidem non seruasse uellent docere, adhuc tamen nullũ
ius publico Iudicio aduersus maritum posse exercere, eo quod mari-
to tantum hæc accusandi facultas lege concessa sit, non uxori. Quæ
res & uerbis Gellij in Noct. attic. conuenit, qui ita ueteri iure scri-
ptum ex Marci Catonis oratione refert. In Adulterio uxorem
tuam si præhendisses sine iudicio impune necares, Illa te si adulte
rares digito non auderet contingere, neque ius est. Et Syra
apud Plautum in Mercatore conqueritur mulierum conditio-
nem his uerbis.

E castor lege dura uiuunt mulieres,
Multoq́ iniquiore miseræ quam uiri.
Nam si uir scortum duxit clam uxorem suam,
Id si resciuit uxor, impune est uiro.
Vxor uiro si clam domo egressa est foras,
Viro fit causa, exigitur matrimonio.
Vtinam lex esset eadem quæ uxori est, uiro.

Non ideo ego tamen Decii opinionem undequaq́ falsam dico, sed
prout nec illi, sic nec Sozino omnino in hac re hærẽdum esse existi-
4 mo: Sic enim credo maritum qui cum alia fœmina rem habeat

a Dec. cõs. 306. q̃uis cõs. 311. nu. 2. id deinde non firmet.
b d. l. 1. C. de adul.
c Sali. l. 1. C. de concub. Anch. cõs. 335. in prin. Gozad. cons. 21. col. pen. Alex. cons. 60. in. 2. num. 32. Caccial. late in. l. pen. C. ad Orfit. col. xi. xij.
d §. Item lex Iuliæ Inst. de publ. Iud.
e l. i. de pub. iud. et d. §. Item.
f l. de crimine. C. qui accu. nõ poss.

iure ciuili ſtupri quandoque accuſari poſſe, quandoque non poſſe.
Nam ſi obſcura ſit, uiliſq; admodum ea mulier quam maritus præ
ter uxorem cognouerit, omne in eo ſtupri crimen ceſſare pu-
to: cum talem concubitum extranei quidem accuſare nequeant, ut
qui publice impunitus dicatur[a], minus uxor, cum ipſa nullam aduer
ſus maritum eo nomine actionem habeat[b], niſi fortaſſe iniuria-
rum[c], quod & ipſum dubium puto, ſi uera ſunt, quæ Marcus Cato
in ſua illa oratione ſcripta reliquit: Quod ſi paulo honeſtior de-
centiorque fœmina ſit, & tunc cum Decio ſentirem, maritum cum
ea impudice uerſantem, quanuis non adulterij, attamen ſtupri
crimine condemnari poſſe, non quidem uxore id ei objiciente,
nam uxori id non licet, ſed alijs forte accuſantibus, nec enim
æquum eſt eum impune ab hoc crimine dimitti: Vnde quod ad 5
filios attinet de quibus in præſenti diſputamus, si ex concubitu non
uiliſsimæ & improbiſsimæ fœminæ orti fuerint, quãuis ſoluta eſſet,
crederem damnatam hanc coniunctionem dici, nec filios paren-
tibus poſſe ſuccedere, ſecundum ſupradicta: Quod ſi abiecta fue-
rit conditione illa fœmina, tunc ſecus putarem, & hoc caſu Sozi
ni ſententiæ ut ueriori locum concederem. Quod ſiquis urge- 6
ret adhuc ea ratione quod expreſſe prohibitum ſit, ne cui conſtan-
te matrimonio concubinam habere liceat[d], ita ut nec domino cui
uxor adſit, amplius cõſuetudo ulla cum ancilla ſua permittatur[e], nec
diſtingui his caſibus qualis ſit ea mulier, cum qua iungit ſe ma-
ritus, uilis ne an honeſtæ conditionis, quaſi leges id unum tan-
tum ſpectent an maritus poſtergata legitima uxore ſua, alterius
mulieris familiaritatem ſequatur, hancq; ſolum indignitatem gra
uiter ferant, ob idq; eum etiam ignominia plectant[f], Reſponde-
rem primo, non loqui nos de marito, qui præter uxorem detineat
etiam apud ſe perpetuo concubinam, prout Doct. illi uidẽtur intelli
gere, ſed de eo, qui præter legitimum torum, furtiuos etiam cum
alijs concubitus quandoq; non aſpernatur, ut multis contingere
uidemus: Aut tandem exemplo me Diui Marci protegerem, qui re
ſcripſit eum hæredem qui prohibet funerari ab eo, quem teſtator
elegit, non recte facere, pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe[g], 7
Sic concedam & ego maritum quidem minus honeſte decenterq;
facere, ex quo tamen pœna illi ob hoc nulla indicta eſt, pro-
pterea & concubitum illum damnatum non fore appellandum, fi-
liosq; ad ſucceſsionem admitti poſſe. Quæ quidem iure ciuili ita
ſe habent. Hodie uero cum iure Pont. adulterium id æque dica- 8
tur

a l. quæ adulteriũ C. de adul. Ang. l. ſi uxor ꝗ adul. Bar. l. uerum. de furtis.
b c. apud 32. q. 1. §. publico.
c Bal. d. l. 1. C. de adul.
d l. 1. C. de cõcub.
e l. fin. in fin. C. cõ mu. de manu.
f Bal. l. 2. C. de inc. nup. Dec. cons. 530.
g l. at ſiquis §. diuus. de relig. et ſum. fu.

tur cum uxor alterius uitiatur, ac ubi coniugatus uir se solutæ mulieri immiscuerit[a], dubia magis nunc quoq; ista omnia redduntur. Cum enim in materia peccati qualis hæc est, leges semper cedant canoni[b], Canon uerò adulterium hoc appellet, de quo nos agimus, iam sequitur ut & damnatus hic concubitus hodie rectè sit uocandus, cum adulterium criminali supplicio plectatur, sicuti aliàs damnatum diffiniuimus[c]. Nam cum aliquid certo delicti nomine lex demõstrat, pœnam quoque eandem ac nomen illud meretur, illi crimini constituisse existimatur[d]. Sic uidemus pœnam iure ciuili incestis nuptiis
9 impositam[e], in ijs quoq; nuptijs locum habere quas hodie incestas dici Ius Canon. statuit[f]: Sic & cum matrimonium intra quartum gradum contrahi lege municipali sub pœna prohibetur, gradus isti secundum canones non leges accipiuntur[g], eo quod materia hæc, propria est magis iuris Pontificij[h], quod & alijs exemplis liceret comprobare[i]. Qua ratione & huiusmodi filij ex adulterio nati, & consequenter ex damnato concubitu uocandi omnino hodie uidentur, ob idq; incapaces hæreditatis parentum censendi: cum ita ius Pontificium declaret, cui in huiusmodi materia hærendum est, prout & grauissimo Delphinalis conuentus Iudicio hodie decisum extat[k]. Me tamen ista parum sanè mouent, contraq; firmiter sentio: Nam uideo iure Pon
10 tif. omnem illicitum concubitum etiam cum meretricibus, adulterium uocari[l], ex quo sequeretur, pro qualibet fornicatione, hodie adulterii pœnam esse imponendam, quod tamen secus est: Quin & cum concubinatus eodem Iure adulterium dicatur, quia quicquid in ea, quæ legitima uxor non sit, committitur, adulterii crimine uenit[m], sic fieret etiam, ut hodie præter uxorium, cæteri concubitus, omnes semper damnati dicerentur. Vnde nec naturales filii unquam succedere deberent, quia secundum ius istud ex damnata coniunctione geniti sunt, quod tamen aduersus communes interpretum sententias est[n], & spuriorum illa distinctio, de qua supra[o], hodie non amplius esset obseruanda, & quicquid iure ciuili de naturalium, aut spuriorum successione cautum est, id in uniuersum nunc immutatum, & correctum esset, quod ego nunquam admiserim, & eruditis uiris ab
11 surdum uideri debere semper crediderim. Non igitur hoc iure, quod de adulterio aut damnata copulatione dicitur, eodem quo apud leges ciuiles sensu accipiendũ est. Si quidem ibi damnata coniunctio ea est tantum, ut aliàs diximus, quæ criminali pœna potest mulctari, hic de alterius generis pœna intelligitur, ea scilicet, quæ solutis humani huius corporis uinculis ad cœleste summi Dei tribu-

a c. nemo. 32. q. 4. Abb. c. transmissæ. de eo qui cogn. cõs. uxo.
b Glo. c. Possessor. de reg. iur. in 6.
c s. cap. 40.
d l. 1. §. 1. ad turpil.
e Auth. Incestas. C. de inc. nup.
f Abb. c. & ft. de don. inter ui. & uxo. Dec. cõs. 158
g Alex. Dec. l. si Auiæ in fin. C. de succ. ed.
h c. pen. de sec. nup.
i Dec. cons. 155
k Guid. papa. decis. 280. Titius.
l c. Nemo meretrices. 32. q. 4.
m d. cap. nemo. in princ.
n Rip. §. si quis rogatus. ad trebel. nu. 21. & in l. si unquã. C. de reuoc. don. q. 28.
o cap. 16. 40.

nal sit exoluenda[a]. Quæ ergo in contrarium supra adducta fuere, aut huic casui nostro non sunt similia, siquis ea subtiliter animaduertat, aut si etiam sunt, ego de his plurimum dubitarem, cum pœnales sanctiones mihi nisi ijs casibus recipiendæ uideantur qui expresse legibus cauti sunt[b], Aut quicquid de iis dici possit, ipse in hac materia, ubi de successione agitur, à Iuris ciuilis regulis nunquam discedendum putarem, quæ & Iure Canonico quantum ad hanc rem pertinet, seruantur, ut & doctores omnes sæpe attestantur[c]. Et Ita secundum supradictam Iuris ciuilis distinctionem, hæc hodie quoque locū habere affirmarem. 12

a Bart. l. 3. ff. de cōcu. in prin. & Soz. in cōsil. 148. col. 3. uersi. nec etiā
b l. At si qui §. diuus. de relig. & sump. fune. Abb. c. i. de post. præl. nu. 32. Ias. l. cum quidam. nu. 11. 12. delib. & posth.
c Tiraq. in l. si unquam. C. de reuoc. don. uersi. susceperit liberos. nu. 91.

De spuriis ex damnato coitu, et siquid illis in fraudem fuerit relictum.

CAP. XLIII.

NVNC ad alios spurios descendamus, quos ex damnatis nuptiis prodijsse omnino constat, ueluti adulterio, stupro, incestu[d], & hi cū nec filij nomen mereantur[e], tantum abest, ut ad patris siue matris bo 1
na, ullo casu possint aspirare[f], ut nec alimenta quidem ijs iure ciuili debeantur[g]. Quocirca nec eo colore possunt adiuuari, quasi ut extraneis liceat eis quod in testamento relictum fuerit, consequi[h], hi enim præter extranei causam, & paternum delictum habent coniunctum, quod merito illos bonorum parētum reddit expertes[i]: Repellit & eos publicæ honestatis iustitia, ne in tam graui crimine grassandi hominibus impunitas permittatur[k], cum itaque facilius paterna libido coerceri posse cēseatur[l]. Sunt Igitur omnis successionis siue paternæ, seu maternæ, 2
tam ex testamento quam ab intestato penitus incapaces[m], nec ius ullum agnationis aut cognationis cum patre matréue, nec inter se ipsos seruant[n], ita ut nunquam sibi inuicem ab intestato succedant[o], tam etsi olim in Regia curia aliter (& male forte) iudicatum fuerit[p]. Quod quidem in alijs spuriis qui ex damnato concubitu orti non sunt, secus est, retinent enim ij cum matre, & inter se ipsos iura omnia cognationis, licet

d §. itē lex Iulia. Inst. de pub. iud.
e c. 1. 35. q. 7.
f Dec. cons. 288. et 311.
g Auth. ex cōplexu. C. de inc. nup.
h l. extraneum. C. de hær. inst.
i Alex. cons. 74. in 3. nu. 4.
k Bal. l. 1. C. de iur. aur. an. nu. 3.
l l. fin. C. de nat. lib.
m §. fin. ubi. Ang. Auth. quib. mo. na. sui. Cagn. l. pen. C. ad orfit. nu. 45.
n Alex. cons. 174 in 5.
o Dec. cons. 311. Crauet. 138. uer. quarto probatur Cagn. d. l. pen. nu. 46.
p Afflic. Deci. 96, nu. 11.

3 cet non consanguinitatis[a]. His ergo si à parentibus aliquid palàm relictum[r] proponatur, nec ipsi illud consequi, nec parentes amplius id repetere possunt[b], sed scriptis hæredibus, aut uenientibus ab intestato solet applicari,[c] quoniam cum spurij hæreditate illa indigni nō proprio sed alieno delicto uideantur[d], transmittunt relictam sibi portionem ueluti pro non scripto ad legitimos hæredes[e], Sin tacitè relictum sit, ut quod hæredis fidem testator fuerit secutus, tunc quia fraudem legi hæres facere uoluit[f], omnia ad fiscū statim deuoluuntur[g]. Quandoq; tamē euenit, ut et id quod palàm legatum est, occupet fiscus, nō agnati, Quid.n. si cum spurio colludant agnati, alijq; legitimi hæredes, usq; ad decimum gradum, interimq; bimestre labatur spatium, antequam bona ea à spurio uindicent[h]? Quid si ex incesto natus sit filius, nec adsint personæ ab Imper. præfinitæ ad successionem[i]? Quid si specialis quis casus coniunctos reijciat, fiscum admittat[k]? Sic quoq; ex contrario, cum tacitum est fideicommissum non semper tamen potior est fiscus cæteris consanguineis, Quid.n. si extraneus quis ea de re clam rogetur, qui hæreditatem capere non poterat[l]? Quid si testator uerborum tantum inuolucris usus fuerit, aliumq; circunscripto nomine spurij loco appellauerit, cum spurio tamen bona illa restituenda omnes

4 intelligerent[m]? Non enim sat hoc est ad tacitum fideicommissum inducendum, bonaq; ab hærede scripto auferenda, sed id inprimis spectandum est, tacite ne hæres cum testatore de hac re conuenerit, illiusq; fidem testator secreto sit secutus[n], cum nec nudis tantum pollicitationibus, sed uera & efficaci obligatione eum oporteat esse astrictum[o]. Existimauit autem Baldus, etsi de minimo numo in spurium

5 transferendo, inter testatorem & hæredem tacite actum fuerit, totam tamen hæreditatem ob id ab hærede auferendam[p], Sed hoc seuerum nimis & iniquum est, cum pœna delicto par esse debeat[q], satisq; sit in ea quem parte mulctari, in qua deliquit[r], Nam & alibi qui tacite fidem testatori præstiterat, de restituendis indigno bonis quibusdam, non idcirco pupillaris substitutionis auxilio priuandus fuit[s], Et qui hæreditatem alienare prohibitus est, partem mancipādo, ab alijs bonis non

6 excluditur[t], Et emphyteota qui partem rei sibi locatæ uendidit, solum eius ratione pœnas sustinere, non toto iure cadere debet[u], Quod ego fiduciarij clientis, & usufructuarij exemplo[x], uerissimum esse cum Socino[y] putarem: Pœna enim à lege constituta, delicti fines excedere nequaquam debet[z], potiusq; si in alterutram partem sit peccandum, interpretatione molienda quam exasperanda erit[&]. Adeo uero sanè

a l.2.l. si spurius. Vnd.cogn.
b Bal.l.perpetuo, de cond.ob turp. cau.
c l.nō itelligitur. de iur fis. Bar.l. fin. de his quib. ut ind.
d l.legē.C.de nat. lib.
e l. pater. l. nec apud.C. de hær. inst.not.in.l.aufertur, in princ. de iur. fisci.
f d.l. non intelligitur.
g Bart.l.lucius §. in test. de leg.1. & cons. 119. dominus Domin.
h Bal. l. certū. C. und.leg.nu.17.et l.1.C.de nat.lib. Crauet.cōs.166. num.15.
i iux.l.si qs incest. C.de inc.nup.
k not.Bar.l. hæreditas. C. de his qb.ut ind. 1.col.
l Cepol. caut. 38. in 6.
m Alex.cons.202. in 6.
n Dec.cons.311. in fi.Bart.l. nō intelligitur, de iur. fisc. Alex. d. cōs. 202.
o Bal.l.in tacitis, de leg.1.
p Bal.l. ēt.pen.q. C.ad.l.Falc.
q l.rescriptum, de his qb. ut ind.
r l.hæres q.eo.tit. l.oēs in fi.C. cō. de success.
s l.ex facto.§. fin. de uulg.et pu.
t Ias.l.ait prætor ij.nu.5. d iureiu. Alcia. l. stichū. 15.limit. d leg.1.

u Ias.l.fin.C. d iu.emphy. nu. 125.& d. l. ex facto.§.fin. x c.1.de uas.q cōtr.loth. y Soz.§.cato. nu.20. z Bal.cons. 337.in1. & l. interpretatione, de pœnis.

ſpurij iſti a` paternis eijciuntur bonis,ut quoquomodo cõ ſtet patrem
ijs aliquid relinquere uoluiſſe,nunquam hoc ad eos ulla poſſit ratione
peruenire,nec per imaginariam emptionem, nec tacita agnatorum
diſsimulatione,aut alia quauis cauſa[a], cum quod pater ipſe nõ poteſt,
ei nec per mediam liceat perſonam[b], ita ut nec eos etiam ob eandem
rationem ſibi ut filios ualeat adoptare[c],Quod ſi quidem de hac pater- 7
na uoluntate nihil appareret, ceſſaretq; omnis fraudis ſuſpitio, tunc
non prohibentur alij quodcunq; uoluerint liberalitatis genus in ſpu-
rios conferre[y]. Atq; ex his manifeſte colligi poteſt, ſupradicta omnia
in ijs tantum bonis locum habere, quæ ex patris iudicio ſpurij eſſent
conſecuturi, quod idcirco irritum eſſe lex iuſſit, ut eius nefaria libido
cohiberetur[d]. Cæterum nihil prohibet,quin pater ſpurium filium,bo 8
norum ſuorum executorem in teſtamento relinquat, cum tunc nihil
ex eis ſibi retinere, ſed omnia prout iuſſit teſtator in alios debeat di-
ſtribuere,fide etiã iudici facta de ea re, ut omnis fraudis ſuſpitio amo-
ueatur[e],Quin poterit pater ſpurium eundem, non in proprijs, ſed alie
nis,ut puta pupillaribus bonis ſubſtituere[f], Hacq; ratione et fratri ex
teſtamento ſuccedere licebit[g],& ab agnatis uel extraneis quibuſcunq;
quacunq; ratione acquirere[h],ita ut nec illi,cui pater res ſuas reliquerit
ſit interdictum,ſpurium in ijſdem bonis ſibi a' patre peruentis, hære-
dem inſtituere[i],dum tamen ut dixi,res omni dolo careat, qui quidem
abeſſe in dubio præſumendus eſt[k]. Solet is autem tunc ea maxime ra-
tione deprehendi,cum quis nec teſtamento, nec codicillis rogatus, 9
ſed domeſtica cautione, & Chirographo ſe obligauit ad præſtãdum
ei qui capere nõ poteſt[l],Aut ipſe idem qui tacite rogatus eſt,id aliqui-
bus confiteatur[m],uel poſt mortem teſtatoris paſſus fuerit ſpurium il-
la bona poſsidere[n], Quibus & non diſsimile eſt, ſi ſpurius omnia bona
patris ab eius hærede emerit[o], aut per interpoſitam perſonam id effe-
cerit[p], Aut ſtatim poſtquam extraneus ille earum rerum dominium
nactus eſt,in ſpurium quocunq; titulo tranſtulerit[q], uel ſi in emptione
non uera numeratio,ſed de pretio fides habita fuerit[r]: Et generaliter
quotienſcunq; actus aliquis inſolitus & nouus intercesſit,iuſtam habe 10
mus ſuſpicãdi cauſam[s],quales plures a` Doctoribus uarijs in locis refe
runtur[t],Et his caſibus,quicquid ſpurius ex bonis paternis poſsidere re
peritur,id in fraudem ei acquiſitum credi poteſt[u], Aſt his ceſſantibus,
crediderim ego ſpurium a` patre titulo oneroſo, ab alijs uero etiam
lucratiuo res paternas recte capere poſſe[x]:Et ſi fortaſſe adhuc de hære
dis colluſione dubitetur,nullæ tamen ex prædictis extent coniecturæ,

a Dec. conſ. 311. num. 3.
b l. 1. §. ſiue itaq; C. de nat. lib.
c l. legẽ. C. de nat. lib. §. et nos non Auth. quib. mod leg. Port. Inſt. de adop. in fi. Alex. l. itẽ. de his, q ſui ſunt.
y l. ita fidei. §. fin. ff. Iur. fiſ. Bar. Ale. l. 1. eo. tit. Bart. Bal. l. ſi is. ff. uul.
d l. fin. C. de nat. lib.
e Alex. l. cogi. §. hi qui. nu. 4. ad Trebell.
f l. ſi is qui. de uul. ſcd̃m cõmu. ĩtell.
g Bal. conſ. 5. in 1.
h Glo. §. fin. Auth. quib. mod. ſui. Bart. l. fi. de his quib. ut ind.
i Bal. l. eã quã. C. de fideic. nu. 54. Bar. Caſ. d. l. ſi is.
k Alex. conſ. 51. in 2. Corn. cõſ. 236. in 2. litera. B.
l l. nõ intelligitur. in prin. ff. Iur. fiſ. l. in tacitis. de leg. 1.
m Bart. d. l. fin. de his qb. ut ind.
n Imo. d. l. ſi is qui.
o Bart. l. 2. C. de re pud. hær. arg. l. oẽs. §. lucius, quæ in fr. cred.
p l. pupillus. §. pẽ. ubi Bal. de auth. tut.
q l. ſi uentri. §. fin. de priu. cred.
r l. ſicut §. ſuper uacuã. quib. mod. pig. l. pen. et fin. C. ma nd.
s Cepo. de ſimul. contr. præſump. 9. Bal. cõſ. 75. in 2.
t Bart. l. poſt cõtractũ, de donat. cepol. in d. tract. de ſim. cõtr. et nu. 83.
u Bal. l. 1. C. ff nat. lib. Bart. cõſ. 194. Dec. cõ. 311. col. 1. in fi.
x Bal. Alex. d. l. ſi is qui.

11 tunc quoque hæredem cogi posse, ut ad interrogata respondeat, an tacite testatori fidem suam obligarit[a], ut ueritas omnino eruatur, tam etsi cæteri crebrius contra sentiant[b].

a Auth. quib. mod. na. sui. §. nos igitur. uer. peterãt, et v. sic n. nequaquam. et Bart. d. cons. 194. et. l. 2. §. quod obseruari. C. de iureiur. prop. cal.
b Curt. Tract. posit. num. 45.

Rogatus cui uelit hæreditatem restituere, an possit testatoris filium spurium eligere, An etiam suum ipsius Spurium.

1 Fraus in dubio non præsumitur.
2 Qui cogit aliquid dare, an dando, liberalis uideri possit.
3 Quod fit alterius præcepto, ab eo id factum recte uidetur.
4 Executoris testamentarij munus.
5 Primo nostris, inde alijs subueniendum.
6 Clericus ex fructibus ecclesiæ, consanguineos suos pauperes alere potest.

CAP. XLIIII.

SUNT quidam uero casus, in quibus recte dubites, fuerit ne fraus adhibita, aut minus, ut cum quis a testatore rogatur, hæreditatem cui uelit, arbitratu suo restituere, Nam si is spurium testatoris eiusdem filium elegerit, censent plerique eum non admittẽdum[c], propterea quod
1 a testatore ipso propter illa uerba capere uideatur[d]. Ego alias contra aiebam, eo quod fraus indicijs perspicuis probanda esset[e], nec in dubio hæres doli & criminis insimulandus[f], Nam et is cui aliquẽ instituendi optio data est, indignum recte eligere potest[g], quin nec necessitudo aut sanguinis coniunctio ullam fraudis suspitionem inijcere solet[h]: Quod eo magis hic affirmandum uidebatur, quod bona ipsa, non recta ex testatoris capiuntur uoluntate, sed potius hæredis, Si quidem testatoris præceptum, id solum facit, ut bona illa necessario ab hæ-
2 rede in aliquem sint conferẽda, uerum quod huic potius quam illi tribuãtur, in hoc hæredis uolũtas, liberalitasque agnoscitur[i], qui hunc cæteris omnibus quos eligere potuisset, præfert[k], Quam sententiã, Bartolum quandoque ac Baldum defendisse[l], tandemque Corneum integro responso pluribus argumentis comprobasse animaduerteram[m]. Nunc tamen aliam sequor opinionem, uideo. n. testatoris præceptũ, meram necessitatem parere, nec ullum fere propriæ heredis beneficentiæ locum relinquere[n]: Cum uero quid ex necessitate geritur, hoc non ab eo qui id tunc agit, sed ab eo qui id ita faciendum præcepit, est agnoscendum[o]: Nudum tantum uersatur in hac re hæredis ministerium, cæterum ius ipsum totum a testatore oritur,[p] exẽplo fideicommissi,
3 quo quis testatori, non hæredi succedere dicitur[q]. Hinc si Decuriones negocium Duumuiris dederint, ut quem ipsi elegerint, eorum nomine litem instituat, is ab ordine magis, quã a Duũuiris ad id uocatus existimabitur[r]. Hinc si magistratus mandato populi aliquid constituerit,

c Bar. l. fin. de his qb. ut ind. Cast. l. lucius. §. fin. de leg. 1. Cepol. cau. 38.
d l. unũ ex fam. §. 1. de leg. 2.
e d. dolũ. C. de dolo.
f l. et merito, pro socio.
g l. cũ quidam. de leg. 2.
h d. l. fin. in princ. de his qb. ut. ind.
i Glo. c. relatũ, de præbẽ. in fi. et c. fin. de off. uicar. in 6.
k Soz. l. 1. §. denique nu. 6. ad Trebel.
l Bar. l. lucius. §. fi. de leg. 1. Bal. cõs. 242. in 2.
m Corn. cons. 226. in 2.
n d. l. unũ ex fam. §. 1. de leg. 2.
o Ias. l. si is q pro emptore. de usucap. nu. 352.
p Castr. d. l. unũ ex familia.
q l. cohæredi §. cũ filiæ, de uulg.
r l. itẽ. §. si decuriõ. quod cuiusq. uniu.

illud nō amplius deleri poterit, eo quod nō magiſtratus, ſed populus id uere ſanxiſſe dicitur[a], quod & multis aliis exemplis Doctores declararunt ad rē noſtrā maxime accōmodatis[b], ut intelligamus, quod patri erga ſpuriū recta uia nō licuit, nec id ēt hæredi, huiuſmodi colore permittendū, quod & Bartolus ex facto alias reſpondit[c], & Baldus etiam ſecutus eſt[d]. Quid uero ſi cui bona aliquot à teſtatore relinquerētur, ut ea in pauperes, aut pios uſus diſtribueret, credimus ne licere illi, in filium propriū ſpuriū ea conferre? Ego & hic ſanè ſubſiſto, quicquid alij ſentiant[e], non quidē ſupradictis rationibus, nam illæ huc non pertinent, ſed quod is qui ſe filijs ſuis beneficum gratumq; præbet, paterna magis affectione, quā uera in Deum pietate mouetur[f], unde teſtatoris non omnino ſatisfacit uoluntati, & quia is qui executor teſtamento 4
relictus eſt, nihil ex iis bonis in rē ſuam conuertere debet, ſic.n. expilator potius, quā diſtributor bonorū diceretur, ut Baldus ait[g], Non ergo Spurij proprij à patre eligi poſſe uidentur, nam cum eos alere antea ipſe teneretur, nunc ſi inter illos hæc bona diuideret, ſtatim ſe ipſū quoq; eo onere liberaret, cum ipſi ex his bonis ſibi neceſſaria uictui iā poſſent ſuppeditare, unde pater ad id amplius cogi non poſſet[h], & conſequenter ex hac diſtributione magnū ſibi cōmodum & lucrum comparaſſet. Alij tamen contra aiunt: Quo circa crederem ſic recte diſtingui poſſe, quod ſi executor relictus uere pauper erat, euidēſq; erat eius inopia, poſſit ille filio ſuo ſpurio, quantum ſit ei ſatis futurum pro alimentis de bonis teſtatoris elargiri, eo quod cum ille hæc de ſuo commode non poſſit filio præbere, nunc cum oblata ſit hæc ei occaſio, qua debet aliorum egeſtatem & penuriam hisce bonis ſubleuare, in cul- 5
pa potius eſſet, ſi hoc caſu extraneos ſuis anteferret[i], cum prima charitas incipiat à ſe ipſo[k], & eadem ratione clericus ex prouētibus eccleſiæ, 6
ſpurium alere, & ſorores pauperes dotare poſſit[l], dum tamen hæc moderate agantur, habita ratione neceſſitatis tantum filij ſui, non ut eū ex his bonis locupletem reddat[m], Quæ opinio maximorum iuris interpretum fuit[n], & ut mihi uidetur, perquam probabilis. Quod ſi proprijs bonis ſatis pater afflueret, tunc contrarium ſanè dicēdum eſſet, ut modo diſſerebamus, poſſetq; forte & hæc eadē diſtinctio præcedēti quæſtioni inſeruire, ut Alex. ſenſit[o], quanuis ſiquis ſubtilius utranq; inſpexerit, uideat non nihil diuerſitatis inter eas ſupereſſe.

a Rom. cons. 116.
b in d. l. unū.
c Bart. cons. 194.
d l. id quod paup. C. de epis. et cler. nu. 41.
e Anchar. cōſ. 436. Alex. l. ſi is qui. de uulg. col. fin.
f arg. l. neſennius, de neg. geſt. Dec. cōſ. 120. nu. 4.
g Bal. Repet. l. i. C. de ſacros. nu. 48
h l. 5. §. ſed ſi filius. de lib. agnoſ.
i c. quiſquis. 12. q. 2. ubi Gemin.
k l. præſeſ. C. de ſerui. & aq.
l Curt. de Iure patr. ℣. honorificum. nu. 12.
m c. eſt probanda. c. non ſatis. c. dominus. 86. Diſt. Bal. l. id quod. C. de epiſ. & cler. nu. 41.
n Soz. cōſ. 11. col. 2. Ripa Tract. de peſte. cap. deuenio. nu. 164. & 174. Alcia. Reg. i. præſump. 29. nu. 7. 8.
o Alex. l. diuus, ad. l. Falc. col. 2.

Qua ratiōe poſſint ſpurii aliquid a parētib. cōſequi.

1 Spurius iure ſocietatis cum alio contractæ, ad paterna bona quādoq; admittit.
2 Spurius à patre inſtitui poteſt, cum capere poterit.
3 Mortuo patre, quādo ſpurius agnatis inuitis poſſit legitimari.
4 Cautela in fauorem ſpurij, ut ſtatim denunciet bona fiſco.

ſpurius

CAP. XLV.

SED quas modo fraudes ad spurios instituendos retulimus, palam se omnibus produnt, facillimeque deprehenduntur, atque ideo nihil ut diximus, illos solent adiuuare. Reperiuntur tamen cautiores aliquot insidiæ, ita ueritatis specie obumbratæ, ut & legibus ipsis imponant, spuriosque paternorũ bonorũ compotes efficiant: Quãuis autẽ Caium illum Aquilium dicere solitum legamus, Iurisconsulti prudentiam in cauendo, nõ decipiendo debere uersari, quia tamen animaduertimus multos illegitime natos, summis quandoque uirtutibus præditos esse, eaque de causa maxime dignos, qui in paterna hæreditate succedere debeant, propterea in præsenti constitui, aliquot insigniores modos tradere, quibus parentes optimi, de his filijs suis probè liberaliterque instituti, quanuis spurijs, benemereri possint, cum non uideatur is legi fucum facere, qui bonos honestosque uiros, quacunque potest ratione, ad-
1 iuuare contendit. In primis[a] igitur si contrahat spurius omnium bonorum societatem, cum patris filio legitimo et naturali, alio ue patris affine & coniuncto, hicque deinde à patre hæres instituatur, poterit spurius dimidium eius hæreditatis consequi[b], quæ socio suo relicta est, cum ita inter eos inita sit societas, ut omnia bona communia sint futura[c], nec enim hic suspicabimur patrem idcirco ea bona huic reliquisse, eo quod iure societatis deinde ad spurium essent peruẽtura, Nanque & si ea societas conflata non esset, uerisimile tamen est, non minus patrem, eum quẽ nunc sibi hæredẽ esse uoluit, & antea instituturum, cum eũ aut filiũ illius legitimũ, aut ualde coniunctũ esse præsupponamus[d].
Sed & si ita spurius à patre instituatur, cũ capere poterit, ualet hæc in-
2 stitutio[e], interimque donec legitimorũ iura à Principe adipiscatur, idẽ iacẽti hæreditati curator dabitur, bonaque illa administrabit[f], quod consiliũ uti tutissimũ, licet aliqui repugnẽt[g], frequẽtius tamẽ est à plerisque approbatũ[h], Immo institutus sub ista cõditiõe, post mortẽ patris pote-
3 rit legitimis naturalib⁹ recte restitui, quãuis agnati quibus est iã ius quæsitũ, id aut ignorarẽt, aut etiã recusarent[i], quod alioquin mortuo patre, si hæc cõditio apposita nõ esset, absque eorũ cõsensu nõ licuisset[k].

a Corf. in sing. V. spurius.
b Bart. l. si is q. de lib. leg. et Bal. l. 1. C. pro soc. 14. q.
c l. si societatẽ uniuers. pro soc. Fel. c. multorũ. de Iudæ. num. 2.
d arg. l. sed si plures §. in arrogato. ff de uul. et pup.
e l. in tempus, ubi Ang. de hær. inst.
f l. si quis instituatur. eod. tit.
g Imo. d. l. in tempus. Bal. cã q̃. C. de fideic. nu. 48. Ang §. hæres. Insti. de hær. qual. et diff. Gozad. late cons. 21.
h Bal. l. fin. C. und. cogn. num. 26. & cõs. 72. in 5. 146. li. 1. Cast. l. 4. C. ff leg. Alex. late. l. gallus §. institu.
i Ias §. et qd si tantum nu. 138.
k l. pen. ff nat. rest. l. diuus. ubi Bar. de Iur. aur. ann.

Illud quidem ſat patet,ſiquid ei à patre tacite fuerit relictum , is autẽ antequam cauſa eius ad ærarium deferatur,fiſco ſponte id denuntia- 4
uerit,dimidium ſemper portionis illius conſequi[a],quod tamẽ in ijs tan tũ bonis eſt intelligendum,quæ ad fiſcum nõ ad agnatos eſſent peruẽ tura[b],in alijs enim fruſtra fieret delatio[c]. Si ſpurius etiã religioni no men dederit,cum ex eo omnis macula deleta cenſeatur[d], patrẽ arbitra
tu ſuo recte illi quodcunq; placuerit,legare poſſe puto[e], tã etſi Decius 5
cõtra reſpondiſſe uiſus fuerit,in eo qui ſacris initiatus erat,ut nec ali- mẽta ei à patre relinqui poſſint,quoniã ſe ſacerdotij prouentu ſatis ho neſte poſſet enutrire[f]:Sed Decius in hoc iure probandus non eſt, cum
notiſſimum ſit eos qui ſub Chriſti ſignis incipiunt profiteri,& ſi ſpurij 6
ſint , legitimos tamen ſic ſtatim fieri[g], ac olim per oblationem Curiæ, natalibus reſtituebantur[h],idcircoq; ut cæteros legitimos, quiduis re- cte à patribus conſequi poſſe[i],Nec uero diſtinguendum eſt, Clerici ne
tantum ſint,an ſe Monaſterio alcui dicauerint,quoniã cũ idẽ utriuſq; 7
uitæ ſit finis,idẽ etiã de ambobus iudicandum erit[k]. Hodie quoq; cũ 8
pater quoſcunq; illegitimos filios alere teneatur[l], dubium nõ eſt,quin illis certa portio ab eo relinqui poſſit, unde ſibi ad uictum neceſſaria queant comparare[m],qua ratione & emphyteoſim illis poterit ſtipula- ri,quæ alimentorum loco ſuccedet[n],non debent hæc tamen legitimũ modum excedere,ſed talia eſſe,quæ uiri boni arbitratu honeſtam ui- tã,cultumq; deceant[o], Quæ quoniam ad eorum hæredes nõ eſſent per uentura,cum ratione alimentorum relicta ſimul cũ uita ſoleant extin- gui[p], ideo optimũ erit,ſi pater nepotibus ex ijs naſcituris,ea per fidei- cõmiſſum reſtitui iubeat,quod illi ſanè licet[q]. Et hæc ratio ſuadet,ut idem in filia ſpuria dicamus , quam pater eo poterit argumento dota re,quod dos alimentorum loco habeatur[r],ut aliàs à nobis diſputatum eſt[s]. Exiſtimo etiam ſpurium à patre hodie ita inſtitui poſſe,ut hære- ditatem deinde ſtatim alicui reſtituat,quanuis enim hoc nonnulli ne gent[t], cum tamen hæc inſtitutio ſaltem alimentorum ratione ualeat,
recte etiam dicemus,ex aſſe eum poſſe hæredem relinqui,cum eo one- 9
re,ut alteri reſtituat,ſiquidem hi qui ſolidum capere non poſſunt,dum tamen aliquid capiant[u],etiam ad omnem hæreditatem in alium con- ferendã idonei haberi ſolent[x], Quod ſi fideicõmiſſarius illã deinde re-
pudiet,ad ſpuriũ ſtatim pertinere,quidam tradiderunt[y], quod tunc il 10
lã non à patre accipiat,ſed à fideicõmiſſario qui eã reiecit[z]: Hoc tamẽ apud me re uera ſcrupulo nõ caret,cum ſpurius ille directo à teſtatore id totũ cõſequi uideatur,cũ in fideicõmiſsis tacita ſemper illa adſit cõ

a l.edicto.§.extat. l.Senatus.§.Sena tus.l.cũ tacitũ. de Iur.fiſc.
b l.3.đ hs quæ pro non ſcr.
c l.in metallum,de Iur.fi.Cepo.caut. 38.in.6. caſu.
d Auth.de monac. in princ.
e Præpoſ.c.cũ ha- beret.col.3.
f Dec.cõſ. 576.
g Marſil.ſing.273. ꝟ. limito etiam.
h Bal.l.i.C. de ſa- cros.num.25.Iaſ. Auth,nõ licet.C. đ lib.præt.nu.4. Ruin.cõſ.89.col. 1.in,3.
i Alex.conſ.35. in fi.in.3. Fel. c. cũ đputati, đ Iudic. nu.2.
k Dec. c. in præ- ſentia,đ probat. nu.58.Abb. c. qđ dei. .de ſta. mon. nu.10.
l c. cũ haberet, de eo qui dux.
m Bart.l.fin. đ his quib.ut ind.
n Afflic.Decis.99.
o Bal.l.eã quã. C. đ fideic.nu.41.
p l.dominus.§.fi.đ uſufr.Dec. conſ. 311.nu.4.
q l.fin.C.đ nat.lib. Bart. d. l.fin. de his quib. ut ind. Dec.conſ.462.
r Bart.Auth.ex cõ plexu. C. de inc. nupt.Dec.cõſ.611
ſ cap.49.
t Imo.l. ſi quis ſo- lidũ,de hęr.inſt.
u Glo.l.eam quam C.de fideic.
x l.cum ei, de leg.ij.l.cogi.§. hi qui.ad Trebell. ubi Alex.nu.2, 3. §. ſi pater. cumGlo.de iur.dot.
y Cepo. caut. 38. in.2.
z arg.l.profectitia

ditio

ditio, si fideicõmissarius uoluerit, ei hæreditas restituatur[a]: Quòd si ab eo repudietur, iã ille nihil de suo largiri dicitur, sed tantũ nõ acquisiuisse[b], quo casu omnia potius à testatore proficisci uidētur, quod fieri nequaquã potest: Accedit quod ita repudiãte fideicõmissario, maximus est suspitioni locus, ne tacite cum testatore de hac re conuenerit, Ideo tunc tantum hoc forte recipiendum esset, ubi fideicommissarium constaret nullius rei occasione, sed spõte delatam sibi hæreditatem, in spurium contulisse, omnisq; doli & collusionis suspitio euidenter abesset.

11 Si etiam pater spurii soluendo non sit, credo tunc ab eo illum recte hæredem institui posse, cum legis prohibitio ad huiusmodi non pertineat hæreditates, quæ soluendo non sunt[c]. Credunt & nonnulli, si spurius filius de patre suo benemeritus fuerit, extentq; aliqua ab eo

12 in illum collata beneficia, posse hac occasione patrem filio bona relinquere, tanquam remunerationis gratia, & mutui cuiusdam in illum officij[d], quod & mihi sanè non displicet, si tamen merita hæc commentitia nõ sint, sed re uera à filio in patrem profecta, qua in re, nec patris assertioni fides esset adhibenda, nisi euidenter talia merita & beneficia præcessisse probarentur[e], ut & Ruinus ex facto respondit[f]. Præ cæteris autem optimum solet id esse consilium, si spurij à Principe in legiti

13 morum numerum cooptentur, tunc enim cum à legitimis nihil differant[g], pater non solum eos poterit instituere, sed ipsi simul cum legitimis ab intestato æque succedent[h]. Quod adeò uerum est, ut & si pater spurium instituerit, eoq; uiuente idem ad legitimorum iura peruenerit, institutio illa omni tempore ualida habeatur, ac si ab initio iustis natalibus fuisset restitutus, quod frequentissime est proditum[i], nec enim subiacet hoc Catonianæ regulæ, ut quæ ad nouas leges non pertinet[k]. Præter uero hæc omnia, mater si sibi uim illatam, metúue cõ-

14 stupratam doceat, non minus ideo cum filiis quanuis ex incesto susceptis, testamenti habebit factionem[l], cum lex Iulia, ad uim passas mulieres non pertineat[m]: Quin eo tantum, quod se à Tyranno aut Principe

15 compressam affirmet, illico & omnia per uim facta præsumi Baldus dixit[n], idemq; ob eandem rationem, in serua cũ qua dominus congressus esset, Sozinus respondit[o], Quæ tamen excusatio tunc accipienda nõ es-

16 set, si paupertatis obtentu id se mulier fecisse confiteretur[p], tam turpe enim facinus eo colore deleri non meretur[q]: Atq; hæc omnia, ut plurimum etiam in patre dicta intelligantur, ut iisdem ipse remediis ad spurii filii hæreditatẽ consequendã adiuuetur[r]. Addunt alii & illud, ut uẽdat pater spurio aliquid ex bonis suis, ac pretium uere capiat, quod clã deinde illi restituat[s], Aut etiam eum in testamento instituat, nõ tamẽ ut spurium ex se natũ, sed ut alienũ, ex certo patre & muliere ortum,[t]

a l. facta. §. si sub. ad Trebell.
b l. qui autem. §. i. quę in fr. cr. t. d. l. profectitia.
c l. si quis solidum. de hær. inst. & Bal. l. eam quam in fi. C. de fideic.
d Bal. cons. 67. in. 1 Tiraq. l. si unquã C. de reu. don. v. donatione. nu. 21.
e Bart. l. si forte, in fi. de castr. pec. Ias. Dec. l. si donatione. C. de collat. nu. 18.
f cons. 124. in. 1. col. 1.
g §. sit Igitur, Authen. quib. mod. nat. leg.
h l. si te parẽs, ubi Bal. C. de suis & legit.
i Imo. l. si alienum §. in extraneis. de hęr. inst. Alex. §. instituens. Ias. §. & quid si tantũ. nu. 87.
k l. fi. ubi Bart. in fi. de reg. cat. Bal. l. fin. C. und. leg. nu. 26.
l Bal. l. si qua. C. ad orfit. nu. 1.
m l. uim passam, de adult. l. fœdissimam. C. eod.
n l. eam quam. C. de fidic. nu. 25. Mar. conf. 25. nu. 30.
o conf. 148. in fi.
p l. palã. §. nõ est. de rit. nupt.
q Glo. c. si quis pro pter. de furt.
r Bal. Auth. licet, in fi. C. de nat. lib.
s Ferat. caut. 41.
t Alex. l. 3. de lib. & post. in princ.

a Alber.l. humanitatis.C.de inat.lib. Bal.l.3.de lib.& post.
b Cepo.caut.38.Ferat.41.Dilect.de art.test.tit.1.cau.14.

Sed & quamplures aliæ cautiones à Doct. uarijs in locis referuntur[a], & 17
qui cautelarum libros inscripsere, multas afferũt, quæ spuriis inseruire posse uideantur[b]. Sed pleræq; nimiã fraudem ostẽtant, idcircoq; improbãtur, Nos istas tantum attigisse uoluimus, quæ & iure subsistunt, & ab omni dolo ac machinatione abesse uidentur.

An hodie iure Canon. spuriis alimenta à parentibus debeantur.

1 Iure ciuili nec pater spurios alere potest, nec ipsi patrem, & quare.
2 Corrigitur lex, cum dicimus, illa de rigore, hæc de æquitate loquitur.
3 Intell.c.per venerab.in fi. Qui fil.legit.
4 Intell.c.cũ haberet, de eo q dux in matr.
5 Quibuscũq; spuriis hodie alim.debẽtur.
6 Ius Canon.sequitur ius naturale.
7 Spurij quare Iure Canon.quandoq; filii non appellentur.

CAP. XLVI.

c Auth.ex complexu.C.de inc.nup.
d Hist.Iur.ciu.lib.sec.
e Plutar.in Solon.
f c. cum haberet, in fi. de eo q dux. in matrim.
g c. per uenerab. in fi. q fil. legit.
h Glo.d. cum haberet.
i in d.c.per uenerabilem.
k d.c. cũ haberet.
l Bart.l. plautius, de aur. & arg. leg. & in.l.cotẽ. §. qui maximos. de public.
m l.præcipimus, in fi.C. de appell.
n d.c.cũ haberet. secundum.uet.impress.
o d.c.per uenerabilem.
p d.c.per uenerab. in fi.

LEX ciuilis, quæ summo plerunq; iure nititur, natos ex illicitis nuptijs eo est odio prosecuta, ut præterquã quod illis paternã successionem interdixerit, nec dignos etiã putarit (contra naturalẽ omnium animantiũ instinctũ) qui à patre alerẽtur[c], aut qui erga patrem, eandẽ 1
pietatẽ possent exercere: Scriptũ.n.erat in lege.xij. tabularũ[d], E meretrice natus patrẽ nõ alito: Quod & apud Atheniẽses, Solonis lege cautum fuisse dicitur[e], ob id forte, quod qui cum mulieribus, familiarius ac licentius præter decorum uiuit, is facile declarat, se non liberorum gratia ad eam rem impelli, sed uoluptati potius indulgere: Is itaq; & eius rei fructu caret, nec sibi ius parẽtis in liberos reliquum facit, cum illis ipsa procreatione, dedecus potius & ignominiam attulerit. Contra hæc tamen hodie stat Pontificium ius[f], quod ab omnibus creditur plurimum illegitimis filijs fauere, eisq; alimenta saltem, à parentibus concedere, Quanuisq; eodem iure & alia extet sanctio, huic prima facie contraria, in qua summus Pontifex legis ciuilis duritiem quãmaxime amplecti uidetur[g], interpretes tamen hæc ita inter se concilianda tradiderunt[h], ut Pontifex ibi[i], secundum summum & strictum ius, hic ex æquo & bono fuerit locutus[k]. Mihi uero hæc distinctio absurdis- 2
sima semper uisa est, cum is qui hoc pacto leges inter se componere quærit, tacite significet, alteram ab altera correctam esse, ut Bartolus docuit[l], Quis autem in legibus hoc unquam ausit affirmare, nisi uerba ipsa hoc aperte demonstrent[m]? Adde ridiculum hoc potius esse, ut Cælestinus tertius primus æquitatis & benignitatis illius author[n], potuerit Innocentij.iij. seueritatem[o] abrogare, cum prius ille, ut apud Platinam & alios compertum est, è uita migrauerit, quàm Innocentius ad Christianæ Reipublicæ gubernacula esset adscitus.
Ego ut re uera fatear, nihil ex Innocentij uerbis[p], necessario elici puto, 3
quod

quod ad rem faciat, siquidem is eo in loco id tantum contendit, ne filijs ex adulterio natis, temere & absq; iustissima causa legitimorum iura concedantur, Quod cum nobili illi Pessulano, qui id petierat, uelit persuadere, inuehitur quodammodo Pontifex in illegitimorum stirpem, ostēditq; utriusq; sacræ legis authoritate, quàm fuerint semper detestabiles, demum & ciuilium constitutionum utitur testimonio, quæ illis nec alimenta permittebant: Non igitur hæc approbando, sed potius referendo, atq; ex his opinionem suam magis adiuuando, Pontifex hæc asserit: Scimus enim ex ijs quoq; licere argumētum sumere ad aliquid demonstrandum, quæ hodie antiquata sunt, cum aliàs in usu essent[a]. Miror ego tamen, cum apud omnes receptissimum sit, hodie Iure Pont. hoc specialiter introductum, ut spurijs alimenta debeantur, non habere Doctores ullum sat ualidum & firmum huius opinionis propugnaculum, quo id aperte significetur,
4 Etenim Cælestini decretum illud[b], quod uulgo adducitur, si quis accuratius animaduertat, non ita illegitimorum causam fouet, ut cæteri sibi persuasum habent, quod ut clarius ostendam, factum id referam, quod ibi propositum est. Nupserat Aurelia Alexandro, constanteq; matrimonio, Alexāder cum Liuia adulterium commiserat, eius rei accusatus, ut se à crimine tueretur, adulteram omnino abiurauit, paucis post diebus rursus Liuiæ consuetudinem repetiit, contemptaq; omni iurisiurandi & coniugij quod sibi cum Aurelia intercedebat religione, cum Liuia nouum celebrat matrimonium, cumq; ea uitam degere incipit suam, Moritur post Aurelia, quare hic dein cum Liuia decem perpetuos moratur annos, totidemq; ex ea statim suscipit filios: defertur hoc negocium Pontifici, respondet is, quod cum non liceat eam ducere in matrimonium, quam quis polluit per adulteriū, propterea separandam esse hanc Alexandri & Liuiæ coniunctionem, cum uxoria non sit, sed penitus illicita, filiis tamen ex ea cōsuetudine natis, necessaria à patribus debere subministrari. Hic ego animaduerto in primis, filios non natos esse uiuente prima uxore, sed post eius mortē, sicq; non adulterinos esse, ut uulgo creditur: Deinde, secundū id matrim. iure ciuili subsistere potuisse, ex quo nouo consensu post primæ uxoris obitum fuerat firmatum[c], & quāuis ius Canonicum diuersum uideatur, quod huiusmodi coniugium non admittit, quod suspicatur ne uiuente prima uxore, quid contra illius uitam fuerit machinatū, uidemus tamen et hoc iure quandoq; secus esse, & matrim. probari[d]: propterea quod ad filios attinet, cum ex dānato coitu reuera procreati dici nequeant[e], & forte etiam non prorsus illegitimi censeantur, exēplo eorum qui ex clandestinis nuptiis suscipiuntur[f], potuerintq; bona

a Glo. c. nouit. §. quicunq;. de iud. Bar. l. fi. de fals.

b d. c. cū haberet.

c arg. l. cū duæ. in fin. de capt. & postl. reu.

d c. 2. 3. 31. quæst. 1. Abb. c. 1. col. 1. de eo qui duxit in matrim.

e diximus supra cap. 40.

f Abb. c. lator. qui fil. legit. nu. 6.

inter se matrimonii fide, eorum parentes fortasse congredi, nil mirum est, si eos à parentibus iussit Cælestinus Pont. educari: Non tamen inde ad quoscunque spurios sumendū argumentum fuit, ut Doct. nostri solent, cum hi in eorum numero, longo sanè interuallo non sint reponendi, & fuerint ne uere illegitimi, non omnino Pont. declaret. Hæc tamen uix effari audeo, cum à contraria opinione dissentire, maxima hodie sit religio. Sanè Bal. id quandoque putauit[a], Ius Pont. nō omnib9 5
spurijs quoad alimenta prospexisse, sed ijs tantum qui non ex nefarijs, aut ualde odiosis congressibus essent cōcepti, in ijs enim ius ciuile adhuc esse seruandum, cum & iure Canonum hi filiorum nomē non mereantur[b]: Ego uero ita sentio, si ius Canon. benignitate quadam tantum, & pietate adductum est, ut hæc alimenta illegitimis decerneret, prout omnes aiunt (quanuis nihil de hac re apud nos satis certum reperiam, ut modo dixi) crederem hoc generaliter in quibuscunque deinde illegitimis filijs interpretandum[c]: Cum. n. hæc educatio à iure natu
rali proficiscatur[d], quid æquius est, quàm putare ius Pont. cūctis his ani 6
mātibus prospicere uoluisse, quod totum naturali quadā nititur æquitate[e]? Accedit, quod hoc fauore filiorum inductum esse scimus, ne ij qui nihil deliquerunt, tā acriter puniantur[f], Cur non ergo hoc ad omnes quomodocunque conceptos pertineat, cum ubique eorum æqualis sit
uenia, æqualis innocentia? Quod ergo dicitur, nec Iure Can. hos quā- 7
doque filios uocari, id ego successionis tātum ratione intelligo, eo quod si filij dicerētur, iidē & hæredes esse putarētur[g], hi uero nō quidem succedunt[h], sed tantum iure alimentorum filij nomen retinere solent[i].

a in Auth. ex cō- plexu. C. de inc. nupt.

b c. i. 35. q. 7.

c Garz. in tract. đ ult. fin. iur. num. 114. 112.

d Inst. de iur. nat.

e Bal. l. fi. in prin. C. de iur. delib.

f c. nasci. 56. Dist.

g c. dicat. 32. q. 4.

h d. c. i. 35. q. 7.

i Dec. c. per tuas, đ prob. 1. col. Gozad. cons. 13. nu. 47. 55.

An æque in Cæsaris Iurisd. ac terris ecclesiæ, alimenta spuriis debeantur.

1. Qua ratione Iure Can. Spurii sint alēdi.
2. Homines ad quem finem in lucem ueniant.
3. Peccatum uidetur, non subuenire indigentibus.
4. Spurii secūdum naturam sunt filii.
5. Duplex uinculum in filiis legitime natis agnoscitur.
6. Pater prohibere non potest ne spurii alantur, aut nepotes ex iis.
7. Alimentorum nomine quid ueniat.
8. Spurii ab hæredibus patris ali debent.

CAP. XLVII.

FATEAMVR iam, ut cæteri uolunt, spurijs hodie ex lege Pontificia alimenta à parentibus esse præbenda, dicemus ne tamē hoc ubique locum sibi uindicare? an uero sicut in cæteris causis, in hac quoque materia, leges ciuiles in Cæsaris Iurisd. Pontificias in Ecclesiastica esse seruandas[k]? Scio quidem multos esse, qui hac ratione ducti, in terris tantum ecclesiæ hæc locum habere uelint[l], pro quorum sententia & id facit, quod cum hæc æquitas à Cælestino Pontifice promulgatur,

k c. si duob. in fin. de appell. c. fin. cum Glo. de arbitr. in. 6.

l Imo. l. lucius §. i. đ leg. 1. Alc. cōs. 74. in. 3. Ias. Auth. res quę. C. cō. de leg. pen. col. Fel. c. ecclesia de constit. nu. 45.

promulgatur[a], uerba is sua in ecclesiasticum tãtum iudicẽ confert[b], ut intelligamus ad eum tantum, non ad laicos, huius rei cognitionem
1 uoluisse pertinere[c]. Contra tamen plurimi sentiunt[d], quos & ego sequor: Sic.n.mecum considero, uarijs de causis potuisse a Iure Pont. introduci, ut alimenta spuriis essent à patrib9 subministrãda, quas ubique gentium seruari maxime deceat: In primis uideo ius Pont. solere iuris naturalis uestigia imitari[e], alimenta autem iure naturæ, & quadã sanguinis coniunctione, omnibus animantibus à parentibus deberi[f]: Video & hoc rationem ipsam satis persuadere, ut cũ id quod à nobis genitum est, tunc cum in lucem editur, satis per se infirmum & imbecille existat, æquũ sit, id eousque saltem à nobis foueri, quoad coaluerit, ut per se subsistere, & uiribus suis niti ualeat, alioquin quid tam impium esset, quàm alicui uitam dedisse, ut eam statim illi adimeremus? Huc
2 accedunt & Iuris diuini quædam semina: Vult.n. summus Deus homines nasci ut uiuant, uiuere autem, ut illius admirabilia opera ueneren-tur, eiusque sibi gratiam ac pietatem comprecentur: Semen autem ipsum ex qualicunque homine sit, Dei utique opus est[g]: Quomodo uero is qui nascitur, aut uiuat, aut Deum contempletur, si statim uictu careat, uixque lucem aspicere ualeat? Huc fortasse & clementissima uox illa deduci potest, qua uult is omnes homines saluos esse, et qua tam sæpe iubet, inter nos uicissim omne officij, & charitatis genus exerceri.
3 Si enim grauiter delinquere ille hoc iure dicitur, qui egenos homines & mendicos qua potest pietate nõ complectitur[h], quo maius hoc in ijs crimen notandũ censemus, qui proprijs natis necessaria uitæ subsidia non suppeditarint[i]? Quod si diceres, in his Nothis filiis, nullum quoad parentes necessitudinis ius spectari, sed prorsus alienos haberi[k],
4 atque ita supradicta omnia cessare: Responderem ego, hæc legum subtilitate ita recepta esse[l], quanuis honesta quidem ratione, illegitimos tamẽ re uera quoad naturam, quæ unquam nequit aboleri[m], filios dici[n]: cum quoad naturale fœdus pro legitimis habeãtur[o], nec extraneis unquam omnino similes esse possint[p]: Et ut ait Euripid.

Ονόματι μεμπτὸν τὸ νόθον, ἡ φύσις δ' ἴση.

Turpe Nothi nomen, natura est attamen una.

5 Cum enim duplici uinculo, hi qui ex matrimonio nati sunt, parentibus suis iuncti esse soleant, legitimo & naturali, ea quæ à legitimo proficiscuntur, his spurijs minime communia esse utraque lex consensit, ueluti agnationis, nobilitatis, gentilitatis, successionisque iura, Quod uero à naturali descendit, tam etsi ciuilis lex in parentum odium, nec id agnoscere uoluerit[q], proptereaque alimenta his denegarit, lex tamen Pontificia non potuit, quod sanguinis,

a in.d.c.cum haberet.
b ibi, solicitudinis tuæ, &c.
c Aret. cõs. 48. Galiau. in Rubr. de. uerb. obl. nu. 15.
d Abb. d.c. cũ haberet. Ang. Inst. de iur. nat. in princ. Soz. cõs. 161. Ripa. Rub. de uerb. ob. in fi. Dec. c. clerici, de iudic. nu. 2. & cons. 311.
e c. fin. ix. Dist.
f l. si quis. §. i. ff de lib. agn.
g c. undecunque. 56. Dist.
h c. pasce. c. non satis. 86. Dist.
i c. est probanda. 86. Dist.
k Auth. ex complexu.
l Bal. repet. l. i. C. de sacros nu. 45.
m l. ij. ff usufr. earum rerum.
n Abb. c. tanta. qui fil. leg. nu. 12. in princ. & Bart. l. ij. ff accusat. Ab. c. nonnulli §. sunt & alij. in fi. de rescript. Tiraq. l. si unquam. ℣. donatione largitus. nu. 235.
o l. adoptiuus. §. seruiles. de rit. nup. Ancha. cons. 225. col. 2.
p Fel. d. c. sunt & alij. nu. 56.
q d. Auth. ex complexu.

quod ſeminis,quod naturæ ipſius erat,non amplecti. Cumq; alimenta
ad uitam hominis tuendam & prorogandam ſint neceſſaria[a], & iure
naturæ decreta,idcirco ea his quoq; communicanda eſſe ſtatuit, cæte-
ra quæ humanarum potius conſtitutionum erãt,potiusq; ad politicũ
ſtatum pertinebant,nec ita uitæ degendæ neceſſaria,politicarũ quoq;
legum arbitrio decidenda reliquit. Ex quibus omnibus ſentio, con-
ſtitutionem Canon.quoad alimẽta,in foro quoq; Cæſaris omnino ſer
uandam eſſe,cum hic & iuris naturalis ac diuini ratio, peccati etiam
euitandi non leuis uerſetur occaſio[b]. Nec me mouet,quod ſuper hac
re,eccleſiaſtici tantum iudicis officium uideatur fuiſſe imploratũ[c], Cũ
enim ſupradictæ rationes ita ſe in hac materia habeant, cur nõ apud
quoſcunq; & quocunq; in loco æque obſeruentur ? Ac ſi uerum ama-
mus,quibus nam alijs uti uerbis ſummus Pont.potuit, ſi ab eo conſul-
tus, ad eius interrogationem erat reſponſurus ? Hæc autem nos 6
adeo uera eſſe putamus,ut & ſi expreſſe pater eos in teſtamento ab om
nibus bonis ſuis abdicaſſet,adhuc tamen eius hæredes munus hoc im
plere cogantur[d]: Et quæ de filijs dicimus,ea & multo magis in nepoti
bus affirmamus,ut eadem ratione ab Auuo ali debeãt, cum hi quoad
eum minus odioſi ſint[e], forte & quia cum lex quoad hanc cauſam ſpu
rios,ut filios,haberi uelit,iã ſequitur, ut quæ in cæteris legitimis filijs
ſeruari ſolent,quorũ nepotes æque ac ipſi met ſunt alẽdi[f],eadem in his
quoq; qui ex ſpurijs filiis naſcuntur, admittãtur[g]. Alimentorũ autẽ 7
nomine ea omnia comprehendi certũ eſt,quæ ad uitam hominis ſunt
neceſſaria,ut cibaria,ueſtitus,& habitatio[h],cæteraq; quibus tuendi, cu-
randi'ue corporis noſtri gratia utimur[i], quemadmodum & quæ ad di
ſciplinam pertinent,honeſtasq; artes percipiendas[k]:generaliter.n.om-
nia liberorum onera pater ſubire tenetur[l],& nec eum tãtum alere, ſed
& illius uxorem ſimul ac filios[m],quoniam ſcimus,ubicunq; iure ſangui
nis,& naturali quodam officio,alimenta debentur, ut hic ſanè deben-
tur,hæc omnia tunc alimentorum uocabulo contineri[n], Niſi forte du-
bium id faciat,quod de alimẽtis nihil expreſſe hic à Canone cauetur,
ſed tantum res neceſſarias eſſe præſtandas[o], quod & aliàs me atti-
giſſe memini[p]. Patre autem defuncto nihilominus illius hæredes pari 8
neceſsitate erga ſpurios erunt obſtricti[q]. Et hæc quoad patrem.

a l. necare, de lib. agnoſ.
b arg.Glo.c. ij. de reg. iur. in. 6. Bart.Bal.l. priuilegia.C. de ſacros.
c d. c. cũ haberet.
d Bal.l.id quod.C. de epiſc.& cler. nu.46.Iaſ. conſ. 26.in.1.
e l.fin. C. de nat. lib.Soz.cõſ.161.
f l.ſiquis.§.i.ď lib. agnoſ.Bart.Tractat. alimen.
g arg.l.i.§.lex Falcidia.ad.l.Falci.
h l.legatis,ď alim. & cib. leg.
i l.uerbo uictus,ď uerb. ſign.
k l.qui filium. vbi pup. educ.
l l.ſiquis.§. nõ tãtũ.de lib.agnos. Soz.s.d.cons.
m Bart.d.§.nõ tãtũ. Præpos.d.c. cũ haberet,gl.c. admonere.33.q. 2.uer.partem.
n Bart.l. legatis, de alim. & cib. leg.
o d.c.cum haberet,in fin.
p cap.49.
q l.ſiquis.§.itẽ reſcriptũ,ubi Bar. Ruin. cons.124. nu.12.in.1.

An mater æque ac pater ſpurios alere teneatur.

1 Filii apud matrem triennio, poſt apud patrem educari ſolent.
2 Quid in illegitimis ?
3 Spurij quoad alimenta,tanquam veri filii cenſentur.
4 Nõ ſemper qui lucrum capit, is & onus ſubit.
5 Cur pater potius quàm mater,filios alat.
6 Quando ijs alimenta poſsit abnegare.
7 Filii parentes alere quandoq; tenentur.

CAP.

De Nothis, Spuriisq; filiis.

CAP. XLVIII.

QVOD uero ad matrem ſpectat, ſi quæramus, an & ipſa filios ale
re, ſicuti pater, lege obligetur. Sunt qui dicant, cum primũ par-
tus editus eſt, debere eum apud ipſam, donec trimus tantum ſit, educa
1 ri[a], poſt id tempus, ad patrem ſemper hoc munus pertinere, nec imme
rito, cum mater in prima illa pueri infantia huic operi commodius
quàm pater ſufficere poſsit, filium ſcilicet proprio lacte enutriendo[b],
niſi forte hoc eius dignitatem, & nobilitatem non deceret, uel infirmi
tate, aut egeſtate detineretur[c], aut nõ id patriæ cõſuetudo ferret, quo-
niam tunc expenſis patris, etiam intra id tempus ſuſtinendum fore di-
cunt[d]. Sed contra Panormitanus[e], qui hæc in legitimis quidem filijs
ita probari tradidit, quod hi in poteſtate patris, non matris naſcuntur,
& patris non matris familiam & agnationem ſequuntur[f]: Aſt in ſpu-
rijs ſecus omnino uoluit, nam cum hi nec ſub patria ſint poteſtate[g],
2 nec ullum ius agnationis à patre retineant[h], æquum etiam non puta-
uit, patrem hoc ſumptu ſic ſemper prægrauari, nõ matrem, præſertim
cum Canon utriq; parenti ſecũdum uniuſcuiuſq; facultates, hoc onus
communicari iubeat[i], ſpuriusq; quoad ius ſanguinis tam patris, quàm
matris ſit filius[k]: His accedit, quod cum alimenta inſtinctu quodã na-
turæ debeantur[l], non eſt cur pater in his matri præponatur, cum iure
naturæ æque filius patri ac matri debeat, & contra[m]: Quin cum ma-
ter tantum non pater his ab inteſtato ſuccedat[n], ſecundum naturã ui-
deretur, matrem & uniuerſa alendi onera debere ſuſtinere, ut quæ hæ-
reditatis quoq; commodo ſola frui poteſt[o]. Hæc Panormitanus, &
alij, quæ tamen ego haud quaquam probo, Si enim id damus, quod an
3 te iam concluſum eſt, lege Pontificia ſpurios omnes quoad alimenta
ueluti filios eſſe obſeruandos, ita ut in hac cauſa ius filiorum adepti cẽ-
ſeantur, ergo & ſecundum iuris regulas, ut filii in omnibus erunt alen
di, quoniam hanc leges interpretationem admittunt[p], Sed cum tã de
iuſtis, quam etiam naturalibus ſolum filijs hoc notum ſit, eos ſcilicet
à patre ſolo educandos[q], cur in ſpurijs quid diuerſum uolumus conſti-
tuere, qui in hac re à cæteris nihil differre debent? Falſum enim id eſt,
quod uulgo aiunt, iure tãtum patriæ poteſtatis & agnationis hæc ali-
menta legitimis filijs à ſolo patre deberi: Ego.n. & alijs id ac iuſtiori-
bus multo de cauſis inductũ puto, cum uideamus naturales qui in po-
teſtate non ſunt, immo nec de familia proprie[r], à ſolo tamen patre ali[s],
non matre, quaſi paternum ſit munus, quos quis filios agnoſcit, enutri
re, in ſubſidiumq; tantum mater ad id compellatur[t]. Nõ obſtat quod
de naturali ratione dictum eſt, nam ſi ea attenderetur, idem in iuſtis
& legitimis filiis dici oporteret, qui tamen non æque ab utroq; parẽte

a l.nec filium.C. de patr. pot.
b c.fin.de conu.infid.c.ad eius.5.Diſt.
c Azo in ſum.C. de patr.pot.
d Abb.c.2.de cõu.infid. Bal.l. alimẽta.C. de neg.geſt.
e in.d.c. cum haberet.
f c.2.de cõu. infid.
g §. ſi aduerſus. Inſt.de nupt.
h Bar.l.tutelas, ff. de cap.dimin.
i d.c. cũ haberet, in fin.
k Bart.l.1. de accuſat.
l l.1.§.ius naturale, de iuſt. & iu.
m l.furioſæ, ff. de cur. furio.
n §.fin. Inſt.ad Tertyll.
o arg.l. ſecundum nat. de reg. iur.
p l.1.§.lex Falcid. ubi Alex. ad.l. Falcid.
q §. pen. cũ Glo. uer.legit. Auth. qb.mod.nat.ſui.
r Ias.l.fi.nu.13.C. de uerb.ſign.
s Auth.licet.C. de nat.lib.
t l.neſennius, de neg.geſt.l.5.§. ſi mulier. cũ Glo. de lib.agnos.

educantur[a]: Minus id quoq;, quod cum mater in totum ſuccedat, om- 4
ne etiam debeat onus ſubire, Nam hinc ſequeretur filium ab ea ſola
ſemper alendum, ad quam totum ſpectat lucrum, uel cum naturalis fi
lius moritur, illius ſucceſsio nunquam matri extante patre deferenda
eſſet[b], cum eum donec uiueret, nunquam ipſa niſi in ſubſidium alere te
neretur, uel ſi legitimi filij decedãt, nõ eſſet mater æque ac pater ad eo
rum hæreditatem admittenda[c], cum illa eos uiuente patre non educa-
ret: Non igitur ad ſucceſsionis rationẽ, ius quoq; alimentorum re-
digẽdum eſt[d], ut præter ea quæ diximus, in adulterinis atq; ex inceſto
natis, manifeſte patet, quibus neuter ſuccedit parens, alendi tamen &
ipſi ſunt: Non enim hic patria poteſtas, non familia, nõ agnationis, ſuc
ceſsionis'ue ius ullum ſpectandum eſt, ſed tantum certus ne ſit ijs con-
iecturis pater, quas alias tradidimus, tunc namq; cum eum cogant Ca
nones, ut quoad alimenta, natum ex ſe quocunq; modo ueluti filium
agnoſcant, in ea re erunt iuris communis regulæ obſeruandæ[e], ut ita
uere quoad eam ſaltem cauſam filius eſſe uideatur. Sed qua ratione 5
lex patrẽ in alendis filijs matri prætulit? An quia principalis, & agẽs
ipſe eſt in procreatione? An quia caput ipſe familiæ uidetur? An quia
uir bona lucrari poteſt, unde filios alat, ipſeq; rebus acquirẽdis, mulier
conſeruandis tantum incumbat? An quia etiã filius à patre ferè ſem-
per, non matre denominetur? Intelligendum hoc quidem eſt, niſi aut 6
tenues eius facultates, aliæ'ue conditiones, filium commodius & hone
ſtius penès matrem enutriri poſſe ſuaderent[f], qua de re & Pontifex de
utroq; parente forte fecit mentionem[g], non quia utrunq; æque ad id
obligatum ſenſerit, nam ita in ſolidum, ac eodẽ tempore, mater & pa-
ter ad id onus uocarentur, quod fieri non poteſt, ſed potius diſtributi-
ue illud accipiendo[h], & ordine quodam ſucceſsiuo[i]. Aut niſi filius aliun
de ſibi abſq; exiſtimationis ſuæ diminutione poſſet uictũ quærere[k], tũc
enim nec ſi uelit pater, ei licet aliquid eo nomine ſpurio relinquere[l],
præterquam cum talis eſſet filii ſtatus, qui aliquando in ſummam ege
ſtatem, aut aduerſum aliquem caſum forte labi poſſet[m], Vel niſi quid
eorum commiſiſſet filius, quæ iuſtam præbent patri eum exhæredãdi
cauſam[n], Quæ quoniam longam expoſcunt commentationẽ, & à Do-
ctoribus late referuntur[o], ideo in præſenti omittenda duximus. Sanè 7
hæc omnia, ſicuti à patribus in filios, ſic quoq; à filijs erga parẽtes, ubi
res poſtulet, ſeruanda erunt, quocunq; ex congreſſu eos parentes ſuſce
perint, & quocunq; etiam in foro negocium hoc tractetur[p].

a l.pen.C.de patr. pot.l.3.C. d alẽ. lib.
b Contra ea quæ diximus.cap.39.
c contra Auth.defuncto. C. ad Tertyll.
d l.fin.§. ipſum.C. de bon.q.liber.
e d.§. lex Falcidia.
f Auth. ſi pater C.de diuort.l.alimenta, ubi Doct. C.de neg.geſt.
g d.c.cũ haberet.
h Ripa.l.hæred.§. cum ita.nu.3.
i Doct.§. quidam recte.
k l.5.§.ſed ſi filius, ubi Bart. de lib. agnos.
l Dec. cons.576.
m Crauet.cõs.199. & .200.nu.10.
n Glo.l.fin.C. de alen. lib. Bart.l. diuus, ad.l. põp. de parricid.
o Abb.d.c. cum haberet, Bertachin. uer.filius ali debet.
p Garz.tract.de ult.fin. iur. can. & ciu.nu.113.

An pater filiæ ſpuriæ dotem dare cogatur.

1 Argumentũ de alim. ad dotem an valeat. 2 Baldus ſibi contrarius.

3 Quod

3 Quod per temporum interualla soluitur leuius onus censetur.
4 Bartolus sibi non contrarius ostenditur contra Doct.
5 Intell. l. vxorē. §. pater naturalis, de leg. 3.
6 Filiis spuriis necessaria debentur.

CAP. XLIX.

QVAESTIO quam in præsenti aggredimur, iure ijs superuacanea uideri posit, qui ea legerint, quæ à nobis modo sunt disputata: Cum enim statuerimus spurios quoscunque à parentibus esse educandos, cui dubium est, eadem ratione & spuriam filiam dotandam, cũ
1 is qui alere debet, idem & dotis dandæ onus soleat sustinere[a]? Sed tamen cum argumentum hoc de alimentis ad dotem non semper recipiatur, cum filius matrem quidem alat[b], non tamen ei dotem conficere teneatur[c], & frater sororem uel uterinã tantũ, sumptibus suis sustentet[d], nec tamen eam in matrimonio urgeatur collocare[e], & contra, pater de proprijs bonis filiam etiam diuitem dotare cogatur[f], eidem tamen & alimenta posit negare, si propriis facultatibus se ualeat sustinere[g], merito oblata est Doctoribus disceptandi materia, cum præsertim in contrariam sententiam à Scæuola aperte responsum uideatur[h]. Atqui Bartolus uir alioquin integerrimus, cum aliàs ex facto respondisset, dotem spuriæ filiæ a Clerico constitutam, esse illi à patris hæredibus auferendam, propterea quod id patri iure non licuisset[i], illudque & quibusdam aliis in locis tradidisset[k], primus tamen idem sæpisime
2 professus est contrariam sententiam omnino ueriorem[l]. Baldus etiam parum sibi constans, nunc hanc[m], nũc illam opinionem secutus est[n], unde non defuerunt quamplures, qui contra dotem aperte pronuntiauerint[o]: Quod & eo argumento Alexander comprobauit[p], quod licet pater spuriam filiam alere compellatur, cum tamen alimentorum præ-
3 bendorum munus in singulos menses & annos soleat distribui[q], dos uero ipsa non nisi unica plerunque numeratione queat explicari, iniquum esset, si patri præsens hoc & repentinum onus iniũgeretur, quo se alioquin commode per tẽporum interualla posset liberare[r]: Sed hæc fundamenta debiliora sunt, quam ut ijs pronuntiatum hoc posit subsistere. Ego quod & pluribus placuisse scio[s], spuriarum filiarum & dotis causam constanter amplector, cæteri enim qui contra sentiunt, mihi in re perspicua frustra laborasse uidentur, & toto, quod aiunt, cælo errasse, siquidem in eo tantum immorantur ut probent, æquam non esse alimẽtorum ad dotem rationem, quasi uero Pont. Cælestinus[t], cum illegitimis filijs uoluit consulere, de alimentis solum mentionem fecerit, Quin ait ille, parentes liberis suis debere pro modo facultatũ necessaria subministrare: sed cũ dos maxime necessaria dicatur[u], ut potẽ

a Bart. Auth. res quæ. C. com. de le. Bal. l. neq; mater. C. de iur. dot.
b l. si quis à liberis. §. i. de lib. agnos.
c l. tutor. 2. §. fi. de adm. tut. l. 1. §. præterea. de tut. & rat.
d l. q filiũ. §. fi. ubi Bal. ubi pup. edu.
e l. cũ pl'es. §. pe. de adm. tut. Alex. l. à filia. ad Treb.
f l. fi. C. q dot. pro. ubi Glo. Bal.
g l. fin. §. ipsum. C. de bon. q. lib.
h l. uxorẽ. §. pater. natural. de leg. 3
i Bart. cons. 119. Dominus adiut.
k Bar. l. i. sol. mat. num. 11. et in d. §. pater naturalis.
l in. l. fi. de his qb. ut ind. & Auth. ex cõplexu, et. l. mæuius §. duob. 3. q. de leg. 2. et. l. fin. §. i. de his quæ in fr. cred.
m Bal. l. fin. C. de dot. prom. & l. qui liberos de rit. nupt.
n Bal. l. neq; mater C. de iur. dot. & cõs. 456. in. 5. Recolo.
o Ang. 209. Imo. Aret. l. i. sol. mat. Tiraq. l. si unq. uer. susceperit. nu. 50.
p Ale. d. l. i. nu. 18.
q l. pecun. de alim. & cib. leg. l. fin. ubi Bart. de lib. agnos.
r arg. l. planè. Fam. hercis. l. tutor. §. lucius, de usuris.
s Abb. cons. 50. et. 115. in. 2. Soz. l. i. sol. matr. num. 23. Ripa cum pluribus. num. 66. Boer. Decis. 127. num. 11.
t c. cum haberet. de eo qui dux.
u l. i. in fin. sol matrim.

ſine qua nec mulier nubere poſsit[a],& plerunq; turpiſsimo ſe uitæ generi tradere cogatur[b],Quid opus fuit in re tam clara,tam longas ſubtexere quæſtiones,cum Canon hoc exprimat,filiis neceſſaria eſſe tribuenda ? Mihi ſanè hoc adeò manifeſtum eſſe uidetur , ut nec Bartolum 4
quicquam contra,unquam aſſeruiſſe credam, quanuis Doctores ubiq; eum ut ſibi met diſſentientem accuſent[c],uulgoq; ob hanc rem male audiat,quod cauſæ quandoq; inſeruiſſe exiſtimetur : Ego.n.id iuſto ſacramento contenderem,in hac ipſa & Bartol.ſemper ſententia perſtitiſſe, ſiquidem reſponſum id quod huic opinioni contrarium cenſetur[d],non rectè à Doct.accipi puto,cum ibi de ea dote tractetur., quæ iam mortuo marito ad filiam ſpuriam fuerat reuerſa , quo caſu rectè ait Bartol. eſſe eam ab hæredibus patris illi filiæ auferendam, ob rationem illam quam alibi ipſemet affert,ubi eiuſdem reſpõſi ſui meminit[e] , & nos infra attingemus[f],ſecus eſſet ſi de dote conſtituenda & marito tradẽda
ageretur,prout ſæpiſsime ipſe teſtatus eſt[g] : Nec aliter etiam ſenſit, 5
dum alibi patrem dixit non compelli , ut filiæ naturali dotem diceret[h] , cum enim referat ſe Bartol.ad factum illud quod in reſpõſo Scæuolæ continebatur[i], euidens eſt eum in ea ſpecie loqui , cum naturalis pater aliquid ex alia cauſa filiæ debebat,tunc enim non cogendum rectè inquit ei dotem dare,quippe quæ ex propriis bonis , quæ illi à patre debebantur , eam ſibi poſsit conficere[k], ideoq; patris naturalis ratione neceſſaria non dicatur , quod tamen in legitimo parente diuerſum eſſet[l] , Quæ interpretatio & textui illi qui de fideicommiſſo filiæ debito loquitur , & uerbis Bartoli apertiſsime congruit , ab eoq; alibi
etiam ſignificata eſt[m]. Alexandri uero ratio , quam ipſe à conciue 6
præceptoreq; ſuo accepit[n], friuola ſanè eſt , cum Pontificia lex in fauorem filiorum tantum lata ſit[o],ut eis parentes neceſſaria conferant. Inſpicienda eſt igitur quæ ſit filiorum neceſsitas , non patris commoditas , dum tamen facultatum patris modum id non excedat[p], atq; ita quod erit neceſſarium filijs , à patre tribuendum erit , ne aliàs quod in eorum utilitatem conſtitutum eſt , in patris potius commoditatem , & filiorum plerunq; detrimentum conuertatur. Vnde concluderem ego uerisſimam eſſe hanc ſententiam,patrem cogẽdum filiam ſuam ſpuriam cum æqua dote collocare[q], exceptis ijs caſibus , qui noti ſunt,& nos ſupra attigimus[r], & pleroſq; qui in cõtrariam partem inclinare uiſi ſunt,ita declararem,ut id uel eo caſu protulerint , quo mulieri aliunde bona ſuppetebant[s], Vel de iure ciuili fuerint locuti, quod ut dicebat Baldus[t],ſic caſtitatem coluit, ut pietatem omnem abiecerit , ſecus iidem de iure Pontificio reſponſuri , quod ciuili merito præualere debet[u].

a Bart. Auth.ex complexu.
b arg.§.aliud quoq;.in fin.ut cũ de app.cogn. & l. palã.§. nõ eſt.de rit.nupt.
c Imo.l.mæuius.§. duobus,pen.col. de leg.2.
d d.cons. 119. Dominus adiutor.
e l.fi.§.ſi à ſocero, de his quæ in fr.
f cap.ſeq.
g d.l.fi. de his qb. ut ind.d.§. duob. d.Auth.ex cõpl.
h in.d.l.uxorẽ.§. pater naturalis.
i d.§. pater naturalis.
k arg.l. ſiquis à liberis.§. ſed ſi. de lib. agnos. & c. cũ haberet in fi.
l l.fin.C.de dot. prom.ubi Glo.
m in.l.i.ſol. matr. nu.11.
n Imo.d.l.i. col.3.
o d.c. cũ haberet.
p facit.l.cognouimus.C.de hęret. & man.
q Capyc.Decis. 181.
r cap.præced.in fin. Dec.cons. 576. Rip.l.i.ſol. matr.nu.71.
s ſecundum caſum d.§. pater naturalis.
t Bal.cõs.456.5.
u Ias.Auth. res quæ.C.com.de leg.nu.33.Ripa. d.l.i.nu.66.

Quatenus

Quatenus liceat patri filiam spuriam dotare.

1 Minor dos spuriis, quam legitimis filiis debetur.
2 Spuria secundum patriæ consuetud. dotanda.
3 Quid si amplior dos detur?
4 An referat dotem marito, uel spuriæ ipsi dari.
5 Maritus dominus rei dotalis.
6 Consilium ad constituen. amplam dotē filiabus spuriis

CAP L.

NON dubium est, cum de dote constituenda agitur, pensandas esse inprimis patris facultates, dignitatem, ac numerum liberorum[a], Itemq; uiri & mulieris conditionem, natales[b], & ciuitatis mo
1 rem in quam uxor deducenda est[c]: Ideoq; cum spuriis ut plurimum tenuior multo dos quam cæteris legitimis filijs soleat decerni[d], censent ferè omnes non amplius cogēdum patrem filiæ in dotem tribuere, quam ei alimentorum nomine esset obstrictus[e], propterea quod hæc dos alimentorum loco succedere existimetur[f]. Ego tamen hoc non usq; adeo affirmarem, si uera sunt quæ aliàs diximus, illegitimis scilicet filijs necessaria à patre esse præstādā[g], cū fortasse secundū patriæ
2 cōsuetudinē indecorū esse posit filiæ ex clarissimo & locupletiss. patre genitæ, illud sibi dotis nomine dici, quod alioquin si cælebs mansisset, sibi ad quotidianū uictū satis esse posset: Ideoq; triū milliū & quingentorum aureorum dotem quandoq; congruam esse Decius respondit[h]. Sed quid si ampliorem summam pater filiæ constituerit, quam
3 & alimentorum ratio, & eius conditio pateretur, num id saltem quod legitimum modum excedit, à proximioribus patris poterit reuocari[i]? Varie circa hanc rem sensit Bartolus, Quandoq; enim distinxit, constante quidem matrimonio repeti non posse, eo quod pro oneribus matrimonij ferendis marito tradita sit[k], sed cum primum ad mulierem reuersa esset, ab ea adimi posse id saltem quod congruam transcenderet portionem[l], quandoq; indistinctè quodcunq; præter æquum alimentorum modum relictum esset, statim ab agnatis reuocari posse dixit[m]: Baldus etiam, ut plerunq; est eorum quæ à se alibi dicta sunt, parum memor, nunc quidem Bartoli distinctionem secutus est[n], nunc & ipse aliam sententiam generaliter affirmauit[o]: Alij Bartolum ideo reprehenderunt[p], quod cum ab initio non potuerit præscriptum à lege modum pater transgredi, nec quid præter res necessarias spuriis tribuere, ideo nec nullo amplius temporis spatio id possit confirmari[q], certum enim illud esse aiunt, id totum quod pater marito dat, filiæ solum contemplatione fieri[r], uerum cum patri tot bona

a l. si filiæ. ff de leg. 3.
b l. cū post. §. gener. l. q̄ro. de Iur. dot.
c Decius cons. 26. nu. 4.
d Abb. cōs. 115. 2.
e Bal. 457. 5. col. 2. Abb. d. cons. Capyc. Decis. 181.
f Abb. 50. in. 2. Bart. Auth. res quæ. C. cō. ff leg.
g c. cum haberet.
h Dec. cons. 611.
i Capyc. d. Dec. 181.
k l. pro onerib. C. de iur. dot.
l Bart. l. fin. §. i. de his quę in fr. cre. & l. mæuius §. duobus, de leg. 2. in. 3. q.
m Bart. l. fin. ff his qb. ut ind. nu. 7.
n Bal. Auth. ex cō plexu.
o Bal. l. cū quā. C. ff fideic. nu. 41.
p Ripa. l. i sol. mat. nu. 68.
q l. quod initio, de reg. iu.
r l. dotem dedit, de coll. bon.

filiæ dare initio non licuerit, propterea constante matrimonio, id quod præter congruam summam traditum est, recte posse reuocari[a]: Nam si maritum dicas, magnum ex hac re damnum facere, à quo pars dotis præpropere adimatur, Respondent hi, mariti ipsius hoc culpæ & socordiæ tantum adscribendum[b], qui in perquirenda uxoris suæ conditione parum diligens fuit[c]. Mihi tamen hæc nullo pacto probantur, prioremq́ laudo Bartoli distinctionem, à qua nunquam nec ipsum nec Baldum discessisse puto, etsi prima facie cæteris Doct. inter se dissidere uideantur, ut multũ scilicet intersit, dos ne præ 4
senti marito detur, an aliquid filiæ dotis nomine relinquatur: Cum pater in testamento quid filiæ legat, aut inter uiuos donat, quod supra alimentorum causam est, unde sibi ea dotem paret, recte ait Bart. Bal.q́ partem illius confestim esse auferendam, eo quod recta hoc à patre in filiã transferatur, quod leges uetant[d]: Quod si marito tunc acceptanti dotem pater tradat, bonaq́ ea maritus non è filiæ, sed patris manibus consequatur, nihil prohibet initio quamcunq́ uelit patrimonij partem in collocanda filia parentem erogare, quæ constante matrimonio, eadem semper & integra conseruabitur, nec ulla in parte diminuetur[e]: Id enim ideo ita permittitur, quia maritus eam titu- 5
lo oneroso capit[f], ipse eius dominus uerè efficitur[g], solus possidet, solus usucapit[h], pater autem non extraneis, sed filijs tantum spurijs quid dare prohibetur[i], Vnde nulla fraus subest, quia nihil in spuriam transfertur, sed in maritum, qui fructus lucratur, dominium & possessionem nanciscitur, ad eam uero nihil præter alimenta pertinet, quæ illi necessario debentur: Cum primum diremptum fuerit matrimonium, tunc quia ex causa lucratiua incipit ea bona mulier possidere, aliud fortasse dicendum erit. Etenim si pater illi qui omnium bonorum societatem cum filio spurio contraxit, quæcunq́ uelit bona, impune potest largiri, quorum dimidia pars ad filium ipso iure statim est peruentura[k], cur non matrimonij causa, quod est omnis uitæ consortium, uel amplissimam dotem marito filiæ spuriæ tradat, cuius uel minimam partem illa interim nequeat uindicare[l]? At dices factum hoc est contemplatione filiæ, fateor, sed quæ legi fit fraus? qua in re locupletior redditur mulier? cum interim nihil possideat, nihil lucri faciat, nihil uendicet, imaginario tantum quodam titulo fruatur? Quin pater in dotanda filia etsi quid fraudis committat, nihil tamen doli adhibuisse uidetur, quia commendanda potius est paterna pietas[m]. Erit igitur patri caute animaduertendum, ut si filiam suam ma 6
xima cupiat dote afficere, ipse maritum deligat, cui quæcunq́ uelit bona

a arg. l. ex annuo, ff. don. int. uir. et ux.
b l. quod quis ex. de reg. iur.
c arg. c. nuper. ff. do. int. uir. & ux.
d Bar. d. l. fin. de his quib. ut ind. Bal. d. l. eã quam, qui loquũtur in legato, uel donatione.
e Bart. d. l. fin. §. i. de his quæ in fr. Bal. d. Auth. ex complexu.
f l. ex promißione, de act. & obl.
g Inst. quib. alie. lic. in princ. l. quoties C. de iur. dot.
h l. i. de usucap. pro dote.
i Glo. §. fi. Auth. qb. mod. nat. sui.
k l. si is qui duos. ubi Bar. ff. lib. leg.
l l. doce. C. de rei uendic.
m l. i. §. sed si libert. si quid in fr. patr.

bona eo nomine poterit conferre, Sin in testamento quid plus filiæ leget, quam æqua postulet ratio, licet id se dotis causa facere testetur, nihil tamen aget, quod legati eius prior spuria dominium sit adeptura, unde irritum fieret patris uotum.

Soluto matrimonio dos spuriæ ad quem pertineat.

1 Refert quoad dotem, præmoriatur ne maritus, aut uxor spuria.
2 Spuria dotem non præscribit nec spatio 30. annorum.
3 Error Iuris impedit præscript. longiss. temporis.
4 Quid in errore facti.
5 Spuria testari non potest de dote sua.
6 Cautela ne mortua spuria dos à marito auferatur.
7 Dos quoad filios onerosa dicitur.

CAP. LI.

LIBERVM est quidem patri ut statuimus, dum uiuit in dotanda spuria uel uulgarem dotium modum excedere, perpetuum tamen id minime futurum est, sed si matrimonium deinde uiri aut uxoris morte dirimatur, dubito ne & dos ipsa diminuenda, plerunq; etiam
1 cum matrimonio omnino sit extinguenda. Illud igitur erit inspiciendum prior ne decedat maritus an mulier, Nam si à patre maritus ampliorem multo præter spuriæ conditionem, fuerit dotem adeptus, isq; ea superstite extremum obeat diem, author est Bartolus, & cum eo pleriq; alij, statim dirempto matrimonio, subducendam eius esse rationem, quod mulieri necessarium sit futurum, & si quid præterea ex dote reliquum est, id proximioribus patris applicandum, filiæ tantum æquam portionem unde se alat relinquendam [a]: Alij tamen hanc spuriorum & dotis causam benignius amplectentes, nihil à muliere ex eo auferendum crediderunt, quod ab initio in maritum pater contulisset [b], quasi quod cum semel ea dos recte constiterit, perpetuam quoque eandem causam debeat retinere [c]. Sed uereor ne hoc falsum sit, Cum enim pater, quando dotem marito dat, eam post suam & uiri mortem ad filiam uelit pertinere [d], iam manifestum est hoc euentu secuto filiam tunc non à marito, sed à patre ipso capere ueluti ex causa fideicommissi, quod est interdictum [e], donare enim filiæ pater non poterat [f], ergo nec dotem ei minus necessariam relinquere [g], cum ea filiæ ratione lucratiuus titulus & donationis instar habeatur [h], Est igitur idem pater qui dotem marito tradit, & qui eam filiæ restituendam curat, ideo personalis [i] adhuc est prohibito, initi-
2 umq; suum retinet [k]. Quod adeo uerum est, ut & si post obitum uiri integram hanc dotis summam mulier xxx. amplius'ue annis posse

a Bart. l. fin §. 1. quæ in fr. cred. et. l. mæuius §. duobus. iij. q. de leg. 2. Abb. cons. 50. 115. in 2.
b Bal. 456. 5.
c arg. l. pater. §. qn decim. de leg. 3.
d l. 1 §. uideamus C. de rei ux. act.
e Alex. l. si is qui. ff uulg.
f l. 1. C. ff nat. lib.
g arg. l. qsquis §. emancip. C. ad. l. Iul. maie.
h l. fi. §. si à socero. uer. at si neuter. quæ in fr. cred. et cap. præced.
i responsio ad §. quindecim.
k Bart. l. peto §. fratre. de leg. 2. num. 3.

derit, adhuc tamen ea se præscriptione non posit adiuuare, ut Bartolus respondit [a], Aut enim id totum ad se non iure sciebat pertinere, & tunc mala fides quamcunque præscriptionem impedire apta est [b], Aut uero apud se, licet spuriam, iustam esse possessionem putabat,
& tunc iuris error possessionē ipsam frangit & infirmat [c], quod etiam 3
in longissimo tempore aduersus Castren. [d] & Baldum [e], communiter receptum est [f], quia cum initio lex resistat, nequid à patre in spuriam transferatur, [g] quicquid deinde ab ea possessum reperitur, fingitur cum mala fide actum [h], unde quæcunque uel longissima præscri-
ptio impeditur [i]. Quod si ea se uere iustam filiam credidisset, aut 4
saltem natalibus rite restitutam, tunc cum in facto erret, non uideo cur præscribere saltem longissimo non posit tempore [k], quod bonæ fidei instar est [l], quanuis Alexander contra quandoque responderit [m], cuius me rationes nihil mouent, eo quod si ueritas cum eius opinione concurreret, iustaque esset filia prout existimabat, recte possideret & acquireret, ergo idem & si se falsò legitimam est opinata, cum longissima possessio, titulum bonamque fidem præsumi faciat, ut recentiores quidam distinxere [n]. Cum uero decedit & ipsa mulier aut superstite adhuc uiro, aut etiam eo mortuo, non eadem iam seruari
solent, statim enim dos ad patrem aut eius hæredes reuerti debet [o], 5
ita ut nec quicquam posit marito liberis ue ex eo susceptis relinquere [p], Quoniam cum hæc dos siue alimentorum loco fuerit constituta, siue necessitatis potius causa ut nos putamus, iam sicut alimenta ipsa adueniente morte extinguūtur [q], necessitas etiam quælibet cesset tam impio fato, quo omnia soluuntur [r], æquū est sanè ut & dos ipsa unde discessit, se recipiat, nec amplius nulla existente causa apud alienas
personas uagetur [s]. Ideoque consilium dedit Bartolus [t] maritis, qui hu- 6
iusmodi iunguntur uxoribus, ut quam posint maiorem sibi à patribus dotem dici curent, quam deinde post earum mortem nepotibus ex eo matrimonio natis ijdem patres uelint relinqui [u], ne aliàs eodem tempore & coniuge & dotis commodo (quod plerunque grauius est) se elusos reperiant. Quam sententiam ut non adeo firmiter pro-
bem, illud in causa est, quod dos hæc nedum pro oneribus matrimo 7
nij marito datur, ut ex ea, ipsa tantum spuria sustentetur, sed & filiorum causa qui ex illo matrimonio nascentur [x], ut inde alantur, educentur, præsertim ubi mariti facultates ad id non sufficerēt [y], qua de re et onerosus quo ad eos is titulus habetur [z], quem deinde ijs auferri satis iniquum uidetur, cum quasi ab initio eis pars dotis tacite sit obstricta [&], Tutius tamen his fuerit Bartoli consilium.

Qui

a Bart.cons.119.
b c.possessor.de re. iur.in.6.
c l.nūquā,in prin. l.si fur.§.1.de usucap.
d Cast.l.celsus.nu. 4.de usucap.
e Bal.l.nullo.nu.4 C.de rei uind.
f Fel.c.de quarta. de p̄scrip.nu.42.
g l.1.C. de nat. lib.
h Glo. c.2. de his quæ fi.à prel.
i Bart. l. sed & §. scire, de pet. hær. Abb.c. si diligenti.de præscr. nu. 24.& c. cum nō liceat.nu.9.
k Marf.sing.478.
l Felin.d.c. de quarta.nu.26.
m Alex.74.in 3.
n Ripa.l. 1. quor. bon.num.ix.
o Abb. cons. 50. in 2.ripa.l.1.sol. matr.nu.67.
p Bal.l.eā quā.nu. 41. & Crauet. cons.186. nu. 16.
q l.dominus.§.fin. de usufruc.
r §.deinceps.Auth. de nupt.
s Abb.115.in.2.
t Bart.l.fin. de his qb.ut ind. nu. 7. et.Rip.d.l.1.sol. matr.nu.69.
u Capy.Deci.181.
x Ruin. cons. 124. nu.11.in 1.in fin.
y Auth.si pater.C. de diuort.
z Bar.l.si cōstātc. sol.matr.nu.67. et in.l.si.§.1.quæ in fr.cr.ī Apost. & l.si maritus.fā. herc.facit.l. dos à p̄re.C.sol.mat. secundum opin. Mart.

Qui sint tutores illegitimorum filiorum, Et an a patre testamento dari possint.

1 Quæ possit pater erga spurios, aut non possit.
2 An detur naturali tutor à patre in testamento.
3 Differentia inter tutores naturalium, et legitimorum filiorum.
4 Ab intestato qui sint naturalium tutores.
5 An spurijs testamento tutor detur.
7 Quis ab intestato spurij tutelam gerat.

CAP. LII.

CVM tutela iure ciuili, naturali quadam ratione fuerit inuenta, ut hi qui imbecilliore sunt ætate ac iudicio, maiorum consilio ac authoritate protegantur [a], non immerito in dubitationem uenit, an cum electi à patre in testamento tutores filijs, cæteris omnibus præferri soleant [b], eo quod plurimum lex paterno erga filios consilio tribuat, hoc quoq; & in illegitime natis sit recipiendum, ut ijs æque ac cæteris, decerni tutores in testamento possint, quasi eadem naturalis ratio ad omnes quomodocunq; natos pariter pertineat [c]; Et quoniam etiã id tantũ prohibitum patri erga illegitimos filios uidetur,
1 nequid de suo ijs largiri possit [d], in cæteris, hac una re excepta, licet ei erga illos quæcunq; fere exercere, cum & executores bonorũ in testamẽto relinquere [e], & eos in pupillaribus bonis filijs suis legitimis substituere [f], & in libertatẽ, ubi status illis controuersia moueatur, eos ualeat uindicare [g], & in iudicijs eorũ nomine experiri [h], et alia huiusmodi multa: Cur non ergo & tutores ijs in testamento possit costituere, cũ hic non de successione in eos transmittenda, nec de ijs ex re patris locupletandis agatur, sed de gubernatione tantum & tutela ijs decernenda, quæ maxime ex usu publico est, ut ipsi, eorumq; bona, fide & patrocinio alicuius suscipiantur & custodiantur? Sunt tamen quibus ali-
2 ter uideatur [i], nec sine ratiõe: Lege.n. duodecim tabularum permissum est parentibus, liberis (si modo in potestate sint) tutores testamento dare [k], sed notum est, eos qui illegitime nascuntur, in potestate nostra non esse, cum ex matrimonio orti non sint [l], igitur nec ijs tutorem dare licebit ut ipso iure ualeat. Distinguendum est tamen latius in hac materia, an de naturalibus filijs loquamur, an etiam de spurijs, inter quos maxima est differentia [m], Nãq; si de naturalibus intelligimus, cum eos lex non ita abhorreat [n], concessit etiam quandoq; patri, ut ijs tutores ab eo dati, tutelam possent administrare, Sed hoc uarijs modis, Nanq; si pater naturalem filium instituerit, eiq; tutorem dederit, erit sane ille tutor, petita tamẽ ante à Iudice cõfirmatione [o], Quod si nihil naturali filio de bonis suis reliquerit, et tamẽ tutorẽ dederit, nõ aliter ille tutelã suscipiet, nisi & à Iudice confirmetur, & cum causæ inquisi-

a §. fi. Inst. de Attil. tut.
b Bar. Rub. de test. tut.
c l. hos accusare §. pen. de accusat.
d l. 1. l. fin. C. de nat. lib.
e Alex. l. cogi §. hi qui. nu. 4. ad Trebell.
f l. si is q ex bonis, de uulg. et pup.
g l. 3. de lib. caus.
h Alex. §. si quis rogatus. nu. 39. ad Trebell.
i Glo. Bart. l. 1. de test. tut.
k l. 1. de test. tut.
l §. si aduersus. Insti. de nupt.
m Auth. licet. C. de nat. lib.
n l. pen. C. ad Orfit.
o l. fin. C. de conf. tut.

tione[a]. In eo enim qui nihil à patre consecutus est, hoc amplius re-
quiritur, ut ex diligenti inquisitione tutor confirmetur, cum in alijs
qui a patre instituti sunt, simplex sufficiat iudicis confirmatio. Quam-
obrem si naturali filio pater certa relinquat bona, isq; præter ea, alias
habeat facultates, tutoremq; illi simpliciter in testamento dederit, is
quidem quoad bona relicta a' patre, sola indigebit confirmatione,
Verum quoad cætera, antequam ei administratio decernatur, opus
erit nedum confirmationem impetrare, sed & summam inquisitio-
nem haberi, prout Bartolus egregie declarat[b]. Vnde & intelligi- 3
mus, quid in hac re differant naturales à legitimis filijs, Iustis enim
filijs qui dantur tutores à patre in testamento, hi tutores statim ip-
so iure constituuntur[c], Ast qui naturalium tutores relinquuntur, hi
non ante, munus id tutelæ possunt inchoare, quam & Iudex eos au-
thoritate probet sua, & plerunq; de eorum moribus, fortunis, &
conditione, non perfunctorie sit instructus. Quod si pater impu- 4
beribus his naturalibus relictis aut testamentum non fecisset, aut
quantum ad tutelam intestatus decessisset, tunc quoque non ut iu-
stis filijs, fiunt agnati legitimi tutores, sed ad matrem directo tu-
tela pertinet, cum legitimis ipsi careant tutoribus, & agnatis[d], pro-
ptereaq; etiam defuncta matre, crederem alios ex linea materna pro-
ximiores id onus esse subituros, non quia hodie sublata sit omnis diffe
rentia inter agnatos & cognatos quoad successiones & tutelas[e]: nam
hæc differētia quæ remota est, in legitimis tantum non spurijs proce
dit[f], Sed quod cum his illegitime natis, cognati tantum ab intestato
succedant[g], non agnati, quippe qui nulli his sunt[h], æquissimum est
etiam ijs tutelæ onus deferri, qui & successionis emolumentum ante
alios sperare possunt[i]: Et hæc ita in naturalibus seruantur. De spu- 5
rijs negant omnes[k] tutorem à patre ullum his relinqui posse, nedum
quia in potestate non sunt, sed quod nec filij nomen merentur, suntq;
penitus alieni à patre. Ego autem cum aliàs ostenderim[l], posse quan
doq; patrem quibusdam spurijs testamento bona relinquere, ijsdem
quoq; rationibus nunc affirmo, & tutorem recte ijs dari posse, pa-
trisq; uoluntatem probandam[m], Quod & generaliter in cæteris quo-
que spurijs fortasse admittendum erit, saltem ratione alimentorum,
quæ eis hodie pater præbet[n], ut quoad ea, tutorem his possit
constituere[o]. Vbi uero pater de hac re nihil testatus esset, ma- 6
terq; superesset, tunc in omnibus rationem sequendam ducerem suc-
cessiōis, ut si tales sint spurij quibus mater ab intestato hæres esse pos
sit[p], tunc & ei tutelam mandandam esse, matre uero non superstite,
cognatis ijs deferendā, qui spurijs succedere solēt[q]. Quod si illi essent
spurij

a l. naturali, ꝯ cōf. tut.
b Bart. l. naturali §. 1. de cōf. tut.
c Insti. ꝯ satisd. tut. in prin. secundū decla. Bart. in. l. legitimos, ꝯ legi. tut.
d l. fin. C. quando mul. tut. off.
e Aut. ꝯ hær. ab in test. §. nullā. et §. ex his. Bar. l. 1. ꝯ legit. tut.
f Fab. Insti. ꝯ cog. seru. num. 5.
g l. ij. l. si spurius. Vnd. cogn.
h §. uulgo. Insti. de succ. cogn.
i Inst. de legit. patr. tut.
k Glo. Bart. l. 1. de test. tut. & d. l. naturali. de conf. tut.
l cap. 40.
m arg. l. si patronus, ubi Dyn. Bart. de cōf. tut.
n c. cum haberet. in fin.
o d. l. si patronus. & l. fi. C. ꝯ cōf. tut.
p iux. Glo. l. pē. C. ad orfic.
q l. ij. Vnd. cogn.

ſpurij ex damnatis nuptijs orti, tunc quia omni & agnatione, & cognatione carere dicuntur[a], tunc nec matrem nec ullos coniunctos ad tale munus uocandos eſſe, quia & à ſucceſsione excluduntur, ut alibi latius declarauimus[b], Eſſetq; hoc caſu à magiſtratibus ad id authoritatem habentibus, alius ad hoc munus deligendus, ne pupillus omnino indefenſus relinqueretur[c].

a Alex. 174. in 5. Dec. conſ. 311.
b cap. 43.
c Inſt. ꝗ Attil. tut.

An nepos legitimus ex filio ſpurio poſſit ab auuo hæres inſtitui.

1 Macula patris afficit filium, & quomodo num. 3. 5.
2 Relictum nepoti uidet̃ cõtẽplatione filij.
3 Delictum patris in quibus noceat filio.
4 Iuſtiniani conſtitutio ſup. hac quæſtione.
5 Cur Adami peccatum omnes attingat, non æque aliorum patrum.
6 Auus inſtituens nepotem, illius contemplatione, non filij id facit.
7 Spurius uſufructum habet in bonis filij ab auuo relictis.
8 Quando nec filius patri, nec ſeruus domino acquirat.
9 Quibus caſibus nepos ex ſpurio ab Auuo inſtitui non poſſit.
10 Ab inteſtato nepotes ex ſpurio non ſuccedunt Auuo.

CAP. LIII.

SEQVITVR uulgata illa apud ueteres & recentiores iuris interpretes quæſtio, an Auus nepotem ex filio ſpurio poſſit inſtituere, Dynum enim accepimus[d], controuerſiam hanc forte ut nimis dubiam, ſub iudice reliquiſſe: Cynum autem aperte ſenſiſſe, non eſſe Auuo, cum nepote eo teſtamenti factionem, propterea quod eadem turpidinis ratio, quæ filios Nothos à patribus aliquid capere prohiberet, & ad nepotes pertineret, cum officium Auui erga nepotem, ex perſona filij præcipue oriatur[e]: Rofredus diſtinxit, ut ſi contemplatione patris hæres relictus eſſet, inſtitutio irrita cenſeretur, ſin uero nulla habita patris ratione, & tunc relicti compos eſſet: Poſt hos Bartolus[f] nepotem ſemper inſtitui poſſe dixit, dummodo non maxime euidenter probaretur id intuitu filij factum, quod in dubio non eſſet præſumendum, & ſecundum hanc ſententiam de facto reſpondit[g]: Baldus acerrime contrariam Bartolo opin. defendere conatus eſt[h], ſuntq; hæc deinde ab alijs Doctoribus & recentioribus in utranq; partem late diſputata[i].
1 Solent Baldus & qui eum ſequuti ſunt ea in primis moueri ratione, quod cum nepos ipſe à filio ſpurio deſcendat, non poteſt non eandem maculam, ueluti à uitioſa radice conceptam, ſecum ducere, quæ illum ideo ab auita arceat ſucceſsione[k], exemplo Adami primi parentis noſtri cuius labes poſteros omnes in perpetuum potuit afficere: Certum etenim id eſſe aiunt, nihil filio ſpurio aut recta uia, aut per mediam perſonam à patre poſſe relinqui[l], quæ res arguit, ut nec nepotem ex eo liceat

d Hæc refert. Bal. l. gallus. §. quidã recte.
e l. dotem dedit, de coll. bon.
f in. l. gallus. §. ꝗd ſi is.
g cõſ. 118. odutius.
h in. l. gallus. §. quidam recte.
i Alex. Soz. Caſt. d. §. ꝗd ſi is. Cor. cõſ. 25. in 1. Alex. 74. l. 3. Dec. 462.
k Dec. cõſ. 85. in fi.
l l. 1. C. de nat. lib.

inſtituere, ex quo uſufructus ſaltem ipſi filio acquirendus eſſet[a], atque
ita fraus legi fieret manifeſta: Addunt filios illegitimos idcirco a pa-
tre inſtitui prohibitos, ut ita facilius paterna libido reprimeretur[b],
cum commune parentum omnium uotum ſit, ad filios facultates ſuas
omnes tranſmittere[c], quæ ſane ratio, cum in nepotibus æque uige-
at[d], nolunt propterea quicquam in hac re diſcriminis inter filios ne- 2
potes ue cõſtitui, præſertim cũ quicquid nepoti relinquitur, id filij cõ
tẽplatione proculdubio factũ[e], auusq; ita erga illum, filij tantum cau-
ſa affectus uideatur[f], Qua ergo ratione Nothus à lege repellitur, ea-
dem et nepotem ex eo reijciendum uolunt[g], cum melioris non debe-
ant conditionis eſſe nepotes quam filij[h]. Hæc pro Baldo, qui tamen ali
bi profeſſus eſt, ſi cõſtaret inſtitutionem hanc minime intuitu filij fa
ctam, ſuſtineri omnino debere[i], ut quia eſſet in teſtamento dictum, ne
uſufructus ad patrem perueniret, quod conſilium uti præ cæteris tu-
tiſſimum, etiam Bartolus approbauit[k]. Dum tamen Baldus inſtitutio
nem in dubio inutilem eſſe dixit, quando nihil ab auuo de uſufructu
expreſſum eſt, in hoc Bartolus ab eo quam maxime diſſenſit, & cum
Bartolo crebrior hodie quoq; ſtat opinio[l], eademq; ut ego arbitror,
æquior multo ac uerior. Dixit is, filium illis tantum commodis, ob
delictum patris eſſe priuandum, quæ ab illius perſona, non ab auuo, 3
aut alijs agnatis proficiſcerentur[m]. Sic. n. & deportatos, quibus nihil
tanquam ſpurijs poteſt relinqui[n], quoad auitam hæreditatem, nepoti-
bus nihil nocere[o], nec patris hæretici culpam filio Orthodoxo in ſuc-
ſione ullo eſſe impedimento[p], ſicut nec exhæredatum filium quanuis
iuſta de cauſa, ideo nepotem à petenda bonorum poſſeſſione auita
repellere[q], Quæ quidem argumenta pro hac parte plurimum ſanè ur-
gent. Sed addo ego, quæſtionem hanc uſq; à Iuſtiniani temporibus 4
emerſiſſe, ob idq; ab eo conſtitutionẽ editam, quæ & adhuc extat, qua
apertiſſime ſanxit, licere auuo, nepotibus ſuis legitimis ex naturali fi-
lio, quodcunq; liberet relinquere[r], quã & in ſpurijs, quoniam eadem ra
tio ſuaderet, locum habere, Accurſio, ſeu Franciſco filio uiſum eſt[s], Vt
planè mirer eã inter tot grauiſſimos Doctores controuerſiam uſq; ad
hæc tẽpora manaſſe, cuius deciſio minime amplius dubia eſſet. Nulla
enim inquit Iuſtinianus in nepotẽ legitima eſt cõſequẽtia, cũ leges pa
ternum tantũ uitiũ in filio cohibere uoluerint. Omitto nũc quẽlibet
inſtitui poſſe, qui expreſſe prohibitus non reperiatur[t], nec nepotem
de quo agimus, ulla quod meminerim lege repelli: Omitto leges quæ
filijs illegitimis quid uetẽt relinqui odioſas eſſe, nec ad nepotes quorũ
diuerſa eſt cauſa protrahẽdas[u], Sat illud ſit, nobiſcũ Iuſtiniani conſtitu-
tionẽ facere, hac tantũ de cauſa ab eo promulgatã: Cui nihil aduerſa
tur,

a l. cũ oportet. C. de bon. q. lib.
b l. fi. C. de nat. lib.
c l. ſcripto. Vnde lib.
d l. liberorũ, in fi. de uerb. ſig.
e Alex. Iaſ. l. ſed ſi plures. §. in arrogato, de uulg. & pup.
f l. dotem dedit, de coll. bon. l. ſi forte, de caſtr. pec.
g l. quæritur, ꝗ bõ. libert.
h l. ſi uiua. §. in nepotib. C. de bon. mater.
i Bal. conſ. 146. in 1. al's. 488. in 4. in fi.
k Bart. d. §. qd ſi is.
l Cor. conſ. 1. in 3. uer. circa ſextũ. & 25. in 1. Feder. 57. Dec. 462. Alex. 74. in 3. & in d. §. qd ſi is.
m l. 3. de interd. & releg. l. emãcipatũ. in fi. de ſenat.
n l. 1. C. de hær. inſtit.
o l. 1. §. fin. de bon. poſ. contr. ta. l. ſi necem. §. ſi ꝗ portatus, ꝗ bõ. liber.
p l. cognouimus, cũ Auth. ſeq. C. de hæretic.
q l. 3. §. ſi emancipatus, de cõtrat. tab.
r l. fi. C. de nat. lib.
s Glo. d. l. fi. Bart. §. quid ſi is.
t arg. l. extraneũ C. de hær. inſt.
u arg. l. cũ quidam de lib. & poſt.

tur, quod nepotes paternum uitiũ eadẽ ex origine ducant, nã hoc &
ex rationibus supra per Bart. adductis negatur, & ipsius Iustiniani uer
bis repugnat, qui nullam legitimam fieri consequentiam in nepotem
tradidit, Aliàs sequeretur, ut nec pater ipse spurius quicquam filio le-
gitimo posset relinquere, sicuti ipsi à patre ea de causa consequi nil li-
5 cuit. Quod enim de Adamo dicitur, id aut aliò pertinet, ut quidam
aiunt, nẽpe ita sũmi Dei numine iubẽte, cuius arcana nobis non licet
perscrutari[a], aut dicerẽ ego potius, diuersum id longe exẽplum esse,
cũ labes illa ab Adamo primum contracta, ad omnes quot quot na-
scuntur homines æquo iure semper transmittatur, si quidẽ omnes sub
eadẽ lege & conditione in lucẽ edimur, sub qua & is uitam suam pere
git, Secus in eo est, qui legitimus ex patre spurio nascitur, hic enim
non eosdẽ quos pater natales sortitur, unde nec eiusdem conditionis
necessario cẽseri potest, quod cum ex multis patet, tum ex eo maxime,
quod huic non honores & munera publica interdicuntur, quæ patri
suo, eo quod nothus esset, forte potuissent abnegari: Non igitur legiti
mus, patris nothi conditionem assumit, sicuti nos Adami naturam in
omnibus retinemus. Ad id uero quod hoc pacto, facile legi fraudem
fieri posse Baldus & cæteri dicebant, ex quo usufructus ad spurium pa-
trem esset peruenturus, quanuis Bartolus etiam responderit[b], is ta-
men mihi eo in loco nõ omnino satisfacit, altiusq́ radix hæc euellẽda
fuit, non humi tantum amputanda. In hoc enim quæstionis totius car
dinem uerti arbitror, iudicio ne Auui, hic spurius cum usufructum
consecutus uideatur, aut minus, Nam si uoluntas hæc præcipua Auui
fuisse monstretur, ut usufructu spurius potiretur, posset probabilior
forte Baldi opinio uideri, quasi id quod ei recta transferre in filium
non licebat, obliquo quodam cursu assequi contenderit, aduersus legũ
6 constitutiones[c]. Ego uero ita censeo, cum Auus nepotem sibi hære
dem instituit, id eius potius contemplatione, quam filij aut alterius
cuiuscunq́ in dubio factum uideri[d], licet enim plerunq́ extrinsecus
quædã inspici soleant, quæ testatorem ad id potuerint inuitare, ex qui
bus dein & illius mentem dijudicamus[e], nulla tamen hic coniectura,
quod id occasione filij factum fuerit, recte admitti potest, ex quo ita in
stitutio uitiaretur, quod aduersus communem omnium qui testãtur
propositum est, qui semper ea in testamẽto & uoluisse & gessisse præ-
sumuntur, quæ ad eorũ uoluntatẽ tuendam, non infirmandã sint aptio
ra[f]. Hodie sane & hoc eo minus dubium est quod omnia ab Auuo in
nepotem collata, censentur aduentitia, sicq́ illi proprijs meritis, nõ pa
tris ratione acquisita[g], maximeq́ si eiusmodi sint, quæ non necessario
7 ab Auuo nepoti essent relinquenda[h]. Quæ cũ ita sint, licet usufructus

a Corn. cons. 25. in 1. col. 3. arg. c. duę sunt. 19. q. 2.
b in. d. §. quid si is, in fi.
c l. i. C. de nat. lib. cum. l. cum quid una, de reg. iur. in. 6.
d l. fin. C. de usufr. l. si uero. §. i. ff. mand.
e arg. l. si militi. l. si forte, de castr. pec. not. Alex. d. §. in arrogato, ff. uul g. & pup.
f l. 3. C. de test. mil.
g Bart. Glo. l. qui in aliena. §. interdum, de acq. hær. & in. l. quæsitum de leg. i.
h Alcia. Reg. i. Presum. 17. num. 3.

deinde filio acquirendus esset, cum tamen illum non auito præcipue iudicio consequatur, crediderim eum illius compotem esse posse[a], dum tamen hoc in fraudem ab auuo seu nepote factum non constaret[b], quod quibusdam ex rebus alibi à nobis traditis colligeretur,[c] in dubio autem non esset præsumendum[d], uenit si quidem hic usufructus in consequentiam quandam, ex legis, non Auui præcepto, & propterea permissam[e]: Ille nepoti tantum relictum uoluit, ut modo diximus, lex usufructum patri defert, Acquiritur ergo hoc ex quadam ueluti tacita societate, in qua nihil fraudis suspitio unquam nocere potest[f]. Sed & demus manifeste apparere, filij etiã intuitu id Auum fecisse, ut nepos proprietatem, filius usufructum assequeretur, adhuc tamen hanc nepotis institutionem irritam non existimarem, tum quia hæc sola affectionis ratio nihil obesse debet[g], tum quia regula est, si quis rem duobus coniunctim legauerit, quorum alter ad illam obtinendam idoneus, alter ineptus sit, incapacis portionem capaci accrescere, non relictum totum corruere[h], cum enim principale per se ualidum sit, accessorij deinde infirmitate nequit uitiari[i]: Docuitque Bartolus, si quid filio legatum sit, dubiteturque eius ne intuitu an patris fuerit relictum, si pater capere non possit, tunc dubio procul id filio acquiri, patrem priuari[k], Cui accedit quod quotiescunque illicita est acquisitionis causa, nunquam patri per filium, aut domino per seruum quæritur[l], quod in hac ipsa quæstione & Sozinus tradidit[m]. Cætera per Baldum in contrarium adducta nihil obstant, cum ut dicebat Iustinianus, nulla legitima consequentia de filio ad nepotem fiat, nec tam odiosa seueritas ullatenus ad nepotem debeat extendi. 8

9 Limitanda tamen erit in primis hæc quæstio, ut tunc Auus nepotem ex filio spurio non possit instituere, si spurium illum ex incesto suscepit, cum tunc personas egredi non possit ab Arcadio præscriptas, quam limitationem ex mente Baldi sumptam[n], contra Iasonem omnino recipiendam puto[o]. Secunda limitatio à Doctoribus omnibus allata ut nec tunc nepos possit institui, cum legitima soboles auuo adest (excepta tamen uncia, quæ etiam hoc casu ei relinqui potest[p]) nihil est quod in dubium reuocetur, quippe quæ à Iustiniano tradita est[q], procedetque etiam ubi tantum nepotes legitimi ex filijs legitimis nati extarent, cum filiorum tunc locum referant[r], secus uero in Auia esset, cui ab intestato spurii cum legitimis, & nepotes etiam ex spurijs æque aliquando succedunt[s], unde & ab ea, ijs quoque extantibus institui recte possent[t], nisi fortasse ex putatiuo matrimonio suscepti essent, in quo iuris error affuisset[u]. 10 Tertio & hæc ita accipienda sunt, cum Auus testatus decesserit, cæterum ab intestato, non est quod nepos ad

eius

a l. ita fidei. §. fin. ff. iu. fisci. Bal. l. eã quã. C. ff fideicõ. nu. 54.
b l. lucius. §. fin. de leg. 1. Alexã. Ias. l. 6. de uulg.
c. Supra cap. 43.
d Alex. cons. 51. in 2.
e Fel. c. multorũ, de Iudæ. 1. notab.
f Bart. l. si is qui duos, de liber. leg. Bal. l. 1. pro Socio. 14. q.
g l. fin. de his quib. ut ind. l. affectionis. de donat.
h l. si is qui duos. ff lib. leg.
i l. post legatũ. §. qui principale. de his quib. ut ind. l. papin. §. sed ne q. de inoff. test.
k Bart. l. filio. ff do. cã mor.
l l. quod seruus, ubi Bart. de acq. possess.
m Soz. d. §. quid si is. nu. 3.
n Bal. l. si quis incesti. C. ff inc. nupt.
o Ias. d. §. qd si is. in fi.
p Capyc. Decis 181.
q d. l. fin. C. de nat. lib. Alex. cõs. 74. in. 3.
r Crauet. cõs. 200.
s l. pen. C. ad orfit. Rosel. de suc. ab intes. nu. 40.
t Cast. d. §. quid si is. in fi.
u Ruin. cons. 14. in 3. col. fin.

eius legitimam successionem ausit aspirare, cum ei à patre suo spurio aditus ab intestato fuerit interclusus[a]. In cæteris igitur casibus, quæ supra diximus, seruabuntur, usq; adeo ut nec frater à testare præteritus, possit idcirco nepotem hunc institutum, querela inofficiosi repellere, ut ciuis meus respondit[b]. Quæcunq; autem de nepote legitimo ex filio spurio sunt dicta, ea & in nepote spurio ex filio legitimo sunt affirmanda, cum utrunq; casum Iustinianus æquipararit, In hocq; & minor adest dubitatio, quod cessat ratio illa usufructus, auusq; quoad illum penitus ignotus & extraneus habetur[c], Et in hoc casu secundum hanc sententiam à Federico Senen. responsum est[d].

a d. l. fin. Castr. Soz. d. §. quid si is. nu. 4. Dec. cōs. 85. in fi.
b Gratus. cōs. 6. in 2.
c §. filium, Auth. quib. mod. nat. sui.
d Federic. cons. 57.

An ualeat statutum, quo spurii æque cum legitimis ad parentum successionē uocantur.

1 Ius diuinum repellit spurios à successione
2 Statutum præbens occasionem peccati nullum est.
3 Non ualet statutum, ne exceptio opponatur, quod quis sit spurius.
4 Legitima à statuto minui, & in totum tolli potest.
5 Olim quicūq; spurii succedebant matri.
6 Ex temporum uarietate, leges mutantur.
7 Ciuitates quæ superiorē non agnoscūt, quoad Iurisd. æquiparantur Imper.
8 Præcepta ueteris testam. in causis decidēdis, quid ualeant.
9 Quid dicta Augustini.
10 Quando lex ualeat, ex qua peccatum oriri potest.
11 Pæna pecuniaria homicidio imponi potest
12 Statutum ut spurii succedant, uidetur æquissimum.

CAP. LIIII.

NON minus quoq; celebris est illa quæstio, & in Gymnasiis publicis sæpius agitata[e], an lege Municipali, spurij perinde ac legitimi ad successionem uocari possint. Proferamus & nos in hoc sententiā nostram, ut siquid alios præterierit, in medium adducamus. Solet frequentius à Doctoribus spuriorum causa oppugnari, quibus id iniquū satis uidetur, ut eorum æqualis ac legitimorum ratio sit habenda. Vrgent uero in primis Bartolus & Federicus Senen. duobus ualidissimis argumētis[f], aiunt enim quod cum spurii expresse ab Imperatore à bonis paternis fuerint exclusi[g], nō debuit id amplius statuto posse immu-
1 tari, quippe quod ad solius tantū Principis potestatē pertineat[h]: At qui non iure tantum ciuili eijciuntur, sed & pontificio ac diuino, Scriptū est. n.[i] eijce ancillam & filium eius, nō enim erit hæres filius ancillæ cū filio liberæ: & alibi, Heres in domo patris nostri esse non poteris, quia de meretrice natus es[k], Et Diuus Augustinus ita lege Dei constitutum tradit[l], ut non reputentur filij, nec ullo parentibus iure succedāt[m]. Quod cum ita sit, iā secus Municipali lege nō uidetur posse caueri[n]. His accedit & iuris cōmunis ratio, quæ tali in filios illegitimos uti

e Præp. c. per uenerab. qui fil. leg. col. 98. Rosel. in Tract. legit. lib. 2. cap. 1. nu. 38. Aret. l. 3. ff. de testa.
f Bart. l. 3. de test. Feder. de sen. cōs. 277.
g §. fin. Auth. quibus mod. nat. sui.
h l. 1. §. de qua. de postul. Bart. l. nō ambigitur, in fi. ff. de legibus.
i Genes. cap. 21. ad Galat. 4.
k Iudic. cap. 11.
l c. 1. 35. q. 7.
m c. cum multæ. 15. q. ult.
n c. quæ contra. 8. Dist. c. qui resistit. 11. q. 3.

tur acerbitate, paternæ tantum incontinentiæ reprimendæ cauſa, Cum enim genitorum omnium commune id uotum ſit, ut ad filios bona & fortunas ſuas omnes transmittant[a], leges eis interdicendo nequid ex rebus ſuis Nothis relinquant, facilius & hoc pacto eorum libidinem ueluti quibusdam frenis cohiberi poſſe putarunt[b],
Quomodo ergo ſtatutum hoc honeſte unquam recipi poterit, cum 2
indulgeat id potius hominum libidini & petulantiæ, iiſq; delinquendi impunitatem & ſeueritatem quandam promittat, quæ legibus nunquam probari ſolent[c]? facit uero potiſſimum in hanc ſententiã Honorij.iii. reſponſum illud[d], quo conſuetudinem quandam improbat, qua uxori coniugij fidem uiolanti, dimidiam adhuc mariti bonorum partem petere licebat, cum ea de cauſa mulieres libidinoſius uiuere non dubitarent. In hanc autem ſententiam & Doctores alij quamplures tranſiere[e], ſed omnes ferè eo potiſſimum mouentur argumento, quod contra bonos mores hoc ſit, careatq; omni æquitate & ratione, quæ maxime legem decent[f], cum iuris præceptum ſit hoc, honeſte uiuere[g], negariq; non poſſit, quin ex ea re ad laſciuiam quis magis alliciatur, quod ſcilicet ei conſueta pœna, & legis ſeueritas uel in parte remittatur[h]. Addideruntq; aliqui, ſi caueretur
etiam, ne cuiquam exceptio opponi poſſet, quod quis Spurius natus 3
eſſet, eadem ratione tale ſtatutum non ualere, exceptionẽq; recte obiici poſſe[i]. Baldus tamen licet alias & ipſe pro hac opin. conſultus reſpondiſſet[k], alio tamẽ in loco mitius cũ ſpurijs agendum putauit, ut ſi quidem ex damnato coitu non prodiiſſent, poſſent parentibus ſuccedere, alioquin (quoniam contra iuſtitiam publicæ honeſtatis eſſet) ius commune ſemper ſeruaretur[l]. Calderini etiam ambo ſpuriis quibuſcunq; maxime fauẽdum reſponderunt, ſi nemo aſcendentium aut deſcendẽtium ſupereſſet[m], quod & acutis probarunt rationibus, & quidã alii ſecuti ſunt[n]. Ego ſi temerarium non eſt, à tot ſapientiſſimorum uirorum opinionibus diſſentire, diſputando ſaltem hoc certe probari poſſe contenderem, quoſcunq; ſpurios recte ſimul cum legitimis filiis ad patrum hæreditates Municipali iure uocari poſſe, quam partem & acutiſſimis quibusdam interpretibus non omnino diſplicuiſſe uideo[o].
Quemadmodum enim legitima, iuſtis filiis na- 4
turali, diuino, ciuili, Pontificio iure debita[p], Municipali tamen lege minui quandoq; & in totum tolli poteſt[q], atq; ita ex legitimis, illegitimos quodammodo filios facere, cur non & illegitimis, quod fauorabilius eſt, legitimorum iura ualeat permittere? Prӕterea
quæ per legem conſtitui poſſunt, ea & ſtatuto licet cauere[r], sed ius Di- 5
geſtorum ſpurios æque ac legitimos matri hæredes eſſe permiſit[s],

quod

a l.Script.Vndc.lib.
b l.fi.C.đ nat.lib.
c l.conuenire.de pact.dotal.
d c.ex parte, de conſuet.
e Barbat.cõs.34.in.2.col.pen.Anchar.c.1.de conſtit.Bal.l.1.C.đ ſum.trin.nu.29.& l.eã quã.C.đ fideic.nu.33.
f c.erit autem.4.Diſt.
g Inſt.de ius.et iu.
h l.ſi operis.C.de pœnis.
i Bart.l.Seius.ad l.falc.Bal.l.1.C.đ his q pœ.nom.
k Bal.cons.457.in.5.in fi.
l Bal.l.1.C.de iur.aur.an.
m Ioan.& Gaſp.Cald.cons.4.et.472.
n Card.Præp.c.p uenerabilẽ,Ripa §.ſiquis rogatus.nu.21.
o Aret.l.3.de teſta.Card.c.cõſtitutiones.x.Diſt.
p l.cũ rõ de bon.dam.c.dicat.32.q.4.c.qcũq;.17.q.fi.Auth.nouiß.C.de inof.teſt.c.Raynut.de teſta.
q Bart.Caſtr.Imo.l.titio §.fin.de cõd.et đm.Alex.l.quod de bonis.§.fin.ad.l.Falc.Dec.l.iura.in fi đ reg.iur.& cõſ.19.
r l.oẽs populi, ubi Bart.3.q.princ.
ſ Soz.cõſ.148.col.pen.

quod postea quibusdam casibus à Iustiniano fuit immutatum[a], pari ratione & rursus hoc iure nouo in patribus sanciri concedamus: Quod si lex Canonica his omnibus simul cum legitimis uult æque alimenta præberi[b], cur non & Municipalis hoc amplius de successione adiungere ualeat? cum olim & senatusconsulta, & edicta Prætorum iis hæreditatem deferrent, qui aliàs non uocabantur[c], & naturalibus filiis certam etiam portionem tribui ius ciuile cõstituerit: Etenim cum successiones hoc iure fuerint inuẽtæ[d], hæc ipsaq; inter legitimos & illegitimos differentia legum scriptarum subtilitate primum fuerit prodita[e], par mihi quoq; uidetur, ut eadem Iure ciuili nunc possit aboleri[f], & qui antea eam ob causam à bonis pater-
6 nis reijciebantur, ijdem nunc lege permittente ad ea restituantur[g], cum ex temporum uarietate, & leges ipsas immutari necesse sit, labentibusq; annis, non idem semper rerum status permaneat, sed quod olim turpe, nunc honestum, & quod antea rectum, nunc quandoq; iniquum iudicetur[h]. Dubium uero non est (ut ad argumenta contraria respondeam) statutum Iuris ciuilis partem esse[i], quo tamen contra ius commune aliquid constitui licet[k], Proptereaq; si quis neget hoc ulli populo concedendum, eo quod Imperatori tantum de his legem ferre, in priuilegium sit reseruatum; Responderem id saltem illi ciuitati non prohibendum, quæ nullius
7 subsit imperio, sed propriis uiuat legibus & moribus, quales hodie multæ in Italia reperiuntur, cum in eorum iurisdictione, Imperatori quoad uniuersum æquiparentur[l], Vel fortasse & is ea ratione conuinci posset, quod hic de uera non agimus natalium restitutione, quæ solius est Principis, sed de bonis ipsis in alium transferendis, quæ statuentium propria sunt, non Imperatoris[m], atq; idcirco cuicunq; populo hoc dici posset permittendum, cum ita statuendo, spurios ipsos non ueræ restituat ingenuitati, sed facultatem quandam præbeat tantum, ob quam ad adeundas hæreditates æque ac cæteri idonei existimentur[n]. Non aduersatur autem quod de diuina constitutione est dictum, nam ut recte docuit Paulus[o], om-
8 nia ea per allegoriam sunt dicta, nec id iuris diuini præceptum, ullo modo est intelligendum, sed potius ex consuetudine quadam ita se habuisse[p], alioquin nec Principi ipsi ullum ex illicito coitu natum liceret unquam natalibus restituere, quod tamen falsum esse, nemo est qui nesciat[q], Ea siquidem quæ ueteri testamento traduntur, ut plerunq; multis rerum inuolucris obteguntur, propterea nec fori controuersijs ualde hodie inseruire solent[r], nec & si lege noua quandoq; legãtur repetita, ubi tamẽ aliũ sub cortice sensũ alunt, multũ in his fidei

a l. si qua illustris. C. ad Orfi. Auth. qbus mo. nat. sui §. fin.
b c. cũ haberet, in fi. de eo qui dux.
c tot. tit. ad Orfit. & Tertull. & de bon. posses.
d l. 3. de pet. hær. l. lege. 12. tab. C. de leg. hær.
e §. natura. Auth. quib. mod. nat. sui.
f arg. l. nihil tã naturale. de reg. iu.
g l. eius est nolle. l. nemo non potest, de reg. iur.
h c. non debet, de cõs. & aff.
i l. ius ciuile, de iust. & Iu.
k Glo. l. nec ex prætorio, & l. neq; pignus. §. 1. de reg. iur.
l Bart. l. deniq; in princ. de min. & in. l. infamem. in fi. de publ. iud.
m l. an in totum. C. de ædif. priua. Bart. l. 1. §. 2. de rei uindic.
n Bal. l. cũctos. C. de sum. trin. nu. 29. facit. l. 1. C. de ord. iudic.
o ad Galat. cap. 4.
p Card. Flo. c. per uenerab. qui fil. legit.
q d. c. per uenerab.
r c. nos si incompetẽter §. his ita 2. q. 7.

unquã habere crediderim[a].Hoc ſanè manifeſte apparet in his ipſis ſuc
ceſsionibus,quarum alia ratio eo iure erat[b],alia hodie obſeruatur[c]. Et
quod ad connubia ſpectat, plures olim uere legitimi potuiſſent re-
cenſeri[d],quos tamen nunc ex inceſto,aut ſtupro natos lex pontificia in
terpretatur[e]. Acrius quidẽ urget ſanctio Canon.quæ eos quocunq; iu
re ſuccedere uetat[f], Sed id mihi potius ex iuris diuini interpretatione
uidetur reſponſum[g],quod tamẽ nõ neceſſario id probat,ut modo oſtẽ
di, Vel cum hæreditatum & ſucceſsionum materia ad ius ciuile perti-
neat[h],neſcio quam authoritatem inter laicos uerba illa obtinerent,
Aut id non niſi in Pontificia iuriſdictione ſeruabitur[i], Aut Auguſti- 9
ni dictum illud forſan poterit improbari, eo quod in cauſis profanis
terminandis,eius authoritas, ſicuti & aliorum ſanctorum,niſi in ſubſi-
dium non recipiatur[k]. Non obſtat peccati ratio,à qua maxime debẽt
ſtatuta abeſſe,quoniam cum & concubinatus,& quælibet fornicatio,
hodie iure Canon.ob peccatum ſit reprobata[l],& tamẽ naturales filij,
ac ſpurij quidam,hodie quoq; ſicut olim ſuccedant[m], non uideo cur ſi
cuti hæc peccati ratio,in horum ſucceſsioné tã ciuili quã Pontif. iure
non attenditur, eam nos pluris in Municipali ſtatuto uelimus æſtima
re:lex enim quotiens directo peccatum inducit,ut quia malam fidem 10
in præſcriptione approbet;aut adulteris impunitatem promittat,ſem
per omnino explodenda eſt[n], Aſt ubi non præcipue in fauorem delin
quentis lata eſt,ſed ſuper eo ſtatuit,quod legis eſt proprium, ueluti de
ſucceſsionibus,de tutelis,& ſimilibus,licet deinde & peccatum ſubſe-
qui poſsit,lex ipſa tamen ualet[o], quia ad id principaliter non tendit,
& quod acceſſorium eſt,non ita curari ſolet[p]: Sic uidemus licere quã-
doq; ex cauſa neceſſaria ab aliquo pecuniam ſub uſuris accipere, cũ ta
men ille qui fœnori dat,grauiſsimo ſe,ea ex re,crimini obliget[q], quod
& multis alijs exemplis facile eſſet declarare[r].Minus me mouet, quod
hoc libidinis & ſtupri quoddã ſit illiciũ,cũ enim hæc ratio in filijs na-
turalibus,& ſpurijs quoad matrem non conſideretur,cur eam hic po-
tius nos obſeruemus? Cur non ita & eam iuris Pontif. partem ubi de
alimentis, illegitimis filijs decernendis cauetur[s],non recipiẽdam dici-
mus,cũ illa ratiõe homines ad illicitos cõcubitus,facilius inuitari poſ
ſe uideantur ? Sed quod nam poteſt eſſe illiciũ, ſi non minus parẽtes ,
adulterij,ſtupri,inceſtus ue pœna punientur[t] ? Nobis enim filios adiu
uare tantum eſt propoſitum , non parentum laſciuiæ indulgere , Ple-
ctãtur illi aut ſolito,aut etiam grauiore aliquo ſupplicio, non imme-
rentes filij huius ſceleris pœnas perſoluant;Atqui ſequeretur , nullam
pœnã ullo iure poſſe tẽperari,& tamen conſtat etiam in atrociſsima 11
delicta,ueluti homicidiũ mitius aliquãdo animaduerti,atq; ita per ſta-
tutum

a Aret.l.3.ꝙ teſta. 2.col.in.fi.
b Numer.27.
c Iaſ.l.qui ſe patris. C. und. lib. nu.25.
d leuitic.cap.18.
e c. non debet. de cõs.& aff.
f c.1.35.q.7.
g ibi.𝔙.intelligendum.
h c.ad ſedem. 35. q.5.
i c.ſi duobus.in fi. de appellat.
k c.de libellis, cum Glo. in ſum. 20. Diſt.
l c.nemo.c.meretrices.32.q.4.
m Abb.c.tãta. qui fil.leg.nu.12.
n c.ſi.de præſcrip. c.ex parte. de cõſuetud.
o Cardin.c.conſtitutiões.10. Diſt. Rip.§.ſi quis rogatus.nu. 50. & in.l.ſi unquã. C. ꝙ reuo.do.nu.78.
p l.ſiquis nec cãm. ſi cert.pet.
q Abb.c. ſuper eo, de uſur.
r l.non õe, de ſtatu lib.c.nos conſuetudinem.12.Diſt. Paris.c.in præſẽtia,ꝙ probat.nu. 47.
s c. cũ haberet in fi.de eo.qui dux. in matr.
t Io.Cal.d. conſ. 4. & Ripa.§. ſi quis rogatus. nu. 50.

tutum posse decerni[a]: Atq; ex hac ratione, tolluntur omnia quæ de bonis morib⁹ sunt obiecta, non.n. ideo praui mores excitantur, sed parentes cõdigno exẽplo mulctantur, filiorũq; præcipue in hoc statuto habe
12 tur ratio, nõ parẽtũ. Immo & illud affirmare audeo, optimis quãmaxime moribus hoc conuenire; Quid.n. rectius est, quàm suos delicta non egredi authores[b]? & cõtra, quid iniquius, quàm innoxios tanquã peccãtes puniri[c]? Nasci autẽ de adulterio, non est eius culpa qui nascitur, sed eius qui generat[d]: Vndecũq;.n. quis nascatur, dũmodo uirtutib⁹ se dedat, nõ est ab alijs cõtemnẽdus[e], cũ ex quocunq; semine prodierimus, Dei ipsius opus simus[f]; Igitur nec indignum uideri debet, si ijs æque ac alijs filijs nostris, bona & hæreditatem nostrã communicemus.

a Bart.l. pen.§.ad crimen, de publ. iud.nu.14. Alex. l.1.qđ quisq.iur. nu.13. facit Auth.bona damnatorũ.C.de bon. proscr.
b l.sancimus.C. de pœnis.
c Auth.de inc.nup. in princ.
d c.nasci.56. Dist.
e c.nunq̃.c. dominus, ead.Dist.
f c.sicut satius.32. q.4.

An spurij infamia sint notati.

1. Varia spuriorum crimina.
2. Ingredi eccl.Dei, spurij non poterant.
3. Spurium dici, turpe uidetur.
4. Spurij testimo. nec semiplene probat.
5. Fratri cõpetit quærela inofficiosi, si spurius aliquis instituatur.
6. Legitimatio abolet omnem maculam.
7. Spurij iure ciuili funguntur honoribus, & dignitatibus.
8. Nasci illegitime, crimẽ est patris nõ filij.
9. Spurij prouocare possunt legitime natum, ad singulare certamen.
10. CHRISTVS ex adul. stipite profectus.
11. Salamo spurius, & alij sanctissimi uiri.
12. Quinam spurij infames dici possint, & qui non ita.
13. In spurijs nõ ẽ nota delicti, sed aliud qd.
14. Infamia facti quæ.
15. Habens rem cum concubina aut meretrice, an infamis dicatur.
16. Spurij inferiores semper legitime natis.
17. Spurius maior natu, cedit uia, & quocũq; gradu, fratri suo legitimo, quãuis minori.

CAP. LV.

INOLEVIT quædã opinio apud plerosq; de illegitimis filijs, ut eos turpes, infamesq; personas censeãt[g]: Scriptũ.n. est in sacris literis, Adulterorũ filij abominatio sunt Deo[h], & adulterinæ plãtæ nõ da
1 bunt radices altas; nec stabilẽ sedẽ ponẽt[i]; dixitq; Bonif. martyr, genus hoc nec bello forte, nec fide cõstans, nec Dis amicũ esse[k], quod & apertius Calix. Pont. cõprobans, Nos, inquit[l], sequẽtes patres nostros, infamia eos notamus, & infames esse censemus, quia infamiæ maculis sunt
2 aspersi, & quoniã eos uel designare funestũ est[m]: Reperimusq; hos lege ueteri, usq; in decimã generationẽ prohibitos ingredi ecclesiam Dei[n], quoniã immundi cẽsentur, ut Paulus docuit[o], Suntq; tã Mosaica, quàm Pont. ac ciuili lege omnino detestabiles[p]. Vnde & August. ait, satius esse sine liberis defungi, quàm ex illicito coitu stirpem quærere[q]: Ideoq; Plutar. in libello quẽ de liberis educãdis scripsit, id potissimũ parẽtib⁹ præcipit, ne se uilibus aut abiectis iungant mulieribus, quales sunt me
3 retrices aut pellices, eo quod filijs ea ex re macula quædã adnascatur, quæ alijs carpendi causam plerũq; afferat, sed curandũ maxime, ut generis sui parentes legitima iaciant fundamenta. Sic apud Sophoclẽ in μαστιγοφόρῳ, Menelaus Teucrũ obiurgat, quod cum Nothus esset, ea sibi

g Azo in sum.C.de infam. Bal.l.in bonæ. C. de iure iur. Ale.l.1. col. 2.de lib. & post.
h Sapien.cap.3.
i Sapien.4.
k c. si gens.56. Dist.
l c.coniunctiones. 35.q.2.c.cũ multæ.15.q.8.
m c.de incestis.35. q.2.
n Deuter. cap.23.
o 1.ad Corint.7.c. iã nũc.28.q.1.
p c. per uenerabilẽ, in fi. Qui fil. sint legit.
q c. sicut.32. q.4.

putaret licere, quæ & ipsi legitimo. Hinc reprehendi solent ii, qui malunt se spurios alicuius potētis patris nominari, quàm legitimos filios alterius priuati, hoc.n. improperatū fuit Herculi, quod se filiū Iouis ex Alcmena genitum prædicaret, ut inquit Ouid. Metamorph. lib. ix.

Nam quod te iactas Alcmena matre creatum,
Iupiter aut falsus pater est, aut crimine uerus,
Matris adulterio patrem petis, elige fictum
Esse Iouem malis, an te per dedecus ortum.

Hinc Pont. iure, dignitates ecclesiasticæ illis nunquā solēt decerni, nisi prius eos Pontifex, aut qui id potest, legibus soluerit[a], & si testes aliqua in causa omni exceptione maiores requirātur, spurij attestatio idonea 4
non erit[b], cū nec semiplene probet[c], cadēq; ratione testes duo in causa criminali, quorū alter spurius esset, plenā fidē non faciēt[d]: Hinc etiā cū 5
frater inofficiosum id posit testamentū dicere, in quo turpis persona est instituta[e], si spurius aliquis à fratre fuerit hæres relictꝰ, licebit fratri testamētū illud subuertere[f]; Immo & si spurius legitimatus, à fratre esset institutus, adhuc querelæ locus erit, quoniā & post legitimorū iura impetrata, facti infamia quædā ijs inhæret[g], quæ sola licet leuissima ad expugnādū testamentū sufficit[h]. Hæc Doct. passim, affirmātes, spurios uiles, obscurosq; haberi[i], quæ tamen uereor ne illorū magis opinione, quàm certa ulla sint ratione recepta: Ego.n. quoad omnia cōtrarium semper sensi, tā de illegitimis, quàm de illis qui iā natalibus sunt restituti: Immo de his quicquā amplius dubitare, ridiculū mihi prorsus uidetur, cū sciamus Principis priuilegio quācūq; maculā, si qua forte in- 6
esset, semper aboleri[k], nouūq; uelut hominē rursus gigni, ac uere legitimū, quēlibet ita restitutū cēseri[l]. Quod uero ad spurios pertinet, cū ad 7
dignitates iure ciuili possint peruenire, expressaq; sit ratio, quoniā nō est impedienda eius dignitas, qui nihil admisit[m], crederē & hinc satis probari, eos haud quaquā infames esse[n], cū hi qui eiꝰmodi sunt, ab omnibus muneribus & honoribus soleāt arceri[o]: Crimē paternū Callistratus inquit, nullā maculā filio infligere potest[p], sed id ipsum ex adulterio aut fornicatiōe nasci, nō filij, sed parētis culpa est[q], ergo nulla filios 8
inde sequetur infamia, cū illa proprio tantū, nō alieno delicto cōtrahatur[r], Homines siquidē undecūq; prodierint, Dei æque filij sunt[s], nec natales ipsi quēquā uel minima ulla in re ualēt polluere, ut Chrisost. præclare inquit[t], unde nec quis istorū singulare certamē iure pōt detrecta- 9
re[u], cū tamē infames & sordidi ab ea militia repellātur[x]. Tradūt diuus Hieronymus & scriptores sacri[y], CHRISTVM quo nil maius diuinius'ue dici potest, ex adulterino stipite originē ducere uoluisse, ut in- 10
de ostenderet, quam falleretur, quisquis tale hominum genus ceu uile

& turpe

a c. fin. de fil. præ.
b Cur. l. admonēdi, ff Iureiur. col. 2.
c Mars. sing. 273.
d Nicol. Vbal. de succes. ab intes. 4. species.
e l. fratres. C. de inoff. test.
f Alex. l. ex facto. de uulg. nu. 21.
g Bal. l. generalr §. cū autē. C. de inst. et subs. Ale. l. 3. ff lib. et post. num. 7.
h d. l. fratres.
i Alex. cōs. 47. in 4. contra tamen Grāmat. Voto. 4 nu. 22.
k l. 3. de nat. rest. l. impial §. 1. ubi Bal. C. de nupt.
l l. 2. in fin. de nat. rest. Bar. Ias. l. si is qui pro empto re. nu. 227. Dec. cons. 366.
m l. spurii. de Decurion.
n Afflic. Decis. 195 in fin. Capyc. Decis. 32. nu. 7.
o l. 2. C. de dignit. lib. 12. c. infam. de reg. iur. in 6.
p l. crimē. ff pœnis.
q c. nasci. 56. Dist.
r Bal. c. testimonium. de testib.
s c. undecunq; 56. Dist.
t c. nunq. ead. dist.
u Alcia. in Duello. cap. 19.
x Paris put. de re mil. lib. 7. cap. qd in pugnis dignitas.
y c. dominus. 56. Dist. Abb. c. per uenerab. qui fil. leg. nu. 5.

& turpe auerteret, notātq́ hi qui hiſtorias ab origine mūdi ſunt exorſi, artes omnes & ſciētias ab huiuſmodi ſobole, à filijs ſcilicet Lamech fuiſſe inuentas, & ab eis ſubtiliora omnia, & utiliora excogitata: Memoranturq́ plures integerrimæ & ſanctiſsimæ uitæ uiri his & ipſi orti initijs: Nam & Iephte inter ſanctos Apoſtoli uoce numeratus[a], meretricis fuit filius[b], & Albanus martyr ex inceſtu patris cum filia natus
11 dicitur; Et Salomonem illum, quem ſapientiſsimum è cœlo diuinitus demiſſum omnes ſunt admirati, multi credunt illegitimum fuiſſe, Vt infinitos prætercam, quos alibi commodius referemus, quorum ſingularis prudentia & probitas, aperte potuit nobis declarare, nil quenquam ex his natalibus magis aut obſcurari, aut illuſtrari. Sed dicat aliquis, num ſæpius expreſſum hoc habemus, infamia eos quāmaxime
12 laborare, & Dis infenſos eſſe, ut ſupra latius retulimus? Ad hæc reſpondent quidam[c], ea de ſpurijs tantum intelligenda eſſe, non uero de naturalibus, qui cum extra legis pœnam ſint[d], nulla etiam labe aſperſi dici poſſunt: Sicq́ ſentiunt hi, ſpurios quidē infames eſſe, naturales autem ab omni planè macula eſſe ſeiunctos; Ego uero cum quæſtio noſtra, de omnibus non legitime natis, præcipueq́ ſpurijs ſit, quos infames non eſſe, uolumus probare, ad omnia ſupradicta, & ſi qua huiuſmodi reperiri poſſunt, longe aliter, & abſq́ ulla diſtinctione reſpondeo, quin non ego, ſed Gratianus potius, qui in libris Decretorum compilādis, ubi Canones aliquos obſcuriores offenderet, egregiam etiam in ijs interpretandis operam nauauit. Eius autem hæc uerba ſunt, cum de ſpurijs loquitur, & ſupra allegata refert decreta: Inquit enim[e], Quod
,, legitur, adulterorum filij abominatio ſunt Deo, hoc de filijs adultero
,, rum intelligendum uidetur, ad quos paterna flagitia, hæreditaria ſuc-
,, ceſsione deſcendunt, Et alibi[f], Sed hoc intelligēdum eſt de illis, qui pa-
,, ternæ incontinentiæ imitatores fuerint: Eandem interpretationem
,, ſecutus eſt & Innoc. iij. cuius & hæc uerba ſunt[g], Quod ſcriptū eſt, Ego
,, ſum Deus Zelotes uindicans peccata patrum in filios uſq́ in tertiam
,, & quartam generationem, in his qui oderunt me, Intelligitur, ideſt in
,, illis qui contra me paternum odium imitantur, Vnde & Auguſtinus[h],
,, Vndecunq́ homines naſcantur, ſi parentum uitia non ſectentur, hone-
,, ſti & ſalui erunt, ſemen enim ipſum, per ſe non quidem malum eſt, ſed
,, male utentibus tantum, graue & exitioſum, Quibus quidem ex locis conſtat ſpurios eos tantum à Iure notari, qui hæreditaria quadam ſucceſsione paternas ſordes referunt, Cæteros uero tales minime cẽſeri, cum initio quilibet natura bonus producatur[i], infamia uero bonitati repugnet[k], & conſequenter naturali uniuſcuiuſq́ conditioni[l]: Quo fit, ut qui ſpurius naſcitur, ex ſe quidem infamis dici non poſsit, quia natu-

a d. c. naſci, in fi.
b Iudic. cap. 11.
c Ias. cons. 71. in. 1. Cagn. l. 1. ꝺ inof. teſt. nu. 14. & in l. ſi qua. C. ad Orfit. nu. 8.
d l. 3. de concub.
e in. c. cenomanē ſem. in fi. 56. diſt.
f c. 1. §. 1. ead. Diſt.
g c. niſi cū. §. perſonę, de renuntiat.
h c. undecunq́. 56. diſt.
i Felin. c. dudū. de præſump. [illegible]
k Bar. l. 1. ꝺ [illegible]
l Barb. c. cū deputati. de [illegible]

ra quemlibet bonum procreat, minus quoq; talem à patre notam con
trahere, quia crimen paternum nullam maculam filio inurit[a], ergo ſpu
rij turpitudine nulla notati initio intelligentur, niſi proprijs deinde ſe
flagitijs inquinauerint, prout contraria argumẽta teſtantur, & quidã
etiam ex noſtris ſenſiſſe uidetur[b]: Nolim tamen idcirco exiſtimet qui-
ſpiam, hos à nobis, omnib⁹ quod aiunt numeris abſolutos, perinde ac
legitimos cenſeri: Sat. n. notum eſt, Pontificio iure non poſſe ad ſacros
ordines adſciſci, niſi legibus ſoluti ſint, quoniam ut Innoc. Pontif. ait, li 13
cet non inſit nota delicti, deficit tamen in his quiddam, ob quod ad ſa-
cra non ita facile queunt promoueri[c], Sed id ego contendo, non ideo
hos infames dicendos, nec facti quidem infamia, quod ea ex proprio 14
aliquo delicto oritur[d], hi aliena laborant culpa[e]: Illa cum primum igno
ta eſt, infamia dici nequit, nec. n. unquam latet[f], horũ plerunq; natales,
quales ſint ignorantur, cũ tamẽ re uera ſpurij ſint: Ea reſcripto Princi
pis deleri haud unquã poteſt[g], hi cũ natalib⁹ reſtituũtur, oẽm prorſus
eluũt labẽ, efficiũtur ſiquidẽ nõ ficte, ſed uere & proprie legitimi[h]: Vel
ſi eos indigniores fatear, id tantũ iure Pont. permittã, quod in dignita
tib⁹ conferendis, de perſonarũ conditione, uſq; adeo ſolicitũ eſſe uide-
tur[i]; Sed iure ciuili quis id concedat? cum in infamiũ Catalogo nuſpiã
numerẽtur[k], nuſpiam à teſtimonio ferendo repellantur[l], & in Decurio
num ordinem adlegantur[m], ad quem Plebeijs non licet aſcendere[n]? &
ius prouocandi habeant quemcunq; ad ſingulare certamen[o], & milites
eſſe non prohibeantur, nec feudũ acquirere[p], quæ omnia turpib⁹ perſo
nis permitti nõ ſolẽt? Quinimmo cũ hoc iure is qui filiũ ex cõcubina, 15
meretrice, aut ancilla procreat, nullã ideo maculæ notam incurrat, niſi
forte uxorẽ haberet[q], quod & ipſum dubiũ eſt[r], Cur uolumus deinde
tales liberos infames cenſeri, cũ author eius coniũctionis ab omni no-
ta immunis ſit? Nonne. n. iniquũ & abſurdũ ſatis eſſet, patrẽ ita coeun
tẽ nihil delinquere, partũ eũ tamẽ criminoſum eſſe[s]? & cũ infamẽ eſſe
quædã ſit pœna, eo quod multa ei interdicit, ad quæ cæteri poſſunt ad
mitti[t]: Quis dicat pœnã ibi eſſe, ubi nulla ſpurii culpa preceſſit[u]? Fate
or id quidẽ, & hoc iure neſcio quid in his deſiderari, cũ nõ æque ac alij
legitimi fulgeãt, ſed id nõ infamiæ aut turpitudini ulli fuit adſcriben-
dũ, quin naturæ potius cuidã inclementiæ, quæ tales eos produxerit, ſi-
cuti & de fœminis dicimus quarũ cõditio multo eſt quã maſculorũ de
terior[x], & potentiorum melior quam humiliorum: Non enim hoc ullo
eorum crimine, notaue contingit, ſed quod ita publici officii ratio exe
git, ut inter hominum gradus, quidam honeſtiores, alij inferiores ha-
berentur: Id quoq; & in illegitimis accidit, qui pari iure, cum legiti- 16
mis quidem cenſeri non poſſunt, ſicuti nec ruſtici cum ciuibus, plebeii
cum

a l. crimẽ, de pœn. iuncto arg. l. ſi is qui. §. utrũ, ꝗ reb. dub.

b Marſil. ſing. 275. ℣. limito tamen.

c c. accedens, de purg. can.

d l. cognitionũ. §. i. de uarijs. et extr. crim. Bal. c. teſtimoniũ, de teſtib.

e l. legẽ. C. de nat. lib.

f Bal. d. c. teſtim.

g Fel. d. c. nu. 14. Bal. l. caſſius, de ſenat. nu. 9. Abb. c. cũ te, de re iudic. nu. 9.

h l. imperialis. §. i. C. de nupt. Dec. cons. 366. 399.

i Card. c. 2. 56. diſt.

k toto tit. ff. & C. de infam.

l Capyc. Decis. 32. nu. 7.

m l. ſpurij, ꝗ decur.

n l. honores. §. is q. eod. tit.

o Alciat. cap. 19. in duello.

p Capyc. ſupra.

q Dec. cõſ. 530. Alber. l. pe. §. iuris. de iuſt. & iu.

r Glo. l. palàm. §. quę in. ꝗ rit. nup. Tiraq. de leg. cõ. pag. 6.

s contra. c. principatus. c. cum paulus. 1. q. 1.

t Dy. Anch. c. infamib. de reg. iur.

u c. nõ afferamus. 24. q. 1. l. ſi pœna. de pœn.

x l. in multis, ꝗ ſta. hom. l. 2. de reg. iur.

cum patritiis, iuniores cum senioribus sunt conferendi, in quibus tamen nihil ideo turpitudinis esse arguas: Hinc ad Decurionatum spurij admitti non solent, si competitorem habeant legitimo loco natum[a]: Hinc iuramentum iusto potius testi, quàm notho deferendum dicũt[b]: Sic uel leuis rumor de alicuius spurij uita, maiorem semper suspitionẽ solet inijcere, quàm si illud idem publice de aliquo legitimo prædice-
17 tur[c]: Hinc etiam Baldus dixit, fratrem minorem legitimum, fratri maiori quanuis legitimato esse præponendum, atq; hũc illi uel in uia, uel in mensa, aut quocunq; alio in loco cedere debere[d]: Et generaliter quoties spurius cum legitimo concurrat, æquis indicijs legitimorum causa potior haberi solet.

a l. generaliter §. spurios. de decurion.
b Curt. l. admonendi. nu. 11.
c Ang. cons. 284.
d Bal. c. p tuas, de maio. & obed.

Spurii an dignitates iure ciuili adipisci, aut tabellionis saltem munus possint exercere.

1 Tabellionis munus vile est.
2 Serui publici.
3 De notarijs, vt dicitur, ad banchum, & aliis, quid inter se differant.
4 Iure ciuili possunt spurii dignitates obtinere.
5 Catulli carmen explicatum.
6 Pater patratus, & cur nemo pater patratus, qui non legitime natus. nu. 7.
8 Spurij Doct. iure creari possunt.
9 Spurii ad dignitates ex consuetudine locorum admittendi.
10 Constitutio Collegij Bonon. de non recipiendis spurijs.
11 Iason spurius, & à Mediolan. Collegio reiectus.

CAP. LVI.

EX his quæ supra dicta sunt, multæ possunt quæstiones decidi, quæ Doctoribus altercandi materiam præbere solent; Alexander enim cum ex facto esset interrogatus, an illegitimis liceret in Tabellionum ordinem adscribi, apertè respõdit, eos tali munere indignos[e], quoniam cum infames dicantur, dignitatem nullam nisi magna ex necessitate possunt obtinere[f], notarii uero officium cum publicum sit, non debet talibus personis deferri[g]: Contra Gaspar Calderinus, qui ut spuriorum
1 causam tueretur, Tabellionis munus tantum à dignitate abesse dixit, ut uile id potius officium haberetur[h], eaq; ratione Decuriones id confi cere prohiberentur[i]: Hincq; uidemus libertum notarium esse posse[k], cui tamen ad honorem dignitatem'ue ullam non licet ascẽdere[l]: Hinc admonet Accursius aduocatos ne huiusmodi munera suscipiãt adeò obscura & uilia[m], cum ob id serui publici dicantur[n], non quia uerè serui
2 sint, sed quia publice instar sint seruorum, ut & Oldradus dixit[o]: Quæ cum ita sint, nihil esse deinde cur spurijs hæc prohiberentur Calderinus dixit, cum munus hoc huiusmodi sit, ut dignitatem aut honoris gradum aliquem secum non habeat adiunctum, in hancq; sententiam pro spurijs, & Angelus alacriter respondit[p]. Sed mihi prius quidem quàm de quæstione loquar, id necessarium uidetur declarare, nihil sci-

e Alex. cons. 80. in 2. Mars. sing. 273 ℣. ultimo circa. Ruin. cons. 35. in 4. nu. 14.
f l. generaliter §. spurios, ff. Decur.
g Bart. l. eadẽ. Ad l. Iul. repet.
h Gasp. Cald. cons. 2. de fid. instr.
i l. uniuersos. C. de decur. lib. x.
k l. fin. C. de ser. Reip. man.
l l. i. C. ad. l. Visce.
m Glo. d. l. uniuersos.
n l. non aliter. de adop.
o Oldr. cons. 75.
p Ang. cons. 284.

licet Alexandrũ Calderino contrarium locutum esse, quãuis nemo eos
non discrepantes prima facie iudicet, sed ut erat diuersa eorum facti
species, uario etiam modo utrunque super re proposita respondisse. Il- 3
le[a] in eum inuehitur notarium, qui cum spurius esset, id tamen obibat
munus, quod publici secum nescio quid officij ducit, estque præcipuæ in
eo genere authoritatis, quales ad banchum assumptos notarios, uulgo
aiunt: Hic[b] simpliciter de notarij munere interrogatus, etiam illegiti-
mis aptum esse respondit, quoties scilicet fines non excederet consue-
tos, & uulgarem Tabellionis tantum operam quis præstaret, quod qui
dem ab alio illo longe distat munere, ut egregie Bartolus adnotauit[c].
Sed si uera sunt, ut opinor, quæ supra disseruimus[d], inde patere potest,
omnes has tam Alexandri quàm Ang. & aliorum rationes esse super-
uacaneas, admittunt ij enim spurios infames haberi, indeque disputant,
an Tabellionum munus possint sustinere: Ego autem cum eos iure ci
uili infames non esse docuerim, nihil etiam obstare uideo, cur non &
officio hoc, quemadmodum & alijs dignitatibus possint defungi, præ
sertim cum aliàs ostenderim, illos Romanos ciues habitos fuisse[e]. Fal- 4
litur enim qui putat eos nisi urgente necessitate Decuriones creari
non posse[f], cum immo regulam in contrarium Papinianus constitue-
rit[g], dixeritque & Vlpianus nullam dubitationem esse, quin illis quicũque
honores recte possint decerni[h], quam deinde tamen limitauit idem Vl
pianus, ut si eadem in dignitate competitorem habeant legitime quæ
situm, ab eo excludantur[i]: Sed hæc ipsa declaratio & limitatio manife
ste probat, quibuscũque alijs casibus id illis licere[k], simileque huic est, cum
lex ait, certæ conditionis homines in magistratibus Municipalibus
alijs esse præferẽdos[l], aut in albo antiquiores primum, uel eos qui am
plioribus functi sint muneribus esse describendos[m], Non enim ideo cæ
teri ut minime idonei reijciũtur, sed inter multos, uisum est his aliqua
de causa primas deferre, cum tamẽ re uera omnes ii digni muneribus
iudicarentur[n]: Alioquin si diceremus, ex causa tantum necessitatis,
atque in subsidium, ut alij putant, spurios admitti, non ne male sanè di-
xisset Vlpianus[o], nullam de his dubitationem esse, cum immo maxima
tunc futura fuisset dubitatio? Non ne etiam male eum paragraphum
cum præcedenti responso coniunxisset, si adeò diuersum factum ibi re
ferendum erat[p]? Occurrit hoc loco, Catulli Poetæ eruditissimi car- 5
men, quod mihi prætermittendum non uidetur, eo quod multos sanè
eo deceptos scio, qui existimarunt sensisse & illum, magistratus atque ho
nores publicos, illegitime natis non potuisse mandari, Inquit enim
ad Hymenæum loquens.

Quæ tuis careat sacris,

a Alex. d. cons. & Mar. d. sing. 273.
b Cald. d. cons.
c Bar. l. eadẽ. ad. l. Iul. repet. nu. 4. Dec. l. i. C. quod mãd. princ. nu. 32.
d cap. præced.
e cap. 35.
f d. l. generaliter §. spurios.
g l. spurii. de decu- rion.
h d. §. spurios.
i d. §. spurios. uer. sed si habeant.
k arg. per Dec. l. i. quod reg. iur. nu. 27.
l l. ut gradatim. §. etsi lege, de mun. & honor.
m l. i. de alb. scribẽ.
n Glo. d. §. spurios. v. oportere.
o d. §. spurios.
p d. §. ubi dictio quoque, quę iungit se cundũ eandẽ qualitatẽ. Bart. l. labeo, de pact. et. l. si. quod cer. loco.

Non queat dare Præsides
Terra finibus, at queat
Te uolente, quis huic Deo
Compararier ausit?

Ex quibus uerbis eliciunt multi, eum qui sine Hymenæo, idest iustis nuptijs natus fuerit, Præsidem creari non potuisse, nec magistratum ullum obtinere. Ego uero tantum abest, ut id eum uoluisse putē, quod uulgo creditur, ut hisce carminibus ipse magis in pristina sententia cōfirmer. Altior autem subest his sensus, quàm qui se prima fronte ostendit: Non enim ibi agit Poeta de quocunq; magistratu, sed de eo tan-
6 tum qui Pater patratus, aut fœcialis dicebatur, Namq; scimus patris patrati munus olim circa multa uersatum fuisse, inter cæteraq;, ut occupatos Populi Rom. fines ab alijs gentibus, aut siquid aliud ab eis iniuste detinebatur, repeteret, alioquin eis bellum indiceret, Cuius moris meminerunt plures, Liuius, Alicarn. Lætus, & maxime Fenestella[a], qui hac uerborum formula eos usos esse scribit; Audi Iupiter, audite fines cuiuscunq; sint gentis, numina audiant fas, ego sum publicus nuntius Pop. Rom. piè iusteq; legatus uenio, uerbis meis fides sit. Iupiter, si ego iniustè, impieq; illos homines, illasq; res dedier Populo Romano, mihiq; exposco, tum patriæ compote me nunquam sinas esse, &c. Præerant ergo hi custodiendis finibus Pop. Rom. ob idq; dixit Poeta, Præsides dare finibus, intelligens de his tantum magistratibus, ad quos spurij non poterant peruenire. Quod si quis quærat, cur in his solum legitimi requirebantur natales, non sic in cæteris publicis dignitatibus: Hinc pendet profectò uerus eorum carminum sensus;
7 Quapropter sciendum est, neminem olim patrem patratum creari potuisse, nisi qui & patrem superstitem & filios ex se iam natos haberet, quod multis de causis institutum fuisse refert Plutarchus[b]. Ille igitur qui non legitime natus erat, tale obtinere munus non poterat, quod is patrem non habebat, cum uulgo conceptus diceretur[c], proptereaq; erant huic necessariæ parentum nuptiæ, ut doctissimus Poeta ait: Ex quo colligimus in cæteris magistratibus secus fuisse, cum hoc specialiter in ea tantum dignitate requireretur, quod & interpretem quendam, subtiliter in illis carminibus adnotasse scio[d], quem nec sua in hac re laude uolui defraudare. His ergo & magis adducor ut credam, spuriis cæteros honorum gradus non fuisse interdictos. Sanè Aristot. in Polit. hos à Reipub. administratione submouisse non legimus, uidemusq; in historijs quāplures huiusmodi, ad maximas & clarissimas dignitates peruenisse, Regnaruntq; & nostra, & patrum nostrorum memoria multi uere Nothi, magni tamen nominis Principes à nobis suo

a cap. 10.

b in Problem.

c l. uulgo. de stat. hom.

d Guar. in expos. Catull.

loco infra forte nominandi. Quod igitur ad omnes ſpectat dignita-
tes, quanuis id communiter receptũ ſit, eas illegitimis iure ciuili haud
poſſe conferri, eademq́ ratione dicatur Doctores eos abſq́ ſpeciali pri
uilegio de Iure non licere creari[a], quod & dignitas hæc ſit[b], cuius illi ex 8
pertes ſunt[c]: Ego tamen contrarium prorſus aſſero, tum quod nihil in
iis animaduerto, cur non ad quẽlibet poſsint euehi honoris gradum,
tum quod illud & legibus noſtris aperte deciſum puto[d]; Sic hodie paſ
ſim ſpurijs omnibus Doctorum inſignia concedi uidemus, quod quan
uis ex conſuetudine ſola introductum aliqui ſentiãt[e], ego tamen nedũ
conſuetudine, ſed & iure, multum ante cautum credo, quod conſuetu-
do deinde ſemper approbauit, quæ optima dicitur legum interpres[f].
Id quidem fateor hodie certam in hac re regulam tradi non poſſe, 9
ſint ne illegitimi dignitatum capaces aut minus, cum ſecũdum uarios
locorum mores nunc omnibus muneribus indigni, nũc ad omnia ido
nei iudicentur: Scimus autem in his cõſuetudinem præcipue eſſe ſpe-
ctandam[g], & ſecundum eam uniuſcuiuſq́ conditionem eſſe diiudican-
dam[h]: Nam ut & infra de nobilitate latius dicemus, una eſt locorum
conſuetudo, quæ claros ab obſcuris diſcernit uiris, & dignitates ac mu
nera idoneis diſtribuit ciuibus, cui ſemper in qualibet materia hæren-
dum eſt[i]: Atq́ ideo ſi hoc in terris eccleſiæ, aut alijs multis Chriſtiani
nominis regnis diſputemus, dubium non eſt & ſpuriis quamlibet ferè
dignitatem deferri poſſe, Sin alibi, tunc ſecundum illius ciuitatis inſti-
tuta, mores, aliter fortaſſe res erit decidẽda: Namq́ & in hac Vrbe no
ſtra, cum multis in rebus ſpurij à legitimis parum differre uideantur,
una tamen in dignitate ualde hos ab illis ſecernimus. Extat.n. penès 10
Doctorum Collegium uetus conſtitutio, ne quis ex iniuſtis natus nu-
ptijs, ullo unquam tempore in illud poſsit cooptari, quam legẽ mul-
ti uiolare ſæpius quidem fruſtra ſunt conati, Idemq́ & Mediolani au- 11
dio ita fuiſſe obſeruatum, ut nec Iaſonem quidem uirum Iuriſconſulto
rum peritiſsimum, & cui iuris profeſſores plurimum ſemper debeant,
ullo ea in re priuilegio fuerint proſecuti. Dicunt aliqui id Iuſtiniani
exemplo factum, qui cum ad libros Digeſtorum compilandos, permul
tos eruditos uiros adhibuiſſet, laudat inter eos inprimis Anatolium
quendam, quod ab antiqua legitima ſtirpe genus duceret[k]. Sed ego
id obiter potius dictum fuiſſe credo, ut cum alios aliis in rebus extol-
leret, huius etiam nobilitatem, & ſanguinis claritatem ita com-
mendaret, Summopere tamen conſtitutionem noſtram laudandam
cenſeo, atque perpetuo dignam obſeruari. Ac de ciuilibus mu-
neribus ſatis.

a Card. in Probem. Clem. col. 2.
b Bart. probem. C. §. i. nu. 10. Dec. cons. 161.
c l. honor. §. de honorib. de mun. & honor.
d d. l. ſpurij. d. §. ſpurios.
e Felin. c. quãto, de magiſt. nu. 2. Alc. in prima Addit. l. i. C. de dignit. lib. 12.
f l. ſi de interpretatione, de legib.
g l. fin. in princ. de mun. & honor.
h Imo. c. de multa. in fin. de præbẽ.
i Bart. l. i. C. de digni. col. pe. lib. 12
k l. 2. §. quæ omnia C. de uet. Iu. enuc.

Iure

Iure Pontif. an ulla munera illegitime natis deferantur.

1 Cur Ius Can. difficilius illegitimos ad dignitates admittat, quam ius ciuile.
2 Iure diuino ab honoribus spurii non repelluntur.
3 Alciati error.
4 Spurius Monasterium ingressus, an vere legitimus censeatur.
5 In rescripto Pontif. intelligitur clausula, si legitime natus sit.
6 Quando Episcopus cum spuriis dispenset, quando Pontifex.
7 Spurius ex dispensatione Pont. potest creari Card. & Pontifex.

CAP. LVII.

DICAMVS nunc de alijs muneribus, quæ sola Pontificis, aut sacrorum Antistitum authoritate deferuntur, hæc enim à ciuilib[9] longe differunt, legitimosq; omnino cuiusq; exposcunt natales[a], quod & haud dubium erit sanè argumentum, Iure ciuili spurios à dignitatibus non reiici, propterea quod secus in ecclesiasticis specialiter fuerit
1 constitutum[b]. An uero id ita factum censemus ob dignitatis eius prærogatiuam[c], ob quam & ij qui nihil deliquerunt, à tali munere plerũq; remouentur[d]? An quod eorum natales paulo sint debiliores[e]? Clericorum uero fama in nulla re prorsus debet uacillare[f]? An quod dignitates hæ aliorum magis, quàm propria causa cõcedantur[g]? paternæq;
2 adhuc in his incontinentiæ crimen ueremur[h]? Vndecunq; sanè id institutum sit, hoc literis quidem nonnulli tradidere[i], iure tantum humano seu Pont. hoc ita cautum, nec sacris literis uspiam talem illegitimis legem constitutam reperiri, quod tamen ego in præsenti non disputo,
3 cum hodie Iure nouo satis hoc clarum sit. Mihi autem id mirum magis est, Alciatum uirum adeò Iuris scientia præstantem, ita hac in re lapsum esse, ut existimarit, spurios ad quascunq; dignitates Iure Pontificio, excepta Episcopali posse uocari[k]: Aut enim de ijs sensit, qui iam natalibus restituti sunt, & dubium non est, eis quemcunq; uel amplissimum honoris gradum tunc posse deferri, nedum minores, ut ita dicã, Pontifices creari[l], Aut uero de ijs locutus est, quibus illa nondum spuriorum labes exempta est, sed uerè Nothi adhuc permanent: Et tũc nihil uulgatius est, quàm illos nullo munere aut ordine dignos haberi, nisi antea legibus soluti sint[m], quod quandoq; ipsi sponte quidem possunt obtinere, quandoq; non nisi à summo Pont. queunt impetrare, nõ
4 nunquam & episcopis super his ueniam dare permissum est; Ecce etenim, si illegitimus quispiam, religionem incipiat profiteri, monasticumq; cultum sequi, dicitur is statim uitam suam omnem penitus innouasse, talisq; eo ipso effectus, ut iam sacris quibuscunq; ordinibus recte posit initiari[n]: Aboletur siquidem omnis illico macula, siqua ante forte fuerat concepta[o], exemplo ferè natalium restitutionis[p], quod ta-

a c.fin. de fil presb.
b Abb.c.1. de fil. præsb.nu.3. Archid.c.1.eod. in 6.in princ.
c Glo.c.2.eod.in.6
d c.pe.fin.26.Dist.
e c.accedens, de purg. Canon.
f c. laici.33. Dist.
g Card.c.2. 56. Dist.
h c.literas, de fil. præsbyt.
i Io.Lup.in tract. de matr.et.leg. col. antepen.
k Alcia. parerg. 10.cap.8.
l c. per uenerab.1. col.qui fil. legit. c.fin. et per to. 56.Dist.
m c.1.2. de fil presb. in. 6.c. cũ in cũctis.c.innotuit, de elect.c. accedẽs, de purg. can. & to.tit.de fil.præsbyt.
n c.1.56. Dist.
o Auth.de Monac. in princ.
p Bal. in lect.1.l.1. C.de sacrosf.eccl. nu.25.

men in ea re tantum intelligendum eſt, ut quis ſacros ordines libere
poſsit adipiſci, At quod ad dignitates ſpectat, aut grauiora quædam
munera, is qui ſpurius natus eſt, licet dein Monaſterium ingreſſus fue
rit, hæc tamen tam in propria quàm aliena eccleſia exercere haud ſpõ
te poteſt[a], ita ut nec Abbas in ulla Monachorum familia etiam eligi
ab his queat, abſq; ſumma Pontificis indulgentia[b]. Quod ſi quis nul-
li ſe religioni addixerit, ſed Nothus adhuc uerè uiuat, is ab omni qui-
dem ſacerdotij ſpe, ſuapte ut ita dicam, natura excluſus uidetur,
cum receptum uix ſit, ut ſimplex tantum Ius patronatus poſsit obtine
re[c]. Hincq; fit, ut ſi alicui certũ decerni ſacerdotium reſcripto Pont. 5
mandetur, id ita ſemper intelligi ſolet, ſi ex iuſtis ortus ſit natalibus[d],
quoniam ad hæc aliàs ij admitti recta non ſolent, ſed tantum poſtula-
ri[e], Sic quoq; nec penſionis eccleſiaſticæ capaces cenſeri quidam tradi
dere[f], niſi eis ſtipendij loco ea ſit conſtituta[g], quod nos infra agemus.
Licet tamen ſummo Pont. quandoq; & Epiſcopis, ſecundum uaria 6
cauſarum genera, horum illos munerũ compotes reddere, ueluti cum
quis ad ſimplex tantum ſacerdotium, aut minores ordines cupit pro-
moueri, hoc enim ei & ab Epiſcopo concedi poteſt[h], niſi paucis caſibus
Pontifici reſeruatis, quos iuris interpretes adnotarunt[i]. Cum uero ſa
cerdotium aliquod grauius, quod ſecum animarum curãdarum onus
ducit, aut ſacroſanctos ordines, aut eccleſiaſticas quaſdam dignitates
ſibi deferri petunt, in ijs, ſolum ſummum Pontif. adiri neceſſe eſt[k], Niſi
fortaſſe quoſdam caſus proponas, in quibus ex iuſta & neceſſaria cau-
ſa, etiam Epiſcopis, ſuper ijs quandoq; indulgere datur[l], traditum enim
eſt, quæcunq; beneficia, quæ duplicia Doct. appellant, uſq; ad Epiſcopa
tus titulum, ab ijs poſſe, cum ſumma aliqua ratio poſtulat, in illegiti-
mum conferri[m]; Quod ſi de aliquibus in Epiſcopos promouẽdis agas,
tunc conſtat eos qui illegitime nati ſunt, à ſummo tantum Pontifice
legibus ſolui poſſe, ut ad eam dignitatem obtinendam idonei iudicen
tur[n], eo quod hic ſummus ſit honoris gradus, qui merito ab eo tãtum
debuit proficiſci[o]. Certi etiam id iuris eſt, ſolere ipſum Pont. illegiti-
mos tacite ad hæc munera plerunq;(ut aiunt) diſpenſare, cum ſcilicet
ſciens illorum natales, eos tamen ſimpliciter ad huiuſmodi euexerit di
gnitatum culmina: Quis enim non dicat eo ipſo, omnia illis à Princi-
pe conceſſa, quæ illos antea à tali munere obeundo reiiciebant[p]? In eo
tamen erit animaduertẽdum, quod ſi uel talem dignitatẽ, uel amplio-
res etiam aliquos gradus, alicui adipiſcendi præbeat facultatem, neceſ
ſe erit hæc omnia illius Diplomate ſpecialiter exprimi, ueluti ſi ad pur
purei cardinis apicem eum uoluerit poſſe uocari, aut Pontificem crea-
ri, Cum enim hæc materia ſtricte interpretanda ſit, non ſufficeret de
quacunq;

a Abb. c. i. in fi. de fil. præsb. Glo. c. fin. eod. tit.
b Felin. c. meminimus, de accuſat. nu. 6.
c dicemus cap. ſeq.
d Bal. l. neq;, in fi. C. de probat.
e Gl. c. innotuit. ℣. pmiſſum. de elect.
f Gigas. tract. de pens. q. 16.
g Gomeſ. in Reg. de ann. poſ. q. 21. Gigas. ẞ.
h c. i. de fil. præſb. in. 6.
i Abb. c. fin. de fil. præsb. Franc. c. i. eod. in. 6. col. 2.
k c. fi. de fil. præsb. & c. i. in. 6.
l arg. c. tali. c. exigunt. i. q. 7.
m Hoſt. in ſum. de fil. præsbyt. in fi. Franc. c. i. de eta. & qual. in. 6. nu. 4.
n Glo. c. cum dilectus, de elect. ubi Abb. col. pen.
o Hoſt. in ſum. de æt. & qual. §. ordo, & de fil. præsbyt. in fi.
p Bal. l. imperialis §. i. C. de nupt. arg. l. quidam cõſulebant, de re iudic. Paris. conſ. 44. in. 4.

quacunq; dignitate generaliter mentionem fecisse, nisi hæc ipsa mune
7 ra, quæ cæteris insigniora uidentur, particulari aliquo nomine signi-
ficarentur[a]: Tunc igitur tantum recte Episcopi, Cardinales, Pontifices etiam eligentur, tam etsi ex illegitimo nati sunt quocunq; matrimonio, ut multis exemplis in Decretis relatum est[b], Vnde nec multum abest, cum uidimus & nos, quendam huiusmodi genere totius Ecclesiæ gubernacula tenentem, Nec desunt adhuc aliqui talibus editi natalibus, qui in sacrum Episcoporum Collegium & Cardinalium etiam quandoq; adleguntur.

a Franc. c. 1. de fil. præsbyt. in. 6. 4. Notab. Bertach. trac. de Episc. lib. 2. uer. 46.
b c. osius. 56. Dist. cũ Glo. in. c. cenomanensem. uer. fornicatiõe, ead. Dist.

An illegitimi pensiones ecclesiasticas, aut iuspatronatus posint obtinere.

1 Onera sacerdotiorum quæ.
2 Pensio quid sit.
3 Prohibitus sui odio aliquid habere, intelligitur tantum quoad lucrum.
4 Pensio laicis conceditur.
5 Cur ab Ecclesiæ ministerio, illegitimi repellantur.
6 Sacerdotia obtinere honos est.
7 Pensionum plura genera.
8 Spurij habere possunt iuspatron. & Hospitalia administrare.

CAP. LVIII.

NVNQVID uero, certa annua pẽsio, ex sacerdotij alicuius prouentu, ei qui non legitime natus sit, poterit decerni? Et non ui
1 deretur[c], Nam cum huiusmodi sacerdotijs uaria onera sint adiuncta, ueluti ut is qui illis præest, diuina celebrare[d], gregem sibi commissum custodire, apud eum perpetuo commorari teneatur[e], & alia quædam[f]; Idcirco & emolumenta omnia ad eum tantum spectare æquum esset, qui oneribus illis inseruit, ueluti fructus rerum, redditus, pensiones, & si qua similia[g], ut labor ille, hoc decentis lucri solatio subleuetur, cum & uulgo dicatur, propter officium, concedi beneficium[h], & qui altari seruit, de altari uiuere debet[i]; Cum ergo propter onera, talia quoq; emolumẽta ex his ecclesiasticis titulis percipiantur, consequens etiam uidetur, eos qui talia onera iure nequeunt sustinere, hos nec commoda etiam ulla ex ijs posse sperare[k], Sed huiusmodi sunt illegitime nati, qui ad nullos sacros ordines euehi, nullis in ecclesia officijs defungi possunt[l], ergo nec pensiones, quæ sunt fructus & commoda sacerdo
2 tiorum, ijs erunt unquam concedendæ: Clarum enim est, pensionem nihil aliud esse, quàm meram beneficij commoditatem, ut ex eius diffinitione colligitur à Doctoribus tradita[m]: Porrò ualde absurdum esset, cum ab oneribus sacerdotiorum, ab ordinibus, atq; alijs ecclesiasticis curis, illegitimi arceantur[n], eos deinde ad ea quæ solum utilia, & lucrosa sunt, admittere[o]; Sic. n. melioris cõditionis essẽt illegitimi, quàm legitimi, cum illi duntaxat commodis frui, hi & incommoda sustinere plerũq; cogãtur, Et tamẽ nunquã luxus castitate potior habẽdus est[p]:

c Gigas, in tract. pens. q. 16.
d c. si canonici, de off. ordin. in. 6. Felin. c. postulasti, de rescr. nu. 33.
e c. 3. 4. & to. tit. de cler. nõ resid.
f 40. Dist. cũ seq. & de off. archid. archipræsbyt.
g c. cum secũdum, de præben.
h c. fin. de rescrip. in. 6.
i c. ex his. 12. q. 1. c. extirpandæ, de præben.
k c. eos. 81. Dist.
l c. innotuit, de elec. & to. tit. de fil. præsbyt. & c. 1. eod. in. 6.
m in Clem. 1. §. ead. de suppl. negl. prel. Caccialup. in tract. pens. in princ.
n d. tit. de fil. presb.
o contra. d. c. cũ secundũ de præb. et. l. secũdũ naturã de reg. iur.
p Auth. de restit. & ea quæ par. §. i.

Ex his ergo ſatis concludi uidetur, illegitimos niſi legibus ſoluantur,
penſionum capaces non eſſe,cum ad ſacros ordines,& ea quæ ſecũ one
ris, aut ſolicitudinis aliquid adiunctum habent,niſi eiſdem legibus ſol
uantur,admitti nõ poſſint[a],Quinimmo cum in pœnam illegitimorũ,
& odium paternæ incontinentiæ id ſtatutum ſit, ne eccleſiaſticis ullis
ſe immiſceant muneribus[b],non deberet hoc immunitatem ijs,ab one-
ribus dare,ſed tantum à commodis omnibus eos repellere[c], cum hæc
iuris regula ſit,Vbi certo munere alicui,ſuo met delicto,aut odio inter 3
dicitur,commodis eum omnibus,non incõmodis priuari[d],Quominus
ergo hi,tales penſiones , quæ emolumentum tantum afferunt conſe-
qui poſſe debebunt ?

Contrarium tamen ſenſit Gomeſius[e],non mediocris uir eruditionis,
& ratione,ut mihi uidetur,optima:Penſio.n.nihil ſpirituale ſecum ha-
bet[f],ſed ueluti profanum quid cenſetur,unde etiam laicis concedi po- 4
teſt[g],licetq; tanquam uſufructus à proprietate pendeat eccleſiaſtici be
neficij,ut in diffinitione penſionis dicitur[h],diuerſa eſt tamen omnino
à beneficio, ut omnes aiunt[i]: Verum cum illegitimi, omnia quæ ſpiri-
tualia non ſunt,recte capere poſsint,præterquam ſi à patre proficiſcan
tur[k],cur non etiam & penſionem,quæ mere profana eſt, poſsint obti-
nere ? Nec.n.quicquam refert,quod ex beneficio penſio excipiatur,nã
& fructus cæteri qui ex beneficio proueniunt, nemo ſanè negabit eos
illegitimis uendi aut donari poſſe,cum etiam eiſdem , pietatis & elee-
moſynæ cauſa,multa à patre teſtamenti executore tradi poſsint, ſi illi
his rebus indigeant,ut alibi à nobis dictum eſt[l], quæ tamen religionis
tantum cauſa relicta , & ad ſpiritualium ſpeciem accedere uidentur[m]:
Nec etiam id conſequens eſt , ut penſiones illegitimis interdicantur,
quia & ſacerdotia nequeant obtinere ; Hic enim interdictionis ceſſat 5
ratio,ſi quidem prohibitum eſt illegitimis,in eccleſia Dei miniſtrare,
alia'ue ſacra munera exercere,quod eos qui templis Deorum aſsiſtunt,
ſacriſq; oblationibus dant operam,oportet continentes inprimis eſſe,
& puros,& omni labe purgatos[n], At illegitimos,non credit lex conti-
nentes futuros[o],aut omnino innoxios[p], unde ab eccleſiæ etiam eos ſer
uitio atq; ordine reiecit : Quod uero idcirco ab eccleſia , cætera quæ
profana ſunt , percipere non ualeant,aut pietatis intuitu , aut in labo-
rum , meritorum'ue ſuorum compenſationem,aut quacunq; alia ratio
ne,hoc minime his prohibitum legimus,cum nec ulla id ratio poſsit
perſuadere ; Non ſequitur autem,melioris ideo conditionis eſſe illegi
timos,quàm legitime natos,ut ſupra argumentabamur : Namq; legi-
timi quidẽ ipſi & penſiones capere poſſunt,prout illegitimi,ſed hi præ
terea,& ſacerdotia obtinere,eccleſiaſticis titulis decorari , & Deo ipſi 6
ualent

a c.i.56. Diſt.
b c.literas, de fil. præsb.c.ſi gens. 56.Diſt.
c l.relegatorũ.§. fin.cũ.l.ſeq. de interd. & releg.
d l.ſiquis ſolidũ,de hæred.inſtit.Ias. Rub.de iuſt.et iu. nu.18.19.
e in Reg.de Ann. poſſ.q.21.
f Abb.c.ad audien tiam.1.de reſcr. in.1.Notab.
g Archid.c.quãuis .i.de præben.in 6.col.2.Gigas, in tract.pens. q.21. Caccialup.q.13.
h Card.in Clem.de ſupl.negl.præ. Caccialup. in princ.tract.
i c.quãuis.i.de reſcript.in.6.ubi Franc.2. Notab. & Abb.c.ad audientiam.1. Not. & Fel. de reſcr.
k Ale.l.6.ult.Not. de uulg. & pup.
l cap.44.
m Bart. Caſtr.l. ſi quis Titio, de leg.2.
n c.propoſuiſti.82. Diſt.
o c.literas,de fil. præsbyt.
p c.coniunctiones. 35.q.2.

6 ualent ministrare, quæ omnia & honorificẽtissima sunt, & ijs tantum digna deferri, qui insignibus admodum meritis emineant[a], ad quæ tamen cum illegitimi nequeant aspirare, hinc satis patet, illos in hac re, deterioris potius conditionis esse, cum inter honestos, honestis in locis adnotari, præclarum sit, repelli turpe[b], et satis hoc Canones ubiq; testentur, eos ob natalium turpitudinem, uitæq; indignitatem, à tali bus muneribus arceri[c], non quod ullã hac in re prærogatiuã præ cæteris fuerint consecuti. Ex his ergo infero, quod cũ pẽsionum plura
7 sint genera[d], aliæ quidem quæ simpliciter super fructibus alicuius beneficij ecclesiastici constitui solent, prout quotidie fit, Aliæ uero quæ in titulum, uel pro titulo sacerdotij, alicui decernuntur[e], Si de prioribus loquamur, concludo omnino cum Gomesio, illegitimos eas posse obtinere, quia nihil spirituale sapiunt, quales sunt omnes ferè quæ hodie super beneficijs reseruantur[f], Sin uero de aliis, tunc contra dicerẽ, quia pro beneficio habentur, & beneficii nomine continentur[g], cum tunc pro re maxime spirituali sint constitutæ, scilicet in titulum sacerdotii, & ita argumenta Gigantis secundum hæc intelligi possent.
8 Sed quid de Iure patronatus dicemus, an ne & illegitimis illud permittemus? Et negandum uideretur, cũ annexum sit rei spirituali[h], cuius illegitimi capaces non sunt, ut modo dicebamus, Verum cum fauore ecclesiæ, diuiniq; cultus, laici quoq; ad id admittantur, sunt qui dicant etiam illegitimis non interdicendum, ut copiose Curtius in Tractatu suo disputauit[i], Alij tamen uarie in hac re distinguunt[k], quæ materia quoniam apud eos uberrime tractata reperitur, ideo satis esse in præsenti putamus, lectorem ad eorum commentarios reiecisse. Sanè & Hospitalium administratio, illegitimis sicut & laicis mãdari potest, dum sacrorum eis cura non immineat, ipsiq; bene instituti, ac honestæ uitæ habeantur[l].

a 40. Dist. & 41. 42.
b l. 4. C. de spectac. lib. 10.
c c. accedẽs, de pur. can. & tit. de fil. præsb. & c. si gens. 56. Dist.
d Gigas in Trac. pens. q. 3.
e Feli. c. postulasti de rescrip. nu. 38.
f Cacial. q. ultima nu. 10. 11. Gigas. q. 3. in fi.
g Felin. c. ad audiẽtiã, de rescrip. nu. 13. Gemin. d. c. quãuis. Gigas. q. 1. Card. d. Clẽ. 1.
h c. quãto, de Iudiciis.
i Roch. de Curt. in Tract. iuspatr. v. cõpetens. q. 2. Lãbert. in trac. de Iur. patr. lib. 1. pag. 129.
l Pet. Vbal. trac. de canon. episc. & paroch. pag. 193. nu. 4.

An illegitimi dicantur de Familia patris.

1 Nomina alia ciuilia, alia naturalia,
2 Bart. ĩ nomine familiæ declarãdo uarius
3 Spurij de familia dici proprie non possunt, & quare nu. 5.
4 Familiæ nomẽ quomodo ad agnatos & cognatos hodie pertineat.
5 Familiæ nomen uariis modis sumitur.

C A P. LIX.

QVONIAM leges iniustos filios à patris successione repellunt, ac ueluti alienos ducunt homines, uidetur etiam plerisq; ut quẽadmodum re filii non existimantur, ita nec gẽtilitatis aut familiæ ius ullum à patre retineãt. Ideoq; ubi lex paternæ familiæ fecerit mentionem de his nunquã sit intelligendum[m]. Interpretes alij, ut in præce

m Bal. l. libertinũ. C. de inter. matr. & c. innotuit, de elect.

dentibus quoq; aliàs dictum est, præsentem materiam spectandam uoluerunt, odiosa ne an fauorabilis esset[a], Alij rationem legis perpendendam, ubi de familia loqueretur, ne quandoq; plus lasciuiæ & petulantiæ, quã matrimonio tribueremus[b], Bartolus autẽ distinxit in hac & similibus quæstionibus inter ciuilia nomina & naturalia[c], uoluit enim 1
si lex ciuili uteretur nomine, ueluti agnationis, gentilitatis, tunc illegitimos minime comprehẽdi, sin naturali, ueluti si filios, patrem, aut ius sanguinis nominasset, tunc & ad illegitimos hæc omnia recte referri, eo quod in illis non ciuilia quidem, sed naturalia tamen iura ut in cæteris inessent[d], Hoc ipsum uero familiæ uocabulum esset ne ciuile an 2
naturale, uarius in hac re sanè deinde fuisse uidetur, cũ eo nomine quãdoq; illegitimos contineri, iusq; sanguinis potius demonstrari[e], quandoq; nomen id iuris esse cõtenderit[f], & ueris legitimisq; agnatis tantũ conuenire[g]. Mihi autem antequã meã de prædicta distinctione sententiam proferã, id nunc ostendere in animo est, familiæ nomine secundum uerborum proprietatem spurios nunquã posse censeri. Cũ.n.id 3
uocabulum (accipiendo illud pro agnatione, quæ magis propria eius uidetur significatio, ut Doct. aiunt[h]) eos tantum soleat complecti, qui ab eodem fonte oriundi, sub unius omnes quandoq; potestate fuerunt[i], Quis uelit illegitimos paternæ familiæ dicere, cum hi nec patriam potestatem unquam sint experti, illorumq; origo eo tantum die incipiat, quo editi ipsi sunt[k]? Etenim qui id nomen sibi commune esse uolunt, necessarium est ab eo ducant originem, qui talis familiæ uocabatur[l], Sed hi non patris originem, aut conditionem sequuntur ullam[m], ergo nec in patris familia unquam poterunt numerari. Et si diceres, contra hæc extare hodie Iustiniani constitutionem[n], qui uoluit familiæ significationem, non tantum ad agnatos, 4
sed & cognatos pertinere, eaq; ratione recte & illegitimos uenire posse, quod scilicet in ijs, cognationis saltem iura spectentur, ut Bartolus met tradidit[o]: Respondendum esset, Iustinianum id ita ibi constituisse, quod cum agnatorum cognatorumq; differentia sublata esset, familiæ quoq; nomen hac in re commune utrisq; esse uoluit[p], Sed cum spurij quoad succedendum nec agnatis nec cognatis similes sint, cum differentia illa inter agnatos sublata, ad spurios non pertineat[q], merito nec de istis Iustiniani uerba accipi poterunt, Quin nec in alia quoq; materia talem significationem[r], admittendam dicerem, ubi aliter se communis usus loquendi haberet, prout hodie multis in locis seruari animaduertimus, sicuti Bartolus declarauit[s]. Erit Igitur cum familiæ fit mentio, rei in primis de qua agitur, ra- 5
tio habenda: cum secundum uarias causas, diuersis etiam modis id

familæ

a Imo. §. si quis rogatus. col. 6.
b Alex. d. §. si quis rogatus. nu. 52.
c Bart. l. tutelas, ff. de cap. dim. facit l. iurisconsultus. §. i. de grad. aff.
d l. hos accusare. §. pen. de accus. & §. uulgo. Inst. de succ. cogn.
e Bar. l. pronũtiatio, in fi. ff. de uerb. sign.
f in. d. l. tutelas.
g in. l. fin. C. de uerb. sign.
h Bart. d. l. fin. C. de uerb. sig. alex. d. §. si quis roga. nu. 52.
i l. pronũtiatio. §. 2 & §. cõmuni, de uerb. sign.
k l. eius qui, ad Municip.
l arg. l. ius sepulchri, cũ Glo. C. de religio. & d. l. pronuntiatio. §. communi, & §. fin.
m l. cũ legitimæ. ff. de sta. hom.
n l. fin. C. de uerb. sign.
o in d. l. pronũtiatio, in fi.
p Alcia. d. l. pronũtiatio. uer. agnatorum.
q Faber, Inst. de success. cogn. §. i. nu. 5. Cacial. l. si qua C. ad Orfit. col. 23
r de qua in. d. l. fin.
s Bart. l. cũ ita. §. in fideicõ. nu. 4. ff. de leg. 2. Ias. d. l. fin. C. de uerb. sign. nu. 21.

familiæ nomen sumatur, & quandoque ad res, quandoque ad personas referatur, & familiam seruorum dicamus, & familiam prætoriã, quæ omnia diuersa sunt, ut eleganter ab Vlpiano traditum est [a], Nos tamẽ hic familiam agnatorum tantum accipimus, spuriosque ita nullius familiæ uere cẽsendos dicimus, non patris quod ab eo alieni habẽtur [b], nõ matris, quod mulier familiæ suæ caput sit & finis [c], tam etsi originem inde suam ipsi ducant [d]. Quæ tamen omnia, saluo communi usu loquẽdi semper asserimus, & aliis, quæ sequenti capite adiungemus.

a d.l. pronunt. ubi Alcia. & Bart. l. 1. ad Sillan.
b l. uulgo. de sta. hom.
c d.l. pronuntiatio, in fi.
d l. 1. in fi. ad Municip. Glo. l. cum legitimæ, de sta. hõ.

An illegitimi de genere, agnatione, domo ue paterna appellẽtur, anque gẽtilitiis ĩsignib. liceat his uti.

1 Illegitimus, patri nec ciuili, nec naturali iure iunctus uidetur.
2 Illegitimi dici nõ possunt de genere, aut domo paterna.
3 Vbi de facto lex loquitur, de eo intelligit quod recte, non male factum est.
4 An illegitimi dicantur sui uel coniuncti, & quibus casibus.
5 Communis usus loquendi seruãdus, an spurij dicantur de domo.
6 Spurii gẽtilitia insignia ferre de iure nõ possunt.
7 Insignia illegitimorum, quomodo à legitimis dignoscantur.
8 Apud Gallos spurii nomen an turpe habeatur.
9 Transuersa linea in spuriorũ insignibus, quomodo sit notanda.

CAP. LX.

QVOD uero ad supra traditam Bartoli distinctionẽ pertinet [e], ut cũ lex generis paterni mentionẽ facit, dubitamusque an & de illegitimis sẽserit, spectemus qualia eius uerba sint, ciuilia ne an naturalia, & si naturalia, tunc eos uerbis legis contineri dicamus, quod si ciuilia, secus: Ego & talem distinctionem rationi ipsi repugnãtem iudico. Cũ enim illegitimi agnationis & cõsanguinitatis iura à patre non retineãt [f], cognatio uero à matre descẽdat [g], quo pacto poterit illegitimus
1 filius unquã de patris genere, domo, aut quocũque alio nomine dici, cũ ei nullo nec ciuili nec naturali iure sit coniunctus [h]? Etenim agnatum eũ illi nõ esse sat constat, minus uero cognatũ haberi ex hoc deprehẽditur, quod cum inter agnatos & cognatos nulla hodie credatur esse differentia [i], si naturalis patri cognatus extaret, posset in uniuersum perinde ac agnatus succedere, quod tamen secus est [k]. Quã rationem cum Imo. Alexanderque animaduertissent [l], nescio tamen quo spiritu & ipsi à Bartoli distinctione nõ recesserunt, uoluntque attẽdi an uerba naturale potius, quam ciuile nomen sonent; Ex hac enim ratione colligitur, quibuscunque uerbis utaris illos nunquã proprio sensu cõprehendi. Vnde & cæteræ illæ quæstiones sunt superuacaneæ, an de domo, genere, gente, stipiteue paterno posint appellari, Cum.n.
2 nihil referat, utrum uerba ad naturã potius, quam ius referantur, cũ filius nullo iure, paternæ lineæ sit coniunctus, sequitur etiam ut quo-

e in. l. tutelas. de cap. dimin.
f §. uulgo. Insti. de succ. cogn.
g l. 2. Vnd. cogn. & d. §. uulgo.
h Bal. l. in testamẽto. C. de test. milit. nu. 4.
i §. nullam. Auth. de hær. ab intest.
k Auth. licet. C. de nat. liber.
l Imo. Alex. d. §. si quis rogatus. ad Trebell. nu. 50.

tiens gentiliũ mẽtionẽ feceris,ueluti ſi Cornelios,Portios, Marios ap
pelles,nunquã de his ſenſiſſe uidearis. Quod ſi obijcias,immo patrem
filijs ſuis agnatum pariter & cognatum haberi, quod emancipatorũ,
adoptiuorumq; exẽplo conſtat[a], Reſponderem id in legitimo patre in
telligẽdum,non in iniuſto[b], quem nec patrem quidem lex uult uoca-
ri[c], tametſi naturæ & cognationi id nomen tribuatur[d]. Non omittã
etiam Bartolum conſtantisſime affirmaſſe[e], tunc & illegitimos ſub pa
terno genere contineri,quotiẽs factum aliquod uerba notarẽt, Exẽpli
cauſa ,Si lex Municipalis, cuicunq; ẽ Claudijs nato immunitatem
perpetuo tribuat,tunc.n.ſpurios ea ratione uenire dixit,quod lex ad il
lud factũ ſe referat,an quis ex ijs natus ſit,hos uero inde procreatos,
negari proculdubio non poſſe,Idq; illud eſſe,quod dici ſoleret, naturæ
hæc uocabula eſſe[f]. Sed mihi nec hoc ſatis liquet,Cum enim lex ſuper 3
facto aliquo ſimpliciter quid ſtatuit,id ſemper intelligi uult, dummo-
do legitimum ſit,& rite cõfectum,alioquin quod male factum eſt,non
factum arbitratur[g], ſiquidem ſermo ita prolatus,licito & ciuili modo
eſt accipiendus[h], aſt qui illegitimi ſunt,non recte nati dicuntur,quod
nomen ipſum ſatis demonſtrat, Igitur cum lex de eo qui ex Claudijs
natus fuerit,mentionẽ facit,de illo quidem qui illegitime natus erit,
non ſenſiſſe ſatis eſt ueriſimile. Quid Igitur nos in tot ambagibus ſta-
tuemus? Ego tutisſimum exiſtimarem ab ea regula nihil diſcedere,
quam aliàs tradidimus in legum interpretatione[i], ut inſpiciamus cum
de agnatione,familia,& ſimilibus fit mẽtio,expreſſa ne ſit in lege ra-
tio,an unica tantũ poſſit afferri,indeq; nũc illegitimos eiiciamus,nũc
ex legis ratione complectamur:Sic etiã ſi quæramus, an coniunctorũ
uel ſuorum appellatione ueniãt,quãuis id Doctores omnes quoad pa- 4
trẽ & eius agnatos negẽt[k], quoad matrem & per eam lineam proxi-
mos admittant,quia ſibi inuicem ſuccedunt[l], Alii eos quidẽ non ſuos,
ſed nec extraneis omnino ſimiles eſſe uelint[m], Quidam etiam, in cau-
ſis matrimonii tantum,eos coniunctos dici fateantur,in cæteris alie-
nos[n]; Nos tamẽ & hæc ſemper ex legis ratione diiudicemus,qua regu
la ſeruata,facilius has omnes quæſtiones terminari crediderim, quæ
quoniam ſupra latius ſunt explicata, ideo hic amplius repetẽda non
duximus. Id tamen ego cum cæteris in primis affirmo, obſeruan-
dum in hoc eſſe maxime communẽ uſum loquẽdi[o],quẽ hodie ubiq; fe 5
rè ita ſe habere animaduertimus,ut illegitimi de eius domo & familia
cenſeantur,cuius & filii habiti ſunt[p], præualet enim popularis ſermo
propriæ ſignificationi[q], & ut Quintil. ait,Authoritatem ſermonis ſu
perat cõſuetudo:quæ nedum in hominum, sed & legum etiã ratione
dijudicanda,plurimum inſpici ſolet[r]. Hinc Cicero Seruium Tullum
gentilem

a arg.§.emancipati.cũ Glo.2. Inſt. de hær. ab inteſ. & l.pen.§. ſiquis enim.C.đ adopt.
b d.§.uulgo, & l. non facile.§.1.de grad.affin.
c §.ſi aduerſus.Inſti.de nupt.
d d.l.tutelas,đ ca. dimin.
e In.l.fi.C.de uerb. ſign.
f d.l.tutelas.
g l.2. de Auth. tut. l.quotiens,ubi Ia. qui ſatiſd.cog.
h l.ſi cui,de ſeruit.
i s.cap.32.
k Alex.conſ.60. in 2.nu.25.
l Alex.§. ſiquis rogatus.nu.41.42. Felin. c.ſunt & alij. de reſcript. nu. 51. 53.
m Fel.d.c.nu.56.
n Fel.c.per tuas, đ probat.2. notab. arg.c.diſcretionẽ de eo qui cogn. conſ.uxor.
o Bart.l. pronunt. in fi.de uerb. ſig. & l. fin. C. eod. & l.cum ita.§.in fideicom.đ leg.2.
p Soz.conſ.102. in 3.Ang.cons. 30. & 191.Corn.cõſ. 169.in.3.col. fin.
q l.cũ đ lanionis.§. aſinam, de fund, inſtr.
r Felin. Prohem. Decret.

gentilem suum uocat[a], quanuis eum minus iuste natum Florus & alij
tradiderint, quod passim & alijs exẽplis notũ est omnibus. Ex supra-
6 dictis quidẽ sat cõstare potest, quid de gẽtilitijs insignib⁹ sit sentiẽdũ,
an ijs & illegitimi uti possint, Si.n. rationẽ spectes, cur spurius ea ostẽ-
tet stemmata, quæ ad agnatos tantum pertinent, atq́ ex ea familia
oriundos[b]? Quod si consuetudinem, secus ubiq́ uidetur obseruari, lice
bitq́ ex consuetudine, illegitimo cuiq́, gentilitio se emblemmate de-
corare[c]. Audio tamen extra Italiam maximeq́ in Germania, discerni
7 spuriorum & legitimorum insignia, uidelicet adiecta transuersæ lineæ
8 nota, quod iniustorum natalium est indicium[d]; Idcircoq́ falsum uide-
tur, quod Castrensis tradidit[e], penès transalpinos ferè omnes illegi-
timi nomẽ turpe non haberi, & maxime apud Gallos[f], Animaduer-
9 tunt sed aliqui, ut transuersa illa nota à sinistro latere in dexterum de
scendat, alioquin si à dextro incipiat, non est degeneris sanguinis ar-
gumentum, quemadmodum in Borboniorum insignibus perspici-
mus, quæ & ipsa transuersã ostẽtant lineam, & tamẽ eorũ origo ab illu-
stri Regioq́ sanguine fertur prodijsse, quod Nicolaus Vbaldus notat[g].

a In.1.Thuscul.
b Bart.tract.de insign.nu.10. arg. l.ius famil. C.de relig. & sumpt.
c Bart. d. tract. Soz.cons.102.in 3.nu.9
d Port. Insti. de hær. ab. int.col. 2.
e Cast.l.3. de lib. & post.
f Ripa.§.siquis rogat..nu.9. Guid. pap.q.580.
g In tract.de Succes.ab intest. in 4.specie. liberorum.

An illegitimi possint inter nobiles censeri.

1 Infames, dici nobiles non possunt nec ex iis nati.
2 Nobilitas à patre non matre descendit.
3 Quid sit nobilitas. 26, opiniones.
4 Nobilitas Theologica.
5 Nobilitas secundum Philosophos.
6 Nobilitas Politica.
7 Illegitimi cur nõ dicantur nobiles.
8 Nobiles ex locorũ cõsuetudine accipi.
9 Apud Venetos, & illegitimi, & legitimati ignobiles.

CAP. LXI.

ILLVD quoq́ de iniustis filiis à multis quæsitum scio, possint ne ii
in nobiliũ numero referri. Qua in re Bartolus, Bal. Imo. cæteriq́
unanimes respondere[h], spurios filios, cum ab incunabilis secum quan-
1 dam infamiæ notam ducant[i], non posse ullo unquã tempore nobilita
tis claritate fulgere, quod ea ab omni macula & turpitudine perpetuo
debeat esse seiuncta[k], Idcircoq́ & nepotes ex his natos, reliquosq́ eorũ
successores, æque obscuros & ignobiles haberi[l], nõ quidẽ quod in his
macula ulla notetur, si ex matrimonio nati sunt, sed quod ex ignauo se
2 mine generosi haud soleant fructus existere[m], Quin & si ex matre nobi
li, patre uero illegitimo prodiissent, adhuc tamen iis matris genus ni
hil prodesse dixerunt[n], cum & illius nobilitas ex quo se spurio marito
iũxit, quodammodo sit obumbrata[o], & stemmata hæc honoraria à pa
tribus in filios non matribus deriuentur[p], ita ut nec consuetudine,
nec Municipali lege contrarium possit decerni[q]. Ego uero hæc quã
uis omnino refellere nõ ausim, nõ uera tamẽ usq́ adeo esse puto, cũ ue
lint ii illegitimos ideo ex nobilium ordine eximere, quod in his nescio

h Bart.l.1.C.de dignit.lib.12. Bal. l.cum legitimæ. de sta.hom. Imo. §.siqs rogatus. Guid pap.q.580. Ruin.cõs. 77. in 3.
i Azo in Sum. C. de infam.
k l.2. C. de dignit. lib.xij.
l Anch.cons. 389. Glo.l.diuo. C.de quæstio. Dec. cons. 85. in fi.
m c.fertur §. uulnerato, et c.principatus.1. q. 1.
n Anchar.s.d.cõs.
o l.fœminæ, de Senator.
p l.i. ad Municip. Bal. l. fin. C. de seru.fugit.
q Bart.l.exemplo C.de decur.lib.x.

quid notæ, & labis adnatum putẽt. Quod ipſe tamẽ cũ in his minime agnoſcam, ut alias declaraui[a], propterea nec eorum sẽtẽtiæ uſq; quaq; exiſtimo adhærẽdum. Eſt uero latisſimus hic diſputandi campus, de nobilitate, an illius participes illegitimi cẽſeantur, in primis enim à uerbi notione eſſet exordiendum, ut intelligeremus quomodo hæc ipſa nobilitas ſit accipiẽda. Occurrunt uero in hac re explicanda, tam 3
uariæ opiniones, ut merito id dici posſit, in hac quæſtione quot capita, tot fuiſſe ſentẽtias, Non enim propria hæc eſt res, unius aut alterius ſcientiæ, sed quot penè dixerim artes & diſciplinæ ſunt, quot uarij bonarúm literarum authores, ſinguli huic rei manum admouere ſunt conati, ut collegerit quandoq; non contemnendus ex noſtris interpretibus Doctor Cepolla, uiginti ſex diuerſas ſuper hac re proditas ſentẽtias[b]. Nos tamen in præſenti inutiles aliorum mittamus altercationes, & κορυφαίῳ noſtro Bartolo adhæreamus, qui triplicem diſtinxit nobilitatem[c], aliam ſecundum Theologos, quam Theologicam dixit, aliam ſecundum Philoſophos, quam naturalem, aliam ſecũdum Iurisconſultos, quam Politicam appellauit. Quod ad pri- 4
mam ſpeciẽ attinet, ſolent Theologi eos tantum uere nobiles & claros uocare, quibus ſummus Deus gratiam ſuã uoluerit impartire[d], quam tamẽ nemini unquam proprijs meritis, ſed mera tãtum illius benignitate partã teſtantur, Quo fit ut de illegitimis, ſint ne ij hoc pacto nobiles, aut minus, nemini liceat iudicare, ſed potius æquali cũ cæteris cõditione & ipſi habẽdi ſit, cum tã grande Dei munus cui nam contigerit, paucis innoteſcat[e], eiq; gratisſimi quandoq; illi ſint & acceptisſimi, quos mortalium uulgus abiectisſimos, ſordidisſimosq; eſſe putat[f]. Philoſophi autem qui ueram nobilitatem in uirtute & moribus poſue- 5
runt[g], quid de illegitimis ſentiant, conſtare poteſt, cum nihil ij parẽtibus aut fortunæ quoad hãc rem acceptum uelint referri, sed totũ hoc fateantur à noſtra met pẽdere uoluntate. Namq; ſiquis quocũq; genere natus, ijs animum ſuum dotibus ornare contẽderit, ut ſumma ſua probitate & ſapientia omnium in ſe oculos conuertat, uirtutisq; aliquam excitet admirationem, eundem & nobilisſimum habendum ducunt, quo in numero nedum legitimos, ſed & Nothos cẽſeri poſſe, & ratio ipſa, & uetera ſummorũ uirorũ exẽpla teſtãtur. Ter- 6
tia eſt nobilitas ſecundum noſtros iuris authores, quæ propria eſt huius quæſtionis, de qua quæritur an illegitimis posſit conuenire. Videtur autẽ reſpondendũ, quoſcunq; talis generis uiros, ab illa quã lõgisſime abeſſe, non eo quidẽ, quod ulla hos turpitudine notatos putẽ, ut cæteri Doct. credidere, ſed quod cum nihil aliud nobilitas ſit[i], niſi qualitas quædã à principe illata, ob quã unusquiſq; è populariũ numero

a cap. 55.

b Cepol. Tract. de Imp. mil. ꝗl. cap. 4.

c Bart. l. 1. C. de dignitat. lib. 12. col. 4.

d primo Regum. cap. 2. ℣. nunc autem.

e Ecclesiastes. ca. ix. ad Roma. ca. 11. in fi. Feli. c. uenerabili. nu. 2. ꝗ testib.

f Corinth. 1. cap. 4. & Math. 20.

h refert Bal. l. 3. C. de commerc. & mercat.

Bart. d. l. 1. C. ꝗ dignit. Aluar. c. 1. §. cæteri. quis dic. dux.

eximitur

eximitur, cuius compos is tantum dicitur, quem aut Princeps eo fue
7 rit honore prosecutus, aut cuius maiores Auus uel Proauus talem ab
eo consequi gradum meruerint[a], Propterea constat spurios nec ex se ipsis, nec ex patrum quoq; persona inter claros haberi posse, Non ex se ipsis quidem, quoniam nobilitatem nemo sibi sponte potest conferre, sed à solis Principibus petenda est[b], Minus ex parentis origine, quod spurij nullos generis sui agnoscunt authores, sed ab his primum familiæ & gentis suæ origo excitatur[c], sunt enim hi noui quidam homines ueluti terræ filij, à se ipsis orti, & quo ad patrem prorsus alieni, cum nec eius gentem, familiam, domum ue sequantur[d], immo degenerare dicantur[e], quo circa nec ad eos gentilitia nobilitas potest peruenire[f], quæ ita agnationi & familiæ est annexa, ut tanquã qualitas absq; subiecta materia non possit consistere[g]. Statuendum est igitur illegitimos nullo pacto inter nobiles collocandos, quod & Isocrates in Nicocle clare testatus est, cui id maxime curæ fuisse scribit, ut omnes eius filij paternæ participes essent nobilitatis, idcircoq; non alios quidem legitimos, alios uero Nothos reliquisse, qui aliorum nobilitate priuandi essent. Quod tamen uerum est, si de ciuili illa claritate sentiamus, quam iurisconsulti nostri prodidere, cæterum secundum aliorum aut Theologorum, aut Philosophorum sectas id non affirmarem, qui aliter nobilitatem accepere. Rursus & hoc in illegitimis simpliciter locum habere puto, quantum ad eorum natales spectat, quos humiles omnino & sordidos esse aio, non in ijs quos Princeps erexerit, & dignitate aliqua decorarit, ut sequenti capite demonstrabo. Postremo & hæc secundum strictam iuris rationem procedere fa-
8 teor, non ex communi usu qui merito debuit præualere[h], Ideoq; in hac re, spectanda in primis fuerit uniuscuiusq; loci & ciuitatis consuetudo ex qua quis quandoq; nobilis, quandoq; ignobilis existimabitur[i], plurimum est enim populorum moribus in hac re deferendum, & ex eorum ritu nobiles à plebeijs discernendi[k], cùm ut dixit Bartolus, nobilis ille sit, qui talis uulgo habetur[l]. Hinc fiet, ut si in multis Ecclesiæ terris, alijsq; etiam quibusdam locis nobilium fiat mentio, spurij quoq; cum cæteris comprehendantur, quoniam nihil quoad munera publica obeunda, & ad honores dignitatesq; adipiscendas à legitimis differunt, nihiloq; illis inferiores putantur, quod & de tota Delphinatus prouincia Guido pap. attestatus est, in qua id ex consuetudine seruari tradidit, ut illegitimi generis nobilitatem omnino retineant, ac pro
9 nobilibus perinde ac alij legitimi habeantur[m]. Quod si Venetorum aut plurium aliarum ciuitatum nobilitatẽ recenseas, tunc illegitimos prorsus excludas, quoniam huiusmodi sobolem maxime negligunt,

a Glo. l. diuo. C. de quæstion.
b Bart. s.
c l. eius qui. ad Municip.
d l. cum legitimæ, ubi Bal. de sta. hom.
e l. fin. C. de natur. lib.
f arg. l. familiaria, cum seq. & relig. l. ius. C. eod.
g Bart. trac. de insign. & arm. nu. 10.
h Imo. c. de multa, in fi. de præben. Felin. c. super eo, de testibus. nu. 12.
i l. fin. in princ. ff. calendarij. & muner. et hon.
k Soz. 246. col. 1.
l Bart. d. l. 1. C. de dign. col. pen. & l. 1. C. de mulie. et in quo.
m Gui. pa. q. 580. et Boer. decis. 127. in fi.

expresseq; id apud eos est constitutum, ne quouis tempore & si sint natalibus restituti, in nobilium numerum possint cooptari, Quod olim tamen ijs permissum erat, qui per subsequens matrimonium legitimati essent, Hodie uero & hi noua lege exclusi sunt, generaliterq; ab ijs sancitum, ne cuiquam, qui initio non legitimis ortus sit natalibus, ulla ratione aut priuilegio ad nobilitatis decus unquam liceat aspirare.

Illegitimi si natalibus restituantur, an nobilitatem adepti uideantur.

1 Nobilitas usq; ad pronepotes.
2 Legitimati an adhuc labe ulla notati.
3 De nataliũ restitutione contra Budæum.
4 Nobilitas à Principe quãdo conferatur.
5 Equites nostri tẽporis an nobiles: & de illorum origine.
6 Feudum nobile.

CAP. LXII.

CVM dictum sit, nobilitatem solius Principis esse munus [b], quæ 1
tamen alicui concessa, in eius filios nepotes, & pronepotes pro-
pagetur[c], Idcircoq; illegitimos eius ordinis non haberi, quod nullo
iure, patri suo quanuis clarissimo sint coniuncti [d], Dubitatum fuit, an
si natalibus restituantur, simul & nobilitate donati uideantur, Baldum
enim legimus cum Alex. sentientem [e], legitimatos adhuc inter nobi-
les non censendos, quod ea prius labe ita sint contacti, quæ amplius
euanescere, aut prorsus elui non possit[f], Quod quidem ab ea uidetur
fluxisse opinione, qua sensere quidam, legitimatos non prorsus in 2
ueram repositos ingenuitatem[g]: Quod mihi tamen absurdissimũ sem-
per uisum est, non posse scilicet Principem quãcunq; notã, aut maculã
delere[h], cum omnia possit eiusq; uoluntas pro lege habeatur[i]. Hæc ta-
men ratio in præsenti nobis non est necessaria, cum tantum absit, ut
legitimatis quid notæ inesse fateamur, ut nec illegitimos ipsos ulla un
quam deformatos sorde sæpius dictum fuerit. Cum Igitur spurijs hoc
antea tantum obesset, quod eornm natales obscuri admodum & uiles
habebantur, nunc cum Princeps eos naturæ restituerit, in eumq; sta-
tum reposuerit, quo initio omnes homines nascebantur[k], uidentur &
hi procul dubio ad ueram nobilitatem peruenisse, præsertim cum au-
thor sit grauissimus & eruditissimus Budæus[l], ipsam natalium restitu- 3
tionem nihil aliud esse, quam nobilitatis donum, eo quod abstersa na-
talium plebeiorũ sordida cõditione, in priscam, communemq; ab ini
tio omnibus ingenuitatẽ quis reponatur. Sed ipse hanc Budæi senten
tiã si de spurijs loquamur planè nõ probo, nam si natalibus restitui di-
cuntur qui rescripto Principis legitimi efficiuntur [m], quis dicat eum
qui ex ignobili patre spurius susceptus est, sola deinde restitutione, &

b Bart. l. 1. C. d̄ dignit. col. 4. Cast. l. quotiens. in fin. C. ubi sẽ. uel cla.
c Glo. l. diuo. C. de quæstion.
d l. lex naturæ, de sta. hom.
e Bal. c. per tuas, d̄ maior. et obed. Alex. §. si q̃s rogatus. nu. 56. in fi.
f Bal. c. 1. §. naturales. si d̄ feud. fue. contr. nu. 8.
g Dec. cons. 275. Curt. cons. 74.
h l. imperialis. §. 1. C. de nupt.
i §. sed et qđ principi. Inst. de Iur. nat. gent.
k l. 2. de natal. restit.
l Budæ. in Annot. l. fi. d̄ senat. pag. 102.
m §. si quis ergo Auth quib. mod. nat. eff. sui.

legitimorum

legitimorum iura,& nobilitatem consecutum? cum id tantum ea nobis tribuat ut patribus nostris ueri & iusti filij efficiamur? Quod si plebeius pater sit, cur legitimatus filius nobilis censeatur? Cur non potius,cum sicuti filius bonorum & facultatum omnium successor est futurus,sic & ut filius patris cōditionem sequatur qualemcunq;?Crederem ergo ex natalium restitutione non perpetuo nobilitatem inuehi, sed pendere hoc à patris conditione, ut si is eo splendore illustretur, hoc quoq; & in legitimatum descendat,sin minus,illegitimos ex ea restitutione,ius filiorum et patriam quidem potestatem, uerum dignitatem nullam aliam obtinere, sed in omnibus paterna uestigia imitari, quia tanquam ex iusto matrimonio nati solum intelliguntur.

Non nego tamen quin possit Princeps & eosdem ad nobilitatis de
4 cus euehere,quanuis ab humili & abiecto patre genus ducant suum,licet enim Principi quemcunq; uelit in summo honoris gradu collocare.Id uero quomodo dignoscatur,declarauit Bartolus multis modis[a], Inter quos ille præcipue insignis est,cum eis dignitas aliqua à Principe defertur, quanuis careat administratione, Extat enim constitutio Zenonis,ubi expresse mentionem facit nobilitatis, quam sine administratione per honorarios codicillos collatam quibusdam testatur[b], Vnde eos omnes qui priuilegijs à Cæsare, aut alijs ad id facultatem habentibus donati sunt, putarim nobilibus adscribendos esse, tam
5 etsi priuata illa dignitas uideatur, quales sunt hodie equites pleriq;, qui Diplomatis Cæsarum insigniti à plebeis solent discerni, Quod ab eo originem duxisse uideri potest,quod scribit Sueton[c]. Claudium Cæsarem imaginariæ militiæ genus instituisse, quo absentes, & titulotenus fungerentur: Quæ tamen res, hodie à ueteri illo ritu nimium collapsa est,cum Reguli plurimi hac authoritate abutantur, nullaq; personarum habita ratione, eam dignitatem temere omnibus decernant, ad quam olim non nisi insigni aliqua uirtute præditi, fuissent uocandi[d],proptereaq; nec ad hos cætera priuilegia spectare certū est,quæ militibus iure nostro concedi solent[e]. Porro & illud acquisitæ nobilitatis multo manifestius signum esse solet, cum dignitas aliqua tribuitur, cui administratio sit coniuncta, & suapte natura secum nobilitatem ducat, quod à Bartolo traditum extat[f], unde
6 quidam Feudum nobile, aliud minus nobile dixerunt[g]. Sed hæc extra propositam materiam sunt, quæ tamen dixisse uoluimus, ut intelligamus, quibus modis, hæc ipsa nobilitas illegitimis communicetur. Cæterum, concessa spurio alicui dignitate, an ex eo & natalibus restitutus censeatur, commodiori loco tractandum reseruamus[h].

a Bart.d.l.1. C. de gnit.col.pen.

b l.fi.§.uiros.C.ubi sen.uel clar.

c Sueton.in Claud. cap.25.

d l.1 §.credidit, de off.præf.præt.l. fin.C. de stat. et imag.

e Cy.l.1. C. de iur. & fact.igno. Ripa.l.centurio.nu. 10.de uulg.

f Bart. d.l. 1. pen. col.

g Ias. p̄lud. Feud. nu.119.

h Alex.l. quidam consulebāt, de re iudica.

Gabrielis Palæoti.

De Infantibus expositis, et aliis quorum parentes ignorantur.

1 Necare dicitur, qui exponit filium.
2 Hospitalia spuriorum, & num. 5.
3 Expositi, ad sacros ordines, & dignitates admitti possunt. & nu. 7.
4 De Cyro, Moyse, & alijs legitime natis, ex positis.
6 Exponens filium, amittit patriā in eum potestatem.
7 Expositi, capaces successionum quarumcunque censentur.
8 De quibusdam Pont. ignoto genere.
9 Terræ filij, & a se orti homines.

CAP. LXIII.

POTERAT fortasse aliquibus uideri nō necessarium, ullum nos hoc argumento separatim caput conscribere, cum supra late id tractatum sit[a], an unusquisque in dubio legitimus, uel illegitimus sit censendus. Quia tamen animaduerti, nescio quid præcipuum huius ipsius quæstionis esse, quod præcedentibus non ita aptum erat, uolui propterea pauca hæc superioribus adiungere, ne posset hæc pars a commentarijs nostris desiderari. Hoc igitur tantum a nobis in præsenti agendum erit, sint ne hi qui publice exponuntur, legitimi an nothi potius iudicandi: Namque si nothi uideantur, tunc nihil amplius opus est de his disserere, quippe quibus omnia cum alijs spurijs sint communia, Sin uero legitimi dicantur, & tunc nihil ad rem nostram, eorum pertinet disputatio. Scio autem nos alias statuisse, honestos in dubio uniuscuiusque natales esse existimandos, qua ex re sequitur, expositos quoque quorum ignota est origo, inter legitime natos esse referendos. Contra tamen quædam pugnat coniectura, quam de ueris iustisque parentibus, naturali ratione solemus facere: Etenim quis credat unquam, tantam immanitatem in legitimum patrem cadere potuisse, ut proprium filium, sua ipsius uiscera, tam impie abiecerit? ea præsertim in ætate, quæ alieno indiget præsidio, nec proprijs se ipsam uiribus apta est sustinere? Cum enim necare filium is dicatur, qui eum exponit[b], audebimus ne tantum scelus 1
unquam de patre conijcere, ut is filio suo crudeles manus intulerit? Non ita hæc ab illegitimo patre abhorrent, quem plerunque aut delicti conscientia, aut infamiæ metus potest adigere, ut natum ex se minus honeste filium, turpiter etiam deserat, cum se coram honestis uiris, illius patrem monstrari, non possit non erubescere; Propterea multis in locis uidemus, Hospitalia his ipsis expositis 2
erecta, uulgo spuriorum hospitalia, sicut hic Bononiæ nuncupari, quasi & nomen ipsum demonstret, spurios tantum, non uero legitime natos, ad hæc loca solere deferri. His accedit, quod spurij a legibus ij uocari solent, qui certum patrem non possunt ostendere[c],

a cap. xx.

b l. necare, de lib. agn.

c l. uulgo. de sta. hom.

ſed cum eo in numero ſint omnino hi expoſiti, ut etiam Baldus ani-
maduertit,[a] nimirum ſequitur hos nothos, non legitimos eſſe dicen-
dos. Ego tamen à contraria ſententia non diſcedo; quam cum aliàs
pluribus rationibus ſim tutatus, ideo hoc à me loco breuiter referri,
nihil mirum erit. Dico autem Doctorum opinione receptum eſſe,
3 expoſitos hos, ad ſacros ordines, dignitates eccleſiaſticas, atq; alia
publica munera recte poſſe promoueri, tametſi eorum origo nemini
conſtet[b], quæ res neceſſario oſtendit, illos legitimos, non ſpurios iu-
re cenſeri[c]. Certum id etiam eſt, eoſdem nulla labe aut macula aſper
ſos dici poſſe[d]; quomodo igitur eos quis ſpurios appellet, cum hoc
ſpurij nomen, notæ cuidam affine eſſe uulgo exiſtimetur[e]? Nec quic-
quicquam coniectura illa ſupra de legitimis patribus relata, his ob-
ſtat, ſi quidem ueterum exemplis patet, multos exponi filios, qui ta
men ex matrimonio nati ſunt, ut de Semirami, Moyſe, Paride,
4 Cyro, Oedipo, & alijs pluribus hiſtoriæ teſtantur, quos parentes
metu alicuius periculi, quod eis portendebatur, aut alijs de cauſis, te
mere exponebant, noſq; etiam uſu ipſo quotidie experimur, mul-
tos quandoq; rei familiaris inopia, cum ſe uictui neceſſaria liberis ui-
deant non poſſe ſuppeditare, ſolere illos exponere, ea potius ſpe ut
ab alijs commodius educentur, quam quod paterna erga illos exuti
ſint pietate, quod ego à nonnullis probæ conditionis parentibus,
qui in ſimiles inciderant calamitates, re uera ſæpe intellexi. Nec
quanuis uulgo hæc ſpuriorum hoſpitalia uocentur, ideo tamen, no-
5 thi illi cenſendi ſunt, nam ut dicebat Baldus loquens de Bononienſi-
bus in ualde ſimili caſu[f], popularis ſermo noſter ius non facit, et res
ipſa contrarium docet, ut modo diximus; Quin & Canones hoc idem
ſuadent, cum ijs caueatur, parentes qui filios exponunt, ius patriæ
poteſtatis amittere, nec eos ut filios amplius poſſe uindicare[g], De qui-
6 bus enim alijs patribus hoc poteſt intelligi, præterquã de legitimis,
cum hi tantum filios habeant in poteſtate[h]? Conſtat hinc igitur
ſatis liquido, etiam iuſtos liberos exponi ſolere. Quibus nec illud
nocet, quod certum patrem non uideantur ullum habere, nam eo
ipſo quod natales eorum ſunt ignoti, fit interpretatio ſtatim in me-
liorem partem, præſumiturq; illorum origo honeſta, non turpis[i]:
quod in uulgo conceptis ſecus eſt. Nec uerum eſt etiam quoſcun
que qui patrem nequeunt oſtendere, illegitimos eſſe, ut Gregor.
Pont. teſtatur[k], Vel quicquid contra aſſeras, dicam in his ius non
deficere ſed probationem, ipſos uidelicet uere legitimos eſſe, talesq;
iure haberi, quanuis proprios ipſi natales non ita iuſte poſſint
probare[l]. Multa præter hæc prætereo, quæ commodius ex quæ-

a Bal.d.l. uulgo.

b Io. And. c. 1. de inf. exp. Barb. Fel. c. cũ deputati, de iudic. nu. 13.

c arg. c. fin. de. fil. præſb. c. innotuit. de elect.

d l. fin. C. de inf. ex. l. nemini. C. de epiſ. aud.

e Azo. in ſum. C. de infan. Alex. l. 3. de lib. et poſt.

f in. l. nutritoribus C. com. de ſucceſ.

g c. 1. de infan. ex.

h §. ſi aduerſus. Inſti. de nup.

i c. cũ deputati, de iudic. c. 1. de ſcrut.

k d. c. 1. de inf. exp.

l arg. l. duo ſunt. de teſt. tut.

a cap.20.

b d.c. cũ deputati.
c Faber, Ang. §. fin. Inst. de hær. inst.
d Ioa. Ana. d.c.1. de inf. ex. & Doct. c. cum deputati.

stione supra à nobis disputata[a] elici poterant, sufficietq; hæc tantum in præsenti obiter adiecisse, ex quibus statuimus, quod ad expositos pertinet, & cæteros quorum omnino incerta est origo, eos in dubio legitimo potius quàm illicito genere censendos, ob idq; ad actus legitimos recte admittendos[b], hæreditatum successionumq; capa- 7
ces existimandos[c], cæteraq; munera seu ciuilia seu ecclesiastica illis hoc solo prætextu nullatenus esse interdicenda[d]. Cæterum legi quidem graues nonnullos authores, & maxime historicos, hos ipsos qui obscuro prognati sunt genere, spurios in libris suis appellantes, quo nomine certos etiam Pontifices uti illegitimos notatos scio, eo 8
quòd unde originem ducerent, uulgo incertum esset, ut de Leone. V. Pont. & Dionisio. I. traditum est, quos alij ignotis tantum parentibus ortos scripsere, alij cum de eorum natalibus nihil certi reperirent, propterea spurios esse prodiderunt, quod etiam de Demosthene quidam scriptum reliquerunt. Sed alij, ut lubet, sentiant, Mihi sane hæc sola ratio nunquam persuadebit, ex pudenda aliquem origine profectum esse, cum in dubio honestior pars sit conijcienda, Memoranturq; Pontifices multi ignotis parentibus & patria, ut Christophorus. I. Bonifacius. VII. Ioannes. XIX. & quos modo retulimus, Dionisius. I. & Leo. V. quos omnes spurios extitisse, hac sola de causa nunquam affirmarim. Solent hi etiam à qui 9
busdam terræ filij appellari, seu quod terra sit communis omnium parens, seu quod iuxta quorundam historias, è terra primis temporibus mortales nati dicantur. Vocantur & ijdem, homines à sese orti, aut noui homines, quibus loquendi modis utitur Cicero pro ijs qui obscuri admodum ignobilesq; sunt, ac sine ullis maiorum imaginibus. Cætera quæ de expositis dici poterant, qui nam in bonis eorum succedant, cuius fori dicantur, æqualis ne sint omnes conditionis, & alia eius generis, ego hic iure prætermitto, quoniam cum in numero legitimorum eos esse diffiniamus, extra rem esset, ac materiam nobis propositam ea hic inserere, quæ suis locis uberrime tradita, aptius etiam intelligi possunt[e].

e Host. in sũ. d inf. exp. et Doct. in c.1. Spec. u. tit. eo. Castr. l. nutritorib. C. com. d succes. Salic. l. fin. C. cod.

Qui alium Spurium appellat, an iniuriarum actione teneatur.

1 Iniuriarum actio quando detur.
2 Spurius non dicitur, quem Princeps restituit.
3 Non facit iniuriam, qui nihil falsò obijcit, & num. 9.
4 Crimina naturæ uitio ingenita, non sunt exprobanda.
5 Accusare aliquem, plerunque laudabile.
6 Reipub. interest quædam delicta palàm esse.
7 Spurios cognosci, an Reipub. expediat.

Difficile

CAP. LXIIII.

EST ne uero hæc contumelia, si te aliquis spurium, & ut uulgo dicitur Bastardum appellet, quamobrem tu eum in iudicium adducere possis? Hic ego antequam quid pronuntiem, multa consideranda, & circunspicienda puto: Si enim tu uere non es spurius, sed legitimis ortus parentibus, illeq; temere talem te falsò appellauerit, nō dubito quin contra eum actione iniuriarum possis experiri[a], Vbicunq;.n,
1 aliquid dicitur, quod alterius pudorem, aut famam lædat, ibi & iniuriarum crimen oritur[b], sed uulgo hoc nomen spurij, nescio quid notæ secum ducere creditur[c], uixq; uerisimile est aliam ob causam id ab eo dictum, quàm ut tuam existimationem minueret, Igitur cū hoc quicquid sit, fuerit ementitus, erit iniuriarum iudicio tibi obligatus[d]. Idem putarem, & si spurius quidem natus esses, nunc uero Principis beneficio natalibus restitutus, is enim qui adhuc te spurium uocat, inique
2 agit[e], cum illegitimus non sit, quem Princeps restituit, potuitq; rectius ille, te non legitime natum appellare, cum hoc primæuos tuos natales respiceret, non autem præsentem tuam conditionem ita notare[f], quæ nunc uere legitima est: Qua tamen in re animaduertendū erit, an probabili aliquo errore ductus fuerit, uel quia te initio spurium natū existimasset, uel quia restitutionis illius ignarus esset, quæ cum facti sit, facile potuit ei non nota esse, uel quia aliter se communis usus loquendi haberet, qui legitimatos adhuc spuriorum nomine comprehenderet, ut sæpissime uidemus, tunc enim hæc ad aliud caput pertinent, quod modo attingemus. Cum uero quis te spurium nominat, tuq; re uera talis es, longior quidem tūc est dubitatio, uideatur ne ob id ullam tibi iniuriam intulisse: Extant.n.in hac re multiplices Doctorum sententiæ, uariaq; illorum responsa[g], sed quattuor præcipue opiniones traditæ reperiuntur, singulæ inter se diuersæ: Prima
3 Accursij[h], uidelicet ut qui nullum crimen falsò obijcit, is nec ulla iniuriarum actione teneatur: Quid enim potest ille delinquere, qui ueritatem prodit, cum ueritas præ cæteris semper sit colenda[i]? Alia fuit Hostien.[k] ita distinguentis, quod aut crimen tibi obiectum, tua ipsius culpa contractum est, ut si te furem, proditorem, sicarium, lenonem dixerim, & tunc nihil tibi obtrectasse uidear, quo me in iudicio possis accersire: Cum enim tu, eo te scelere polluere minime eru

a l.3.C.de iniur. Bar.l.turpia, in princ.de leg.1.et l.3.ꝗ lib.et post.
b l.itē apud.§. general'r, et.§. seq. de iniur.
c c.accedens, de purg.can.
d l.fin.C. ꝗ accus. l.3.C.de iniur.
e Crauet.cons.168 in princ.
f Alcia. de Duel. cap.10.
g Io. And. in Add. ad Spe.tit.de iniur. Abb. c. cum te, de re iud. nu. 26. Roman. cōs. 96. Oldr.cōs.53. Alber.l. si nō cōuicij.C. de iniur.
h Inst.de iniur.§.i. uer.fieret.
i l.cū ita, ubi Alb. de cōd.& dem.
k in sum. de iniur. §. contra quos.

bueris, cur aduersus me id tantum deinde enuntiantem, ita indigne-
ris[a]? Quod si alio te maledicendi genere carpserim, quo tu absq; ulla 4
fraude tua labores, ueluti si te claudum, cæcum, inopem, aut spurium
uocarim, cum & spurium nasci, absq; ullo crimine nostro contingat[b],
& tunc contumeliosas huiusmodi uoces censeri: Debui enim ego, ut
bonos decet homines, calamitatis tuæ potius misereri, non tibi hæc
probro obijcere, quæ fato obtigerunt, cum naturam ipsam non li-
ceat accusare[c]. Tertia traditur opin. Ioan. Theuton.[d] qui uoluit mul-
tum referre, an uerba hæc in iudiciali aliquo negocio proferantur, aut
alibi: Si enim ob id ego tibi diem dicam, ut te adulterij aut homici-
dii reum conuincam, aut tu simili aduersus me, uel testes meos ex-
ceptione utaris, eosq; tanquam infames, sordidos, & facinorosos re- 5
pellas, nullum hic conuitium notari debet[e]: accusatio enim ipsa ne-
dum turpis non habetur, sed magna plerunq; laude & præmio digna
est[f], ut de Lucio Crasso, Marco Antonio, & Publio Sulpitio refert
Cicero[g], qui cum seditiosos & inutiles ciues quandoq; in iudicium
uocarent, à cæteris probati ualde fuere: Reus autem qui aduersarij
sui actionem hac eadem cupit ratione elidere, quæ uera utiq; est, cur
in eum iniurius uideatur, cum ab eo prouocatus, ius suum tueri ma-
gis, quàm maledictis eum lacessere contendat[h]? Quarto loco dixit 6
Bartolus[i], ubicunq; Reipublicæ expedit, crimen illud quo te appello,
cæteris notum esse, qualecunq; id fuerit, impune semper diuulgari
posse, ueluti si te leprosum, impostorem, hæreticum'ue dixero: pu-
blice enim interest hæc siue corporis uitia innotescere, quia contagio-
sa sunt[k], siue animi, ne alii ab his decipiantur, eorumq; commertia
possint declinare: Ast ubi quod tibi delictum obiicio, id nullam Rei-
pub. ex eo utilitatem parit, ut si te pumilionem, uentriosum, gibbo-
sum nominauero, quanuis re uera nihil ementiar, teneor tibi tamen
contumeliæ nomine, cum ex usu publico nihil sit, talem te à me ita
uulgo prædicari, Si igitur te spurium appellauero, conuicium hoc es- 7
se quidam tradiderunt[l]: eo quod natales meos cæteris notos esse, nihil
ad rem publ. pertineat: Idem & Bart. quandoq; existimauit[m]: Sed tamẽ
alibi contrarium deinde confessus est[n], uoluit. n. hanc contumeliã non
esse, dum uerum sit, incertis illum parentibus ortũ esse, eo quod pluri-
mum referat, quoad honores & munera publica obeunda, spurios à le-
gitime natis discerni[o], Vnde quod modo uti contrarium ab eo dictum
notauimus[p], posset ita forte intelligi, ut scilicet, cum quis eum spurium
appellasset, qui legitimus uere erat, tunc iniuriã ei fecisse dicatur[q], alio
quin si spurius uere sit, tunc nulla ea sit iniuria[r], ut ita sibi Bartolus
ubiq; constet. Sed mihi nec ulli ex his quattuor opinionibus pror-
sus

a facit. l. qđ quis ex. de reg. iu.
b c. nasci. 56. Dist. l. legẽ. C. de nat. liber.
c l. max. uitiũ. C. đ lib. præter.
d Glo. in. c. si pec- cauerit. 2. q. 1.
e Alex. l. fin. quod quisq. iur.
f l. 1. C. de fam. lib. circa fin.
g lib. 2. Offic.
h l. qui cũ natu. §. si libertus. đ bon. lib. l. libertus. 1. đ in ius uocan.
i Bart. l. eũ qui, de iniur.
k c. 1. de cõiu. lepr. c. de rectoribus, de cler. ægro.
l Abb. c. cũ te, de re iudic. nu. 28. & in. c. fin. in fi. de iniur. Rom. d. cons. 96. 1. col.
m in. l. turpia, de leg. 1. & l. 3. de lib. & posth.
n in. d. l. cum qui.
o l. generaľr. §. spurios. uer. sed si de decurion.
p in. d. l. turpia.
q ita procedant trad. p eũ. in. d. l. turpia, et. d. l. 3. de lib. & post.
r ut ait in. d. l. cum qui.

ſus hærere in animo eſt, cum ſingulis multa uideam repugnare, nec lõgas etiam placet aliorum Doctorum in hac re diſtinctiones ſequi, cũ adeo multiplices ſint[a], ut ex iis uix quicquã clarum aut expeditum
8 unquam poſsis colligere. Animaduerto quidem, haud facile etiam in hac materia quid tradi poſſe, quod ubiqꝫ conſtet, nam cum iniuria, ex affectu facientis conſiſtat[b]: difficillimum eſt omnino aliorũ cogitationes ita poſſe à nobis introſpici, ut dignoſcamus quo quiſqꝫ conſilio aliquid fecerit, unde ad coniecturas & accidentia quædam extrinſecus recurri oportet[c], quarum certa ratio tradi non poteſt: Propterea nil mirum eſt, ſi tam multa hactenus à Doctoribus cumulata reperimus, quæ tamen quæſtionem ipſam non ſatis commode explicent.

Ego igitur, quæ de cæteris iniuriis dici poſſent, quæ ſanè multa ſunt, hic miſſa faciam, tantum quæ ad hanc ſpurij appellationem ſpectant, qua potero breuiori, tutioriqꝫ uia referam. Credo autem id ab omnibus in hac quæſtione præſupponi, nomen hoc ſpurij uulgo ignominioſum & turpe haberi, quod quanuis nos aliàs in dubium uocauerimus, in præſenti tamen & cum alijs admittimus, alioquin nulla in hac
9 materia eſſet diſputatio. Et hic pro regula conſtituendum cenſemus, eum qui alium ſpurium appellauerit, contumeliæ reum eſſe, & iniuriarum actione teneri, ſeu falsò, ſeu uere etiam ita eum compellarit: Cũ enim hoc nomen, de alterius fama & opinione aliquid detrahere aptũ ſit, ut uulgo aiunt, affert proculdubio ſecum & contumeliam[d], Quanuisqꝫ uerum id utiqꝫ ſit, quod ab eo iactatum eſt, non tamen iniuria illa eſſe deſinit[e], ſi quidem nos iniuriam ex maleuolo alterius animo, propoſitoqꝫ magis quàm ex euentu metimur[f]: Aſt hic iniquum affuiſſe animum ſatis conſtat ex uerbis illis, quæ ſuapte natura cõtumelioſa ſunt, talis.n. uniuſcuiuſqꝫ mens fuiſſe præſumitur, qualem uerba ipſa præſeferunt[g]. Non igitur conuicij & rei ueritate excuſatur, qui aliquem maledictis uexat, non enim quid factum ſit attendimus, ſed quo animo factum ſit[h]: Cum plerunqꝫ & ea quæ per ſe bona, publiceqꝫ utilia euadũt, ex quo tamen non bono facta ſunt conſilio, eum pœnæ non eximant,
10 qui talia auſus eſt perpetrare[i]: Nec enim ſufficit bonum quid eſſe, ſed bene factũ: Cuius rei inſigne nos celebramus exemplũ CHRISTI ſumma cum ueneratione ſemper nominandi ſeruatoris noſtri, cuius patibulum cum ab æterno nos ſupplicio liberarit, noſqꝫ illius neci uitam noſtram acceptam referre teneamur, eos tamen qui tam dirum cruciatum in illum excogitarunt, tanti non uult ſceleris pœnas effugere, cum eorum cogitatio praua & iniqua fuerit[k]: Porrò & in caſu noſtro, nedum malignum eius qui te ſpurium appellat, conſilium fuiſſe exiſtimatur, ſed & euentus ipſe haud multo quidem melior exi-

a Card. in. c. i. 5. q. i. Abb. c. cũ te, de re iud. col. fi. Alber. l. ſi non conuitij. C. de iniur. Ripa. l. fin. C. de reuoc. don. nu. 25. 26.

b l. illud. §. i. de iniur.

c Glo. l. i. C. ad. l. Corn. de ſicar.

d l. item apud. §. generaliter. de iniur.

e l. 3. C. de off. rect. prou. ℣. ſi nõ ad libidinem, &. l. quiſquis. C. de poſtul.

f l. eũ. q. §. fi. de iniur. l. i. §. diuus, ad l. Corn. de ſicar. c. i. in fi. 15. q. 6.

g l. labeo in fi. de ſup. leg. l. ſeiæ de tut. & cur.

h c. i. in fi. 15. q. 6. l. uerũ. l. qui iniuriæ, de furt.

i c. relegentes. 23. q. 5.

k Glo. c. i. ℣. qualitas, de coll. deteg. & d. c. relegẽtes.

ſtit, cum errata noſtra ab alijs publice detegi & diuulgari, ualde inhu-
manum & illiberale uideatur[a]. Crederem tamen hanc regulam mul 11
tis caſibus poſſe temperari, quibus hæc ſpurii appellatio nullam con-
uicij pariet actionem. In primisq́ in iudicio ubi agendo ſiue excipien-
do à quopiam id in alium diceretur; Vt ſi ob id ego tibi litem inten-
dam, quod te illegitime natum alicui ab inteſtato ſuccedere non poſſe
dicam, quin ea bona ad me pertinere, Aut tu ius tuum tuendo, eadem
mihi obiicias, hic.n.non eſt, quod noſtrum alteruter ſibi contumeliam
illatam cõqueratur, cum iuris executio nullam habeat iniuriam[b]. Huic
ſimile eſt, ubi iuſta alia cauſa ad id dicẽdum me impuliſſet, forte quod
te ſacerdotiũ aliquod, aut publicam dignitatem ambire intellexiſſem,
egoq́ ea ſpurii atteſtatione, inde te reieciſſem, nõ enim hic quicquam
te lædo, cum ius publicum tuear, quod talia munera, illegitime natis
non patitur mandari. Sic quoq́ & extra iudicium, multa exẽpla poſ-
ſunt excogitari, in quibus res ipſa quæ agitur, omnem iniuriæ ſuſpitio
nem delet, Veluti cum illi qui ariolum quendam de futuro uitæ ſuæ
ſtatu curioſius conſuluerat, reſponſum eſt, eum tenui ſemper admo-
dum fortuna uſurum, quod pudendis editus eſſet natalibus[c], Vel cum
mihi inter aliquos, de ſpurijs filijs, & eorũ geſtis, ſermo incidiſſet, ego
te una cum aliis multis illegitime natis, ſine ullo dedecore tuo nomi-
naui, Aut aliàs dixi, te quanuis uulgo conceptus eſſes, ſummo tamen
ingenio, ſummaq́ uirtute præditum eſſe, Aut aliter forte in tua con
ditione bona fide erraui, cum te Nothum eſſe ſanè crederem: His.n.
caſib⁹ quæ iniuria notari poſsit? cum aliò oratio mea pertineat, quàm
ut te quicquam mordeat, aut perſtringat? præſertim cum ad hanc in-
iuriarum actionem mouendam, dolum alterius præceſsiſſe oporteat,
nec lata culpa ſufficiat[d]. Generaliter ergo ubi iuſta quæpiam ratio ſe 12
offerat, quæ dicentis animum purgare poſsit, ceſſabit contumelia, ſi
quidem diximus ſupra, iniuriam tunc demũ fieri, cum iniquo in alium
animo ſumus[e]: Propterea igitur quanuis antea uerba iſthæc, uti uo-
luntatis noſtræ internuntia, contumelioſa uideri potuiſſent, ex quo ta
men cauſa nunc euidens eſt, quæ ad id nos adduxerit, cedit cõiectura
illa quæ ex uerbis oriebatur, contrario huic facto[f], hæcq́ præſumptio,
quæ præſertim cum rei ueritate cõſentit, aliam tollit quæ ſolis uerbis
antea nitebatur[g]. Hæc tamẽ cauſa, quæ iniuriæ ſuſpitionẽ tollit, qualis
eſſe debeat, cõmodũ nõ eſt explicare, cũ ipſa facti accidẽtia, & momen
tanea quædam, quãdoq́ iniuriã factã maxime ſuadeãt, quãdoq́ negẽt:
Nã ut ex Demoſth. oratione refert Claud.[h] Nõ ex accepto uulnere, cõ
tumeliã ipsã ſemper poſſumus æſtimare, cũ & ingenuis hominib⁹ cedi
nõ graue ſemper ſit, niſi ubi in cõtumeliã uerberẽtur, Quis uero cõtẽ-
ptum

a. l. 2. C. quando et quib. quar. pars. lib. 10. l. 3. C. quẽ. teſt. aper.

b. l. iniuriarũ. 1. §. 1. de iniur. l. nullus uidetur, de reg. iur.

c. l. itẽ apud. §. ſiqs aſtrolog. ꝗ iniur.

d. Bal. cons. 277. in. 5.

e. d. l. illud. §. 1. de iniur. l. ſi nõ conuicij. C. eod.

f. not. in. l. i. C. ad l. Corn. de ſic. & in d. l. ſi non cõuicij.

g. arg. Auth. itaq; C. com. de ſucc. & l. diuus, de int. reſt.

h. in. l. aut facta, ꝗ pœnis.

ptum illum, qui ex uultu, oculis, habitu, gestu, iracundiaque oritur, quæ singula iniuriam plerunque pariunt, alijs apte possit oratione sua exprimere? Nam & quandoque factum aliquod narrari uideas, quod audientibus minime contumeliosum fuisse unquam uideri posit, ijdem tamē si affuissent, omnia per summam iniuriam & iniquitatem facta proculdubio respondissent; Erunt igitur in hac re omnia diligentisime considerãda, personæ, tempus, locus, sermones antea habiti, & in primis illius animus inuestigandus, qui te eo nomine compellauit, cum nisi is uere in te maleuolus extiterit, eum tu iniuriæ nequeas accusare[a]; Erit quoque & consuetudinis locorum ratio habenda, cum dicat Castren.[b]
14 id nomen spurij apud Transalpinos, idest Gallos[c], turpe nō haberi, nec ex ea appellatione ullam iniuriam oriri, quod tamen hodie usus comprobat falsum esse: Apud Græcos autem olim ualde ignominiosum fuisse legimus, cum scribatur apud Sophoclem[d], Oedipum ob id Corinthum reliquisse, & peregre profectum esse, quod ei in probrum obijceretur, quod esset Nothus: hortaturque Plutarchus[e], eos qui liberis operam dare uolunt, ut legitima ineant matrimonia, ne alioquin eorum filij ab alijs carpi posint, quod minus iustos habuerint natales: Hodie quidem, quanuis in nonnullis regionibus, & maxime apud Barbaros, hoc spurij nomen nihil contumeliæ secum ducere uideatur, frequētius tamen & regulariter, hæc opinio omnium ferè gentium & nationum animos creditur peruasisse, ut quilibet se spurium appellari adeò indigne ferat. Erit ergo hærendum usui locorum, & nisi quæ iusta ratio, eū qui ita alium appellarit, ab iniuriæ illatæ suspitione tueatur, in dubio, contumeliæ nomine poterit condemnari[f].

a Dec. cons. 487. col. fin.
b in. l. 3. in princ. de lib. & posth.
c Ripa. §. si quis rogatus, ad Treb. num. 9.
d in arg. Trag. Oedip. Tyran.
e in lib. de lib. educ. in princ.
f Grammat. Decis. 37.

Cur spurium nasci turpe habeatur, atque illegitimi male audire soleant.

1 Græcorum lex de concipiendis filijs.
2 Cur spurij quandoque solertiores legitimis.
3 An filij ex parentum delictis debeant condemnari.
4 An patris naturam imitentur.
5 Virtutes & vitia ex propria tãtum pendere voluntate.
6 Boni patres malos gignunt liberos.
7 Illegitimi monstra naturæ.
8 Quæ dedit natura, à nobis non damnanda.
9 Matrimonium cur institutum.
10 Spurij quidam, vt legitimi habendi.

CAP. LXV.

CVR VERO illegitimi sic pasim negligi solent, & ueluti turpes personæ haberi? An quod Philosophi ad generosam sobolem procreandam, hilarem mentem, & omnibus curis solutam
1 exposcunt? unde Græcorum legibus cautum erat, ut qui se mulieribus suscipiendæ prolis causa essent iuncturi, hi omnino sobrij, aut uino

ſaltem parciſsime deguſtato cum ijs congrederentur,propterea quod
ſemen ipſum præſentem lætitiam uel mœrorem,aut alios affectus con
cipiat,eoſdemq́ & in filios tranſmittat?ſpurij uero ut abſq; magna ani
mi perturbatione concipi nequeunt,dum forte dubitant coeuntes,ne
interim ab aliquo deprehendantur, ita & exiſtimentur uarium inge-
nium,minimeq́ ſinceram mentem ab ipſo cõceptu ducere? Sed hæc
ratio generalis non eſt,ut quæ ad naturales filios,& quoſdam etiã ſpu-
rios non pertineat,qui cum ex eo congreſſu ſuſcipiantur, cui nulla pœ
d l. 3. de concub. l. ſi ea. l. quæ adul. C. de adult.
na iure indicta eſt[a],eorum quoq; parentes,ijs dando operam, ulla men
tis uexatione agitatos fuiſſe non eſt ueriſimile. Præterea dicendum 2
potius uideretur,hos ob hanc cauſam legitimis digniores eſſe iudican
dos,cum ſoleant hi ex furtiuo congreſſu, ubi inſignis aliqua ſolertia,
aut machinatio fuit adhibita,ut plurimum procreari, in quibus con-
cipiendis, ſemper ferè arctius quoddam adeſt animorum uinculum,
quàm in legitimis nuptijs,ubi nulla quandoq; uoluntatum cõiunctio,
ſed ipſa tantum ſimplex copulatio, potius ex conſuetudine quadam,
aut coniugali officio intercedit;qua ratione & ſolertiores legitimis fi-
lijs,& patribus etiam magis ſimiles gigni nonnulli exiſtimarunt.
An uero ſpurios ita notamus,ob paterni delicti deteſtationẽ, quã in 3
b l. quisquis. C. ad l. Iul. maieſt.
filijs ita leges plerunq; ſolent uindicare[b]? unde Iuſtinianus eos à patrũ
ſucceſsione reiecit,ut maius ex hoc parentibus ſupplicium infligere-
c l. fin. C. de nat. lib.
tur[c], & legimus in ſacra pagina. Ego ſum Deus Zelotes uiſitans ini-
quitatem patrum in filios uſq; in tertiam & quartam generationem.
Quo argumento ſcripſit & libellum Plutarchus, De ſera numinis uin-
dicta,ubi multis probat rationibus iniquum non eſſe,ſi filij ex paternis
peccatis condemnentur. Sed nec ratio hæc generalis eſt:quid.n.deli
quit pater in concubinæ,ancillæ,aut meretricis complexu,quorum ta
men filij & ipſi indigniores uulgo cenſentur? Sed & quomodo ad pa-
tres deterrendos id inſtitutum quis dicat,cũ illis impunitas delicti in-
terim condonetur? Nam quod filij ex illicito illo concubitu nati, hac
ratione deinde ſint mulctandi,cum incertum ſit tunc patri,cum mulie
ri illi ſe iungit,ulli ne liberi ex tali congreſſu ei ſint ſuſcipiendi, parum
id certe illum à propoſito explendæ ſuæ libidinis poterit remorari. Id
quidem ſcio quoq; penès quoſcunq; bonos uiros,legem illã quæ alie-
na errata aliorum uult ſupplicijs expiari,iniquiorem eſſe:nullum.n.pa
tris delictum, innocenti filio pœna eſt, ut Vlpianus ait.[d] Vnde Bion
d l. 2. §. nullum. de Decurion.
Philoſophus hoc non minus ridiculum eſſe affirmabat, quàm ſi Medi-
cus quiſpiam ob auui, aut patris morbum,nepoti medicamẽtum adhi
e l. ſancimus. C. de pœnis.
beret: Cur.n.pœna ſuum egrediatur authorem,ut alios immerentes
f c. nunq̃. 56. Diſt.
affligat[e]? Non eſt inquit Chriſoſt.[f] nec de uirtute;nec de uitio paren-
tum,

tum, aut laudandus aliquis aut culpandus, namq́ etsi matrem habuerit fornicatione pollutam, alio'ue dedecore inquinatam, nihil tamen eum illius crimina labefactabunt; Et Augustinus[a], exemplo hoc di-
4 scant filij, parētum suorum iniquitates sibi obesse non posse. An uero spurii male audiunt, quod scilicet paternæ libidinis & intemperantiæ successores existimentur? iuxta illud[b].

Sæpe solet similis filius esse patri. Sicuti.n.acrochordones & lentigines genitorum, quandoq́ in filijs apparent, ita putetur qui ex incontinenti natus est parēte, generis referre similitudinem? Vnde adagiū, κακοῦ κόρακος, κακὸν ὠόν. Et Horatius.

> Fortes creantur fortibus, & bonis
> Est in iuuencis, est in equis patrum
> Virtus, nec imbellem feroces
> Progenerant aquilæ columbam.

Sed minus & hæc mihi ratio probari potest: Quis.n.nescit, cum primum quis natus est, alium effici ab illo qui eum genuit[c]? atque suam
5 cuiq́ mentem esse diuino creatam arbitrio? Nam ut inquit Hieronymus, Non in seminibus, sed in uoluntate nascentis, causa uitiorum posita est, atq́ uirtutum[d], nec maiorum nostrorum aut probitas, aut turpitudo, nisi in uolentes filios potest deriuare[e]. Non.n.hic ab ijs quæ corpus respiciunt, ad ea quæ animi sunt, recte quis potest argumentari[f], si quidem corporis pater author uidetur, quod mirum non est, plerunq́ in liberis illi simillimum reddi; At animus, Dei ipsius munus est, quem is non aliunde pendentem, sed se ipso constantem, & maxime liberum, mira tamen prouidentia unicuiq́ ingenuit: propterea quod ad filios attinet, nihil est quod magis utiq́ credas, eos paterni ingenij uestigia imitari, quam cæterorum, uel alienissimorum hominum uoluntatem.
6 Possem & illud addere, frequentius id fortasse esse, ex optimis parentibus perditissimos filios proficisci, qua de re extat Spartiani ad Diocle. Imper. epistola, liceretq́ infinitis exemplis in uarijs uitæ generib⁹ hoc comprobare[g], Sed in re proposita tam multa in promptu sunt, ut aduentitijs nihil planè sit necessariū, quæ nos infra referemus[h], unde cuilibet liquere poterit, quantum is decipiatur, qui in spurijs paternam lasciuiā, & reliqua crimina putat ingenita. Cur igitur ita eos aspernamur, & ueluti turpes personas fastidimus? Ego id in causa esse coniicio, quod cum leges, procreandorum liberorum causa, matrimonium instituerint, quod honestissimum est, & maxime commendandum; spurij cum præter hoc institutum, in lucem prodierint, præbent se quodā modo cæteris contemnendos, quippe qui non more aliorum, nec ex le-
7 gum præscripto, hoc se humani corporis amictu induerint, ut idcirco

a c. sponsus. ead. Dist.
b Glo. c.2. de fil. præsbyt. in.6.
c c. iā itaq. 1. q. 4.
d c. nasci. in fi. 56. Dist.
e c. nūq. ead. Dist.
f ut in contrarijs, & facit. c. dominus. 56. Dist.
g Val. Max. lib. 3. cap. 4. 5. Plutar. de sera num. uind.
h cap. ult.

a arg.l. oſtentum, de uerb.ſign.
b Eſai.c.45.
c Paul.ad Ro.c.9.
d l. maximũ.C. de lib.præt.

ceu naturæ monſtra habeantur[d]. Ipſi uero nihil eſt,quod in hoc paren
tes accuſent, & quaſi culpam totam in eos conferant: Væ enim qui
dixerit patri, quid generas[b]? ſicut nec lutum dicet figulo ſuo,cur me
ita finxiſti[c]? cum naturam non liceat accuſare[d],nõ magis quàm ſi mu 8
lier ſe fœminam genitam ægreferret, aut alius fortunæ ſuæ ſuccenſe-
ret,quod illum non formoſum, diuitem, & uirtutibus multis orna-
tum edidiſſet, Quin debet quiſq; propriam conditionem, primæuũq;
ſtatum ſuum æquo animo ferre,& quæcunq; illi in ipſis natalibus con-
tigerunt,benigne ſuſtinere. Leges autem optima ſcimus ratione,ma 9
trimonij ius inſtituiſſe, tum ne alienæ & ſordidæ ſtirpes ingenuis &
ſplendidis natalibus ſubrogarentur[e],tum ad excreſcentem hominum
libidinem continendam[f],tum ut ordinum familiarumq; dignitas cõ-
ſeruaretur[g]: Fortaſſe & ut filij haberent,unde optimos mores ediſce-
rent,cum alioquin ij qui uulgo concipiuntur,ab illis non poſsint parẽ
tibus edoceri,quos certos nõ habent,aut ſi quos habent, tales exiſtãt,
qui eorundem ſcelerum & turpitudinum potius, quàm honeſtæ uitæ
eſſent illis documenta daturi. Hæc autem non de ijs quidem ſpurijs 10
intelligimus,qui uirtutum ſuarum ſplendore, natalium origini tene-
bras offuderunt: eos.n.apud bonos uiros,nec ullo cõtemptui eſſe, nec
legitimis inferiores iudicari omnino ſcimus[h],cũ ut inquit Sophocles.

e l. ſuper ſtatu.C. de quæſt.
f .§.natura. Auth. quib. mo.na.ſui.
g l.i.§.quanuis. de uent. inſp.
h Mars.ſing.273.

ἅπαν τὸ χρηστὸν, γνησίαν ἔχει φύσιν.

Legitima eſt natura uiris,quibus optima mens eſt.

Quod & ſequenti capite clarius liquebit.

Nomina aliquot inſignium uirorum,qui il-legitimi fuere.

CAP. LXVI.

CVM multis antea rationibus,uarijs in locis,ut ſe res obtulit,oſtẽderim, non eſſe Nothos eo in numero habendos, quo pleriq; putant,non ab re hoc loco mihi facturus uideor,quod ſupra argumentis probaui,id exemplis etiam demonſtrare: Nam cum & ad finem propoſitæ materiæ me ſentiam perueniſſe,nõ aptiore ulla me clauſula uti poſſe duxi,quam inſignibus aliquot uiris enumerandis, quorum mentio,cum & quæſtionibus antea à nobis tractatis ualde inſeruiat, tum etiam elegantibus pleriſq; uiris fortaſſe non erit iniucunda. Atqui nõ omnes quidem Nothos hic à me recenſendos profiteor, quorum nomen egregijs eorum meritis,literarum monumentis dignum ſit commendari: Quis enim breui libello tantum poſsit negocium complecti? cum diuerſis terrarum in locis innumeri propè floruiſſe dicantur, inter quos ſufficiet nobis, nonnullos Pontifices, Imperatores, Reges,

Duces,

Duces, Iurisconsultos, Oratores, aliosq́ aut belli gloria, aut literarum studijs, aut aliis uitæ generibus claros, prout nobis occurrerunt, tumultuario referre, ex quibus paucis deinde facile erit unicuiq́ intelligere, in omnibus rebus, quæ maxime & præclarissimæ inter homines habẽtur, spuriorum uirtutem ualde emicuisse. Quare non defuerunt ex Græcis[a], ac nostratibus etiam, qui illos nihilo legitimis filiis inferiores, forte etiã ingeniosiores, & solertiores esse affirmarent. Hinc Statius.

[a] Stobæ. λόγω.οε.

> Vidi ego transfertos alieno in robore ramos,
> Altius ire suis. Et Euripides.
> Μάτην δὲ θνητοὶ τοὺς νόθους φεύγους' ἄρα
> παῖδας φυτεύειν, ὃς γὰρ ἂν χρηστὸς φυῇ
> Οὐ τοὔνομ' αὐτοῦ τὴν φύσιν διαφθείρει.
> Ex nobis spurios nasci, non turpe putandum est,
> Fac namq́ ingenio ualeant, fac moribus, ipsum
> Haud unquam poterit naturam inuertere nomen.

Possetq́ hæc sententia acutis multis & ualidis rationibus cõmuniri, prout alias etiã attigimus[b]. Sed in præsenti contenti erimus aliquos tantum Nothos memorare, quos apud uarios authores obiter aliquando relatos offendimus. Si quidem & eos prætermittimus, qui in Poetarum libris ex Diis geniti, & Heroes clarissimi fuisse traduntur, cum ut inquit Plinius, Dicere inter Deos connubia aut adulteria, proxime ad dementiã accedat, Sicuti nec eos persequimur, qui apud Turcas, Aegyptios, Scythas, permulti dicuntur, iidemq́ in imperijs successisse, & fratres regno sæpe spoliasse. Quis.n.in referendis barbararum gentium moribus nos debeat labor occupare? quibus cum recta uiuendi ratio sit ignota, illegitimos quoq́ ab alijs secernere, nulli ferè curæ uidetur? Eorũ igitur qui ex nostris legibus uere Nothi habiti sunt, aut tales communi opinione crediti, nonnullos in præsenti dicere aggrediemur: prout ex uarijs historiarum, tum ueteris, tum nostri temporis monumentis accepimus, præcipueq́ ex Volaterrano, Sabellico, Ricio, & alijs permultis, qui in obseruandis rebus memoria dignis, easq́ nobis fideliter tradendis, diligentissimi fuere.

[b] cap. 55.

Amalech à quo Idumæa terra, dicta Amalechita.
Artaxerses qui Imperium Persis restituit.
Arideus ex Philippo Maced. Rege.
Andriscus Rex Macedon.
Aristonicus Rex Pergami.
Alexander Seuerus Imper.
Aurelianus Cæsar Imper.
Arnulphus Cæsar ex Caroli Magni genere.

Athelstanus Rex Britanniæ.
Aroldus Rex Britanniæ, Cuntonis fil.
Albanus Martyr ex incestu patris cum filia.
Annibal Bentiuolus, Ioannis.I.filius.
Alexander Medices Dux Florent.

Bartolus Iurisconsultus.
Borsus Dux Ferrariæ.

Cidrellus qui Meuntem Vrbem extruxit.
Cæsarion ex Cæsare & Cleopatra.
Constantinus Magnus Imper.
Crispus Constantini fil. Cæsar factus.
Clodoueus.I.ex Regibus Franc.qui CHRISTVM coluerit.
Crominus fil.Ducis Britonum, qui cum Clotario conflixit.
Carolus Martellus ex Pipini genere.
Carlonus Aquitaniæ & Burgundiæ Rex.
Cæsar Alexandri.VI. Pontif.filius, primo Cardinalis, inde Dux Valentiæ.
Carolus Vrsinus, qui Alexandri.VI.exercitum fugauit.
Christophorus Longollius Orator.
Clemens.VII. Pont. Max.
Cælius Calcagninus.

Dan à quo ciuitas propè Libanum, & Tribus quædam denominata.
Darius unus ex Regibus Persarum.
Demosthenes Orator.
Dionysius.I.Pont.

Epitus qui Theoniam urbem condidit.
Entius Rex Sardiniæ, Federici.ij.fil.
Erasmus Roterodamus.

Federicus Princeps Antiochiæ, seu ut alij uolunt, Rex Thuscorum, ex Federico.ij.Imper.
Federicus Vrbini Dux, Nothus putatiuus ex Guidone.
Ferdinandus Rex Neap.ex Alphonso Rege Aragon.

Goliath qui cum Dauide singulari certamine est congressus.

Gnopus

Gnopus qui Entiam urbem ædificauit.
Galerius Maximianus Imper.
Gensalaricus Rex Hispaniarum.
Guilielmus ex Roberto Rege Normand. qui Aroldum Britanniæ Regem occidit.
Gratianus compilator Decretorum.
Gabriel Vicecomes, à Galeatio testamento relictus Pisarum dominus.

Hercules spurius, & Princeps ordinis spuriorum.
Homerus Poeta.
Heliogabalus Imper. qui & Varius dictus.
Henricus.ij. Rex Hispaniarum.
Henricus Rex Siciliæ.
Henricus Episcopus Leodien. Imperij Princeps.

Ismael Abrahæ fil.
Iephthe inter sanctos à Paulo numeratus.
Iugurtha Rex Numidarum.
Ioannes.X.Pontifex.
Ioan. Rex Portugalliæ Ferdinandi fil.
Ioan. Dunensis comes ex Ludou. Aurelianen. Duce.
Iacobus.iij. Plumbini Dux.
Ioan. Andreas Iurisconsultus.
Iacobus Rex Cypri.
Ioan. Sfortia Pisauri dominus.
Innocentij.viij.filij, quos ipse primus Pontificum palàm iactare, & honoribus prosequi cepit.
Iason Iurisconsultus.
Ioan. Mathæus Gibertus Episcopus Veron.

Lyrcus à quo Lyrcea Vrbs.
Lamusius Rex Longobardorum.
Ludou. Rex Francorum, Ludouici Balbi fil.
Leo.V.Pontifex.
Leonellus Marchio Ferrariæ, Nicolai.iij.fil.
Laurentius Cibo.j.Cardinalis.

Muregactus Rex Hispan.
Manfredus Rex Neapol.

Nicolaus.iij.Marchio Ferrar.

Pipinus Caroli Magni fil.
Petrus Longobardus.
Pontifices plures relati in Decretis.LVI. Dist.

Romulus.
Remus. Reges Romanorum.
Raimirus primus Aragoniæ Rex.

Salamon.
Seruius Tullus Rex Romanorum.
Sigisbertus Normanniæ Rex.
Sanctus Bentiuolus à Bonon.ad regendam Remp.accersitus.

Thefeus.
Teucer.
Themistocles.
Theodibertus Rex Francorum.
Theodoricus Gottorum Dux.
Tancredus Rex Siciliæ.

Vologhesius Rex Parthorum.
Vrsus Vrsinus duos filios nothos Nolæ & Ascoli Duces, hæredes reliquit.

Zenebaldus Rex Lotharingiæ.

AD LECTOREM.

HAEC sunt, quæ mihi de filijs illegitime natis, differenda se obtulere, non ea sanè subtilitate & elegantia, qua par forte erat pro rei dignitate, sed summa quidem diligentia & studio in perquirendis undiq; locis omnibus, quibus præsens materia, à nemine hactenus tractata, satis etiã obscura, posset illustrari. Quocirca & de alienis quoq; disciplinis, multa quandoq; sumpsimus, aliorumq; authorum, tum Græcorum, tum latinorum testimonia nonnunquam adhibuimus, non ambitiose quidem, & multiplicis doctrinæ ostentandæ causa, ut multi solent, sed quod ad rem ipsam de qua agebatur, apertius declarandam, hæc aptissima & maxime necessaria esse existimauimus. Reliquum nunc esset, nequid ab ullo in hac materia posset desiderari, ut aliqua de filiorum legitimatione adiungeremus, traderemusq; quo pacto hi ipsi Nothi, natalibus restitui possint, & ad aliorum legitimorum iura peruenire; Sed cum ego præsens negocium ob id præcipue aggreßus fuerim, ut illud opus, quod à cæteris omissum erat, primus tractarem, nõ uideor mihi à quoquam iure notari poße, quanuis de legitimandis spurijs nihil in præsenti conscribam, hæc enim & alij copiosissime egerunt, extantq; diuersa de filiorum legitimatione, inscripta commentaria, in quæ, omnia huc pertinentia, uberrime collata fuisse uidentur. Ego autem cum mihi id initio proposuissem, ut de iniustis filiis potissimum disputarem, ita me deinde intra præscriptos fines semper continui, ut ea tantum attigerim, quæ de ijs dici poterant quoad scilicet natalitia illa caligine adhuc obsepti sunt, nec inter legitimos aut possunt, aut conantur caput attollere, quæ pars, ut dixi, ab alijs iuris interpretibus, prorsus fuerat prætermissa, & ab hac etiam, si quis attentius consideret, iure proprio distinguenda est. Non inficior tamen, habuiße me in animo, his absolutis, hoc quoq; argumento aliqua tradere, sed iam cum ad huius extremum me peruenisse perspicerem, malui deinde hoc qualecunq; eßet, ita per se emittere, quam in longius ullum tempus differre, ut hinc iam hominum iudicium explorare inciperem, quemadmodum & cætera, quæ addidißem, probanda publice forent. Erit Igitur opusculum hoc, præludij cuiusdam loco in cæteras lucubrationes meas, ut si hæc non omnino damnari intelligam, tum quoq; non solum ad cætera de natalium restitutione prosequenda, sed ad alia etiam longe fructuosiora, & subtiliora quandoq; aggredienda, mihi animum additum fuisse sentiam, sin contra, tunc etiam intelligere incipiam, aliò studiorum meorum cursum dirigendum esse, qui & mihi honorificentior, & cæteris quandoq; utilior esse possit.

INDEX MATERIARVM QVAE PRAECIPVE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

Prior nota paginam, posterior numerum in margine indicat.

P

Substitu

VIRTVTE

AFFECTVS



SVPERANTVR.

BONONIAE APVD ANSELMVM
Giaccarellum M. D. L.

BELLONI
ET PALOTUS
CONSILIA JURIS


colorchecker CLASSIC
mm
calibrite